Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
8 G
63

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

34.5.36

04-C-26

71
7
C
8

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

EPINOMIA PAROCHORUM

QUAM

ectis SS. Canonum, Decretorum,
ncilij Tridentini, Bullarum Pontificia-
, Deciſionum SS. Congregationum Roma-
um, Conſtitutionum Synodalium Pragen-
, Privilegiorum Iubilei, necnon Optimo-
n quorumcúnq; Authorum, diſſeminatam
floſculis, curiosè obeundam, & utiliter
delibandam.

PROPONIT

uidem quartâ hâc Editione, longè
n antehàc locupletiorem, & præſertim
chi-Diœceſi & Diœceſibus Regni Boëmiæ
accomodatiorem.

DON FERDINANDUS HAUCK,
lericis Regularibus S. Pauli Barnabita,
rendiſſimi ac Celſiſſimi S. R. I. Principis
chi-Epiſcopi Pragenſis, Legati Nati, &c.
Conſiliarius Conſiſtorialis.

PRAGÆ,
pis Univerſitatis Carolo-Ferdin. in
Collegio Soc: IESU, ad S. Clementem.
Anno M. DC. LXXII.

Digitized by Google

3#ic

Digitized by Google

DEDICATIO.

REVERENDISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO,

D. MATTHÆO FERDINANDO,

DEI GRATIA
ARCHI-EPISCOPO PRAGENSI,
S.R.I. PRINCIPI, S. SEDIS APOSTOLICÆ LEGATO NATO, INCLYTI REGNI BOEMIÆ PRIMATI,
SACRÆ CÆS: REGIÆq́; MAIESTATIS CONSILIARIO INTIMO, NEC NON CELEBERRIMÆ UNIVERSIT: CAROLO-FERDINANDEÆ PRAGÆ PERPETUO CANCELLARIO, &c.

Principi ac Domino D. ſuo Clementiſſimo.

Ad multos annos Incolumitatem.

ANnue, PRINCEPS CELSISSIME, PASTOR OPTIME, VIGILANTISSIME, *hujus Opuſculi Paſtoralis conſecratione* TUAM *colere* MAGNITUDINEM, *&*

Digitized by Google

ſimbriam Sacræ Purpuræ tuæ humilimè adorare, ne obſequij mei teſtimonium diutiùs ſupprimatur. Ea enim eſt mea in TE *obſervantia, ut quidquid à me præſtari poteſt (quod ſanè ſentio per exiguum eſſe) id niſi* TIBI *devovero, officio mihi videar defuturus. Nam & abſoluta in omni genere* VIRTUS, *quæ in* TE *mirabiliter reſplendet, omnium in* TE *oculos convertit, ac incredibilis illa* COMITAS & AFFABILITAS *cum* GRAVITATE *conjuncta, quâ cunctis facilè ad* TE *aditum præbes, ſingulos perlibenter, patienterq; auſcultas, cum omnibus amanter colloqueris, ità* TIBI *univerſorum devincit, ac concitat animos, ut cum* TE *aſpectu contemplantur, videre ſibi videantur* REGIUM VATEM, *de quo S. Ambroſius ſic ait:*

S. Ambr. lib. 2. off. c. 7.

Quid S. David electus ex omnibus ad plebem regendam, quàm mitis, & blandus, humilis ſpiritu, ſedulus corde, facilis affatu? *Vel certè videre ſibi videntur alterum* ALEXANDRUM SEVERUM, *de quo Lampridius ſic narrat:* Tantæ mo-

Lamprid.

Digitized by Google

derationis fuit, ut nemo unquam ab ejus latere ſubmoveretur, ut omnibus ſe blandum, affabilemque præberet. *Vel certè* NEO-CONSTANTINUM MAGNUM, *de quo Nazarius ſic fuit elocutus:* Quid faciles aditus? quid aures patientiſſimas? quid benigna reſponſa? quid vultum ipſum Auguſti Decoris, gravi hilaritate permixtum commemorem? *Sic ille.* *Nazar. Orat. paneg.*

Aſt ego, CELSISSIME PRINCEPS, *videre mihi videor,* TE *quaſi* SOLEM, *qui* OMNIBUS SUFFICIT: *ſic enim Uni es intentus, ut non detentus, ſic Pluribus, ut non diſtentus.* *Picinel. lib. 1. c. 5. n. 116.*

Qui TE *aſſeruit* PELICANUM, *propria pectora ſaucianiem* PRO LEGE *&* GREGE, *ſinè fuco exhibuit Tuum orſus Apoſtolicum Zelum, & paternum affectum erga populum Fidei tuæ commiſſum.* *Idem lib. 4. c. 53. n. 371.*

TE, *quisquis intuetur quaſi* LUNAM CRESCENTEM *cum ſymbolo:* ALIQUANDO PLENA, *non errat affirmando, hanc* TIBI *promittere incre-* *Idem lib. 1. c. 8. n. 149.*

menta virtutum, & EMINENTIOREM *felicitatis, honoris, dignitatis, authoritatisq́* GRADUM; *Et huic ſenſui ſubſcribit Sapiens his verbis*: Iuſtorum ſemita, quaſi Lux ſplendens procedit, & creſcit uſque ad perfectam Diem.

Prov. 4. 18.

SERPENTEM TE *appellare in ſummum Obeliſci cacumen perrepentem, quis audebit? Et tamen juxta Tui Symboli ſenſum*: CUM SPE & VIRTUTE, *ſicut Serpens (licet naturâ in primis glaber, & lævis ſit, & Obeliſcus admodum acclivis) declivem facilitatem aſpernando uno ſpiritu exuperat. Ità* TU SPERANDO, *non nimis timidè omnia explorando, nec trepidè reſiliendo, ad Summum Honoris & Gloriæ Faſtigium*, VIRTUTE *duce Apoſtolicâ perveniſti, quæ* TE *primùm in Eccleſiæ Reginæ-Hradecenſis Proto-Epiſcopum, & poſtmodùm in Metropolitanæ Pragenſis Archi-Epiſcopum ſublimavit.*

Ioach. Cam. cent. 4. embl. 81.

MALUM PUNICUM TE *ſi dixerit alius cum epigrapha* AMARUM DULCE *doctrinam S. Patris Tui Gregorij*

Picinell. l. 9. c. 16. n. 99.

Digitized by Google

ompţu habet, *ſic* TE, *cæteroſq;*
atos alloquentis: Ipſa in Te dul- S. Greg. lib. 9. c. 8.
), cauta, non remiſſa ſit, Cor-
io verò diligens ſit, non ſeve-
ſed ſic alterum condiatur ex
o ut boni habeant amando,
d caveant, & pravl metuen-
uod diligant.

)*um* TE MONTEM *nominavero* Picinell. l. 2. c. 28. n. 352.
us pluviam ſtillantibus obumbra-
umSymbolo: QUÆ TRIBUUNT,
UIT, *nimirùm aquas ex partibus*
ſis defluentes, *audire mihi videor*
TEM TUUM ALBUM *eructare* Caſiod. l. 8. ep. 11.
m bonum eum Theodorico:
mus, *dicebat ille*, cunctum
plenum beneficijs noſtris
rrere. *At cur hoc? Quia* Vic- Prov. 2.
m & Honorem aquiret, qui
nunera, animam autem au-
accipientium.

ocare TE *placet* LEONEM *dia-* Picinell. l. 5. c. 26. n. 288.
e ſerpentino redimitum ſub epi-
a: FORTITUDINEM PRUDEN-
alludendo ad TE, *tanquàm ad al-*
DAVIDEM, *qui ex Sententia S.*

S. Ambroſ. lib. 1. offic.

Ambroſij: Prudentiam fortitudinis comitem habuit in prælio, ideò in omnibus Victor prælijs. *Inſuper,* CELSISSIME PRINCEPS, *videor mihi videre* AMBAS *Tuas cum aliqua differentia* MANUS *ſacratiſsimas, unam totaliter cœcam, oculatam verò Alteram ſub titulo Emblematis:* FIDE & DIFFIDE; *Et ſic denuò imitaris* ALEXANDRUM SEVERUM, *de quo Lampridius pulchrè ad inſtructionem hæc annotavit:* Negotia & cauſas priùs à Scriniorum Principibus, & doctiſſimis Iuris-Conſultis, & ſibi Fidelibus tractari, ordinarique, átque ità ad ſe referri, præcepit.

Picinell. l. 3. c. 28. n. 84.

Lamprid.

Præterea MAGNITUDINEM *Tuam* EX UMBRA *dimetior; Nam quod Magnitudo meritorum cognoſcatur, non ſolùm in Comprehenſoribus; ſed etiam in Viatoribus ex menſura humilitatis eorum, declarat Symbolum:* MONTIS CUM SOLE CADENTE, *& epigrapha:* EX UMBRA MAGNITUDO; Nihil enim eſt, quod ità DEO gratum

Picinell. lib. 2. c. 21. n. 349.

fa-

at, & hominibus, quàm ſi vi-
nerito non Magni, ſed humi-
te Infimi videamur teſte S. *S. Hieron. in c. 19. Matth.*
onymo.

E, quaſi ANCHORAM *agnoſco,*
m ſalutis Inſtrumentum (ad evi-
um, ne inter Scyllam & Charib-
conteratur, & dubio curſu per pe-
n perdatur Navis) firmandæ,
inendæ ejusdem, cui proindè com-
ſymbolum: VNA SALUS, *deno-* *Picinell. l. 21. c. 1. n. 5.*
TE fiduciam animi in DEO to-
r poſuiſſe, & ſperare ejusdem pro-
nem & favores, ac alter S. Grego-
Nazianzenus Epiſcopus, qui quaſi
is perſecutionum procellis agitata,
ANCHORAM *non habebat, quàm*
lentiam in DEO dicens: In quo *S. Greg. Naz. Canon. 1. de rebus Sacris*
ſidij Spes, eſt mihi tota repo-
.

Eandem fiduciam TIBI *cordi hæ-*
manifeſtè declarat CRUX ARCHI-
COPALIS TIBI *prælata; ſi enim*
lum Crucis de cœlo Conſtantino
ratori mirabiliter oſtenſum cum
iptione: IN HOC SIGNO VIN- *Picinell. l. 14. c. 4. n. 19.*

b CES,

Digitized by Google

CES, *denotavit, quòd Princeps tàm Secularis, quàm Eccleſiaſticus debeat collocare ſpem Victoriarum ſuarum promovendo cultum Divinum, & Catholicam Religionem (Vndè dicebat Chriſtophorus Finnottus:*

Chriſtoph. Fin. diſt. 137.

Fide Cruci; tota hoc pendet Victoria ſigno,
Hinc erebi clades; hinc animæq́ ſalus.)

Quidni dixerim TE *Apoſtolicis curis quaritare Decorem Domûs DEI, cum firmiſsima Spe contra Indiſciplinatos Diſcolorum in rebus & locis ſacris mores reportandi. Victoriam?*

Picinell. l. 16. c. 2. n. 6.

Et hanc Victoriam promittit TIBI TUUM PASTORALE PEDUM, *cum Symbolo:* ERRANTES DETINET; *Authoritate enim Tua, & aſsidua in hac Tua Archi-Diœceſi aſsiſtentia, detines delinquentes, ne vitioſâ lubricitate ſolitos committant errores, teſte S. Athanaſio:* Si quis Paſtor, *inquit,* in Diœceſi, quæ ſibi obtigit, vel biduum moretur, experiri licet, multa peccata & damna non eſſe futura in populo; *Cui ſubſcribit*

S.Athan. ep. 1. ad Epiſt. Cretens.

S. Gre-

Gregorius dicendo : Pœna præſens *S. Greg.*
juſti animam à pravis deſide-
js mutat.

Hinc eſt quòd Oves Paſtorali Tuæ
ræ concreditæ, ne pereant, Tecum,
inter ſe conjunctiſsimæ eſſe velint ;
bè intelligentes (juxtà earum Sym- *Picinell. lib. 5.*
um : Disiunctæ Perimus *) quòd* *c. 38 n. 401.*
it Ovis à Grege ſeparata, & à Pa-
e, ſe manifeſto perditionis periculo
onit, juxtà illud Davidis : Erravi, *Pſal. 118.*
at Ovis, quæ perijt ; *Ità quicun-*
ſe elongas à Grege fidelium S. Eccle-
Catholicæ, & à ſuo Paſtore, dilania-
ır à monſtris hæreticalibus, & occi-
ır, ex Sententia S. Petri Chryſologi :
is, *inquit :* Paſtoralis vocem *S. Petr. Chry-*
ita, dum lupinis ululatibus *ſol. Serm. 161.*
dit, & caulas perdidit ſaluta-
& tota lœthalibus eſt ſaucia-
vulneribus. *Prædictas omnes*
ſingulas eximias qualitates, quot-
in Te, Celsissime Princeps,
emplantur, perfunduntur hilari-
, & univerſa Tibi à Deo,
la ac proſpera communibus votis

 au-

auguranтur. Horum me in numero eſſe, qui T E *ſupra cœteros colunt omni obſequio ac reverenter, non eſt quòd pluribus enarrare contendam; Si enim quæ* TIBI *debeo ſumma in me collata, & Officia & Beneficia (ut non ignorare me certò ſcio) ità in numerato haberem, quibus obæratum Tuis in me Meritis exolverem, eniterer profectò omni contentione, ut partes meæ hæc in re, à Nemine, vel parùm in me animato deſiderarentur. Verùm Talem* TE, CELSISSIME PRINCEPS, *eſſe, ſuſpicari nunquam potui, cùm in alios Beneficentiam exercere ſoleas, non ut collata beneficia reddantur cumulatiora; ſed ut jacentes Clientum Tuorum animos, ad nova duntaxat promerenda beneficia unis petitionum meritis erigas, non Officiorum.*

TE *igitur* AUTHORE, & ADIUTORE, *ſi novo hoc promerendi genere,* TEIPSUM *etiam atque etiam orem obteſterque, ut meam in humani Iudicij, atque adeò Archi-Epiſcopa-*

Tuæ Bibliothecæ Theatrum, nunc rtò omnium votis prodeuntem NOMIAM *libens átque hilaris exas, eandem* TUA ANCHORA *in eo Gentilitio expreſſa:*

n quo præſidij Spes eſt mihi tota repoſta;

am littori ſiſtas, átque Omnibus bi. Epiſcopali Tuæ Iurisdictioni ſubs Animarum Paſtoribus, tanquàm m, & Neceſſariam ſeriò commen, audaciam excuſatam iri meam em, vehementer confido, & ſpero, l tali commendatione cæteris extior erit, & ab Invidorum morſiſecurior.

Magnum eſt, quod peto; ſed & gni Principis eſt, Magna largiri: c, quem ſemel Tua Humanitate mare cœpiſti, benigno ſemper proaris favore; Et omnia quæ à me ictura erunt, TUÆ REVERENIMÆ CELSITUDINI, *ut de, perſolvenda erunt.* DEUS OPT: MAX: EANDEM *Nus ſui radijs ex alto ſerenare, &*

DEDICATIO.

ad Eccleſiæ non minùs Catholicæ, quàm Inclyti Regni Boëmiæ, & Archi-Diœceſeos Pragenſis Commune Bonum diutiſsimè ſalvam & incolumen conſervare velit. Ita voveo

REVERENDISSIMÆ
CELSITVDINIS
TVÆ

Humilimus & Obſequentiſsimus
Capellanus

Don Ferdinandus Hauck,
Ex Clericis Regularibus S.
Pauli Barnabita.

PASTO-

PASTORALIS
COMMENDATIO
Præſentis Opuſculi.

ATTHÆUS
FERDINANDUS,
DEI GRATIA
CHI-EPISCOPUS PRAGENSIS,
I. PRINCEPS, S. SEDIS APOSTO-
Æ LEGATUS NATUS, INCLYTI REGNI
BOEMIÆ PRIMAS,
CRÆ CÆS: REGIÆq; MAIESTATIS
NSILIARIUS INTIMUS, NEC NON
LEBERRIMÆ UNIVERSIT: CAROLO-
ERDINANDEÆ PRAGÆ PERPETUUS
CANCELLARIUS, &c.

Vniverſo Clero ſalutem & paternam noſtram benedictionem.

PRudentia, Filij Chariſſimi, etſi in humanis actibus requiratur, ut cuncta ſuo ordine gubernentur; quandò autem de ſalute anima- agitur, major adhibenda eſt, & diligen- : Hinc cùm benè vivere conſiſtat in ope-

rando, quieſcere non poſſumus (ſi muneri Nobis injuncto ſatis fieri volumus) quin paternè exhortemur, ut Opus vobis communicatum cautè agatis, ne vacuum in omnibus reddatur. Non itâ pridem pervenit ad manus noſtras præſens *Opuſculum*, quo perlecto, operæ pretium duximus, illud tanquàm *perutile & neceſſarium*, vobis commendare, utpotè quod in ſe continet id, quod quisque in populum ſibi commiſſum Paſtor præſtare debeat, ſcilicet ſolidam & ſanam pro cura animarum doctrinam, quæ in Eccleſia DEI magna eſt, in magnis verſatur, & pro quibus
Ioan. 10. Chriſtus animam ſuam poſuit. Non gravemini proindè ad Eccleſias veſtras benè gerendas, fructusque utiliter diſpenſandos, conformare vos ſalubrioribus in hoc Opuſculo traditis doctrinis, & vel maximè etiam Conſtitutionibus, quæ ex Synodo
Rom. 15. Pragenſi hic præſcribuntur (*Cum omnia, quæ ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſint*). Non enim arbitramur tutum eſſe Paſtoribus, quibus Oves Chriſti commiſſæ ſunt (quarum exquiſitiſſima ratio ab eis exigetur) aliò vagari, & alijs cogi-
1. Cor. 3. tationibus, nempè, *Sapientiæ hujus*

mundi

ndi quæ ſtultitia eſt apud DEUM,
mum ſuum impedire; cum dies
ēteſque de Ovibus ſuis ſoliciti eſſe
eant, ne ipſis dormientibus intret
pus, & diſpergat Gregem, eò
od Paſtores non ſint.

Habetis igitur hîc hoc tempore,
major eſt neceſſitas pro paſcen-
Ovibus Librum, quo tota ferè re-
darum Eccleſiarum, ut Salus
marum indè proveniat, ratio
tinetur, Illum *vobis comparate*,
te, perlegite, relegite, Illo *utimini*,
c facilius malevolorum effugietis
rectationes, de quibus tàm cre-
ſunt S. Hieronymi & Noſtræ con-
ſtiones, & Nos eum S. Ioanne
ſtolo, Evangeliſtarum Principe,
orem non habebimus gratiam, quàm Epiſt. 3.
udiamus Filios noſtros in veritate
ulare. Per hoc Opuſculum da-
vobis vera & neceſſaria metho-
curandi vulnera, & diſcernendi
r Lepram & Lepram; namque
na Virtus in Animarum Paſtori-
eſt Cognitio infirmitatis ſpiri-
is; Vndè dicitur in Concilio
lentino. *Quòd totius familiæ ſtatus* Seſſ. 22. de
do nutabit, ſi, quod requiritur in Reform. c. 1.
ore, non inveniatur in Capite. Non
m tamen hæc ſcientia per ſe ſola

 ſuffi-

Digitized by Google

ſufficit, ſed & bona vita requiritur, ne
Luca 4. obijciatur illud Evangelij: *Medice, cura Te ipſum*; Et cum LIBER ISTE, EPINOMIA. Sc. PASCUA, inſcribatur, paſcere debebitis Oves veſtras, *Exēplo converſationis, Verbo prædicationis, & Fructu orationis*; cùm nihil ſit, quod alios magis ad pietatē & DEI cultùm aſſiduè inſtruat, quàm Eorum Vita & Exempla, qui ſe divino miniſterio dedicârunt, *Et plus moneant Exempla, quàm Verba*; Nam quod agitur ab Animarum Paſtoribus, facilè trahitur à ſubditis in exemplū. Paſcere debetis *Verbo prædicationis* Oves veſtras propter illud Iſaiæ:
Iſaia 58. *Clama ne ceſſes quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia*
Eph. 6. *populo meo ſcelera eorum.* Et demùm etiam *Per Studium Orationis*; ut fidei prædicatio ſucceſſus habeat felices, & popul⁹ veſter ſalvus fiat; Moyſe enim
Exod. 17. orante vincebat contra Amalec, &
Ioan. 17. Chriſtus pro nobis Ovib⁹ ſuis oravit. Mactè igitur animo, Filij cariſſimi, DEus, qui eſt largitor omnium bonorum, Vos, tanquàm utiles in Vinea ſua Operarios, vocabit, ut Paterfamilias, redditurus unicuiq; ſecundum
Matth. 20. opera ſua Denarium, hoc eſt, felicitatem æternam, quam Vobis ex cordis affectu cum impertitione Benedictionis Paternæ apprecamur. Benè valete.

AMICO LECTORI.

NOn mirabere, Candide Lector, audaciam Dedicationis meæ, quòd impar meis viribus, CULMEN in hoc Inclyto Boëmiæ Regno, ECCLESIASTICUM, pro ſecuriore huic Opuſculo meo conciliandâ tutelâ adire tentârim, ſi CULMINIS ipſiusmet per Archi-Diœceſim Pragenſem in Eccleſiaſticæ Diſciplinæ ad debitam Obſervantiam reductione RADIANTEM ZELUM & ARDOREM intueberis contemplando; Quod enim in vaſtiſſimo Pelago Naviganti, turbulentas inter temporum obſcuritates, niſi Ad (à ſublimi ſpecula) reſplendens lumen, rationabiliùs dari poteſt refugium? Tantoque faciliori dignum licentiâ, tuoque ipſo mecum conſenſu exiſtimârim excuſatum iri conſcenſum meum ad tàm ſublimem Apicem Metropolitani Noſtri Vigilantiſſimi, in aquirendo huic meæ EPINOMIÆ patrocinio; quantò majoris ponderis, & momenti merces ipſa eſt, quæ quantumvis exili, tenuiq; Naviculâ præſentis Opuſculi, haſcè inter confuſionum haud mediocriter periculosè graſſantium tempeſtates provehitur.

Enim verò, eum non ſolùm Officij cauſâ olim Archi-Epiſcopali Conſiſtorio Pragenſi frequentiſſimus præſens; ſed etiam Oculatus Te-

ſtis

ſtis conſpexerim, & etiamnùm ibidem conſpiciam, quantùm interſit haud infrequenti caſu (licet quemlibet ſolicitum Animarum Inſpectorem ipſum non lateat) Paſtores quàm Saluberrimis proviſos eſſe Pascuis; Hinc non inutilem, tantoque Paſtorum muneri, non mediocriter neceſſarium laborem meum fore ſum arbitratus, ſi jàm aliàs ex ingentibus immenſisque campis SS. Canonum, Decretorum, Conciliorum, Curialium Deciſionum, Bullarum Pontificiarum & Doctorum frequentiſſimo calculo receptorum, ſalubriores doctrinas, tanquàm Selectiores undique induſtriosè decerptos floſculos, & intra unum ſolum Pastoralis exiguum Epinomiæ gyrum congeſtos, denuò, & nunc quidem quartò (additis plerisque ex S. Synodo Pragenſi Conſtitutionibus præter plura alia) proponerem, ut quocunque morbo Ovicula tuæ concredita curæ langueſceret, neceſſariæ nihilominùs Medicinæ Tibi præſtò eſſent, quibus poſſet perquàm ſalutariter refocillari.

Habes igitur, Candide Lector, viridiſſimam, uberrimamque Epinomiam (Græco quidem ſic nuncupatam Idiomate, Latino verò Pascua intelligendam) Tuæ non modò opportunitati (Ex Voto) ambitu verborum, Doctorumq; contracto & brevi, ſummoperè ſervientem; Verùm etiam tàm in parcendis legendorum Authorum laboribus & ſumptibus, quàm memoriæ fortaſſis interdum inter multijuges curas elapſæ, refricandæ, ad unguem

quem Ordine Alphabetico pro quocunque caſu in promptu, & utilitatis, & ſecuritatis cauſâ, quàm fideliſſimam Indagatricem: Hanc dico (unà cum privilegijs Iubilei, plerisque Conſtitutionibus Synodalibus, Corollario de Viſitatione & Monitis) ANIMASTICAM EPINOMIAM, quisquis es, ſi tua inrereſt, ſecurus ingredere, indubius obambula, obvia liberrimus decerpe, intrepidus utere; Cautionem tamen iſtam exigerem, flagitando in auxilium cujusque prudentiam, ut, dum duplices inveniantur ſententiæ, mea verò non falleretur intentio, ſed cujusquè prudenti cooperante Iudicio opportuniore, ex duabus datis, ſententiâ, propriæ Diœceſis praxi conſuleretur. His contentus vale, Candide Lector; Mihi verò, laboriq; meo fave, nec non Paſtor fidelis, unà cum Grege Tuo, Paſtori tandem ſummo, in Ovili uno, vero, & gaudioſo æternùm vive.

Don Juvennalis Falconius, Præpoſitus Generalis Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli.

CUm Opus, cui titulus eſt, EPINOMIA PAROCHORUM, *P. Don Ferdinandi Hauck, Sacerdotis Profeſsi Congregationis noſtræ, duo, quibus id commiſimus, ejusdem Congregationis eruditi Viri recognoverint, & probaverint, facul-*

cultatem facimus, ut typis mandetur, ſi & alijs, ad quos ſpectat, ità videbitur. In quorum ſidem, &c. Datum Mediolani in Collegio noſtro SS. Apoſtolorum Pauli & Barnabitæ, Die 20. Iulij, Anno 1652.

(L.S.)

Don Juvennalis Falconius,
Præpoſitus Generalis.

APPROBATIO OPERIS.

EPINOMIAM PAROCHORUM *ſtudio & ingenio Reverendiſſ: PP. Ferdinandi Hauckij C. R. S. Pauli elaboratam diligenter expendi, nihilq; in illa offendi contra Orthodoxam fidem ac bonos mores; Quodq; alibi non ſine Lectorum utilitate lucem aſpexit Opus eximium, recognitum, & ab eodem Auctore, novo doctrinarum præſidio munitum ſi rurſus prælo ſubijciatur, laudem mereri, & approbationem arbitror. Pragæ Kalendis Octobris, Anno 1671.*

D. Placidus Vicecomes C. R. S. T. P.
& Ven: Conſiſtorij Pragenſis Aſſeſſor.

Alia.

Digitized by Google

Alia.

D*Ecreta ex Synodo Pragenſi deſumpta à P. D. Ferdinando Hauck, & inſerenda Libro inſcripto* EPINOMIA PAROCHORUM, *concordare per omnia cum ſuo Originali teſtor ego ſubſcriptus. Praga Die 6. Octobris, 1671.*

Joannes Dlouhowesky de Longa-
villa, S. M. E. Prag. Canonicus
& Eccleſiaſtes Ordinarius.

Licentia Ordinarij.

EPINOMIA PAROCHORUM *unà cum inſertis Synodalibus Decretis Pragenſibus re-cudatur.*

Matthæus Ferdinandus,
Archi-Epiſcopus, &c.

Ex Reſidentia Noſtra Archi-Epiſcopali,
Die 13. Octobr: 1671.

Privi-

cultatem facimus, ut typis mandetur, ſi & alijs, ad quos ſpectat, ità videbitur. In quorum fidem, &c. Datum Mediolani in Collegio noſtro SS. Apoſtolorum Pauli & Barnabitæ, Die 20. Iulij, Anno 1652.

(L.S.)

Don Juvennalis Falconius,
Præpoſitus Generalis.

APPROBATIO OPERIS.

EPINOMIAM PAROCHORUM *ſtudio & ingenio Reverendiſſ: PP. Ferdinandi Hauckij C. R. S. Pauli elaboratam diligenter expendi, nihilq; in illa offendi contra Orthodoxam fidem ac bonos mores; Quodq; alibi non ſine Lectorum utilitate lucem aſpexit Opus eximium, recognitum, & ab eodem Auctore, novo doctrinarum præſidio munitum ſi rurſus prælo ſubijciatur, laudem mereri, & approbationem arbitror. Pragæ Kalendis Octobris, Anno 1671.*

D. Placidus Vicecomes C. R. S. T. P.
& Ven: Conſiſtorij Pragenſis Aſſeſſor.

Alia.

Digitized by Google

Alia.

DEcreta ex Synodo Pragenſi deſumpta à P. D. Ferdinando Hauck, & inſerenda Libro ripto EPINOMIA PAROCHORUM, *concordare omnia cum ſuo Originali teſtor ego ſubſcriptus. gæ Die 6. Octobris, 1671.*

Joannes Dlouhowesky de Longa-
villa, S. M. E. Prag. Canonicus
& Eccleſiaſtes Ordinarius.

Licentia Ordinarij.

EPINOMIA PAROCHORUM *unà cum inſertis Synodalibus Decretis Pragenſibus recudatur.*

Matthæus Ferdinandus,
Archi-Epiſcopus, &c.

Ex Reſidentia Noſtra Archi-Epiſcopali,
Die 13. Octobr: 1671.

Privi-

Privilegium Cæſareum.

LEopoldus divina favente Clementia. Electus Romanorum Imperator Semper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Archi Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Garinthiæ, Carniolæ, & Wirtembergæ, Comes Tyrolis, &c. Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis, quod cum Religioſus, Devotus, Nobis dilectus Ferdinandus Hauck Barnabita Germanus, & Archi-Epiſcopalis Conſiſtorij Pragenſis Aſſeſſor humilimè expoſuerit, ſe Opuſculum ſuum, Epinomia Parochorum intitulatum, in Octavo iterum à ſe recognitum, cum additamento Privilegiorum Iubilei, quarta nunc editione edere conſtituiſſe, vereri autem, ne alij etiam Typographi, aut Librarij negotiatores quæſtui alieno (ut fieri ſæpè ſolet) inhiantes eam imitentur, ſeque labore & impendio ſuo fruſtretur, atque ideò ſuppliciter rogâvit, ut ſibi hac in parte privilegio noſtro Cæſareo proſpicere clementer dignaremur. Nos æquiſſimis hiſce precibus benignè annuentes, omnibus & ſingulis Typographis, Bibliopolis, alijſque quibuscunque rem & negotiationem librariam exercentibus diſtrictè ac ſeriò inhibuerimus ac vetuerimus, prout hiſce prohibeamus & vetamus, ne quis eorum prædictum Opuſculum, ſivè integram, ſivè aliquam ejus partem citra memorati Hauckij in ſcriptis obtenta Licentia per trium amorum ſpatium, à prima editionis die computandum, intra Sacri Romani Imperij, Regnorumq; & Dominiorum noſtrorum hæreditariorum fines, ſimili, vel quocunque alio modo aut forma imitando recudere, vel aliò recudendum dare, aut alibi etiam impreſſum apportare, vendere, aut diſtrahere præſumat. Si quis autem Edictum hoc Noſtrum transgredi, violare & contemnere deprehendatur, eum non ſolùm Libellis iſtiusmodi (perperam quippè recuſis & apportatis) quos dictus Hauck, ubicunque inventi fuerint, ſivè proprià, ſivè Magiſtratus ibidem authoritate atque auxilio ſibi vendiſare poterit, privandum

n ſed & pœna duarum Marcarum auri puri, cujus ſe-
; antedicto. Authori, alter verò ſemis Fiſco noſtro
periali fraudis Vindici toties quoties contra factum
rit, pendatur, omni ſpe veniæ ſublata mulctandum
cernimus; Dummodò tamen quaterna ad minimum
edicti Libelli exemplaria Authoris ſumptibus quam
mùm ad Cancellariam noſtram Imperialem Aulicam
nsmittantur. Mandamus ergò univerſis & ſingulis
ſtris, Sacrique Rom: Imperij, Regnorumque & Do-
niorum noſtrorum hœreditariorum ſubditis, ac fideli-
is dilectis, cujuscunque ſtatûs, gradûs, ordinis condi-
onis, dignitatis, aut præeminentiæ fuerint, præſertim
rò Magiſtratibus, tàm Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus,
quenquam huic noſtro Privilegio Cæſareo impunè
ontravenire patiantur, quin transgreſſores ſupraſatis
œnis, alijsque modis idoneis coërceant, quatenus ut
ſi eandem mulctam evitare voluerint. Harum teſtimo-
o literarum manu noſtra ſubſcriptarum & Sigilli noſtri
ppreſſione munitarum; Quæ dabantur in Civitate no-
ra Viennæ Die 27. Menſis Aprilis, Anno Domini 1671.
egnorum noſtrorum Romani 13. Hungariæ 16. Bo-
emicæ verò 15.

Leopoldus, &c.

Ut: Leopoldus Guilielmus
Comes in Kinigsegg, &c.

(L. S.)

Ad Mandatum Sacræ Cæſareæ
Majeſtatis proprium
Chriſtophorus Beŭer.

c ELO-

Digitized by Google

ELOGIUM

In Authorem.

Ux toti domui modio non ſubdita luces,
Lux es, *cujus Opus claruit eſſe bonum.*
Paſtor Apoſtolicus, *Paſtorum Paſcua ſignas,*
Ergò quot paſces, Hauckius *unus oves?*
Sal es; *ſed fatuus fatuum* Te *dixerit eſſe:*
Sal terræ es; *Nam qui* Te *capit, ille ſapit.*
Lux, Paſtor, Sal, *fœcundas, paſcis, penetráſq;,*
Corda, Greges, Animos, Dogmate, Re, átq; Modo.

ALIUD.

Aſtor paſcit Oves; ſed hic Author paſcit utrúmque
Hæc ſua, dum ſuperis, Epinomia *litat.*
Nónne ligatur Ovis? rarò: plerúmque ſoluta
Paſtorem ſequitur, paſcitur absque dolo,
Fortè ligata gemit? Iubilæi hanc Gratia ſolvit:
Vt docet Appendix, quam tenuiſſe juvat.

ALIUD.

ALIUD.

Q Uàm benè Paſtores Animarum, Paſcua monſtrans
Inſtruis, & calamo traduce paſcis Oves.
úmque hoc Opus rarum Iubilæi fructibus auges,
Quidquid habet laudis, Vir Iubilatus *habes.*

ALIUD.

S I dedero Tibi nomen Apis, *tua facta dedere,*
Quodnam Apis *aculeo,* Tu *facis ingenio.*
ic ut Apis *vario variat ſua munera flore,*
Tu *varias Doctis germina texta Viris.*

Ità canebant q. mihi

Admodum R. Nobilis & Eximius D. Paulus Pfrim, AA. & Philoſoph: Doctor, SS, Theologiæ Licentiatus, nec non q. Decanus in Civitate Hartberg Styriæ.

R. P. Don Florentius Schilling, ex Cler: Regul: S. Pauli Barnabita, & q. ultrà ſex luſtra Concionator ad S. Michaelem Viennæ famoſiſſimus.

R. P. Don Sigismundus Baur, ex Cler. Reg. S. Pauli Barnabita, Concionator & Theologus profundiſſimus.

Digitized

EPIGRAMMA
Gratulatorium
Don FerDInanDo
HaVCklo,
graVI præſentIs LIbrI AVthorI.

VOces trahant alij montes, ſylváſq; ſequaces;
At ſolos homines attrahit iſte Liber.
Quidquid habent Canones, Synodus, Decertáq; Legũ,
Concilia, aut Bullæ, continet iſtud Opus.
Authorum hic varios variato germine flores,
Non manu, at Ingenio, quæ ſerit Author, habes

ALIUD.
NobILI, átqVe pIo VIro
noMIne & re FernanDo
HaVCklo.

NEſcio quo titulo Tibi *gratuler Author; in unum*
Si declino, novus mox mea ſenſa ſubit.
Pluribus haud utar, titulo Tibi *gratulor uno,*
Eſt dignus titulis omnibus iſte Liber.

Cum

Digitized by Google

n PAULO *eſt Fernande Liber tuus omnia factus*
Omnibus. Hunc ergò Lector amice legas.

Ità applaudebant

Nobiles & Clariſſimi DD. Ioannes Theodorus de Tollet, AA. & Philoſophiæ Doctor, U. I. Licentiatus, & ad S.C. Majeſt: Conſilium Imperiale Aulicum diverſorum Statuum Imperij Mandatarius.

&

D. Iodocus Stam, AA. & Philoſo-phiæ Doctor, nec non U. I. Licentiatus.

ECHO

Digitized

ECHO
In Epinomiam.
FERDINANDUS HAUCKIUS.
Anagramma
INDE; HUC FUSA DANS JURA.

F*Ertur* Fernandus *raræ utilitatis amore*
Hauckius; *Annè* Echo*niſus it eg*Regius?
Regius. *aſt agè dic, quid proderit* EPPINOMIA?
INDE. HUC FUSA DABIT IURA *ſac*Rata poli.
Rata poli. *Et rectè* Paſtorum Paſcua *ſignat*,
*An Iura hæc rêris poſſe la*Têre? Tere.
Mox capiet Paſtor diligens laudabile lucrum
*Illius ex Opere; Et quod ſibi quæ*rit. Erit.
*Ecce ergò Artis opus raræ, Herculeósque lab*Ores!
O Res *perpetuo concelebranda metro*!
Sic felix Fernandus *erit, cui ve*Spera, Spera,
*Iucundum hoc donent Aſtra lev*Amen, Amen.

Sic Echonizant Authoris ex Fratribus Nepotes.

Adm. R. Nobilis & Eximius P. Fr. Iacobus Hauck, SS. Theol: Licentiatus, Sacri Candidíque Canonic: Præmonſtraten: Ordinis Sacerdos Profeſſus in Cellis, & Eccleſiaſtes

Nobilis ac Clariſsimus D. Ioannes Valentinus Hauck, ad I. U. Lauream Candidatus, Notarius Publicus Cæſareus, nec non Eminentiſsimi Principis Electoris Moguntini in Civitate Thüren Centgravius & Prætor.

D. FER-

Digitized by Google

D. FERDINANDI HAUCKIJ EPINOMIA

Parochorum ABSENTIA.

1.

PArochus & alij animarum Rectores, tenentur de Jure Divino in ſuis Eccleſijs reſidere (*a*). Nec poteſt abeſſe à ſua Eccleſia *propter intemperiem aëris* non indè oriundus, etiam relicto Vicario approbato, absq; conſenſu ordinarij (*b*) *Nec propter Principis & populi furorem, ſeu ob peſtem aliumvè morbum contagioſum*, imminente detrimento Ovium ſuarum in ſpiritualibus, ipſæq; carerent alio ſufficienti Miniſtro (*c*). *Nec propter inimicitias capitales*, non conſulta S. Congregatione; debet enim aut reſignare aut permutare (*d*). *Nec propter ſenectutem*, etiam per ordinarium ſubſtituto Vicario idoneo, cum aſſignatione congruæ portionis (*e*).

*(a) *Concil: Trid: ſeſſ: 23. de Reform: c. 1.* (b) *Armendar. tit. An Parochi debeant reſidere in ſuis Curatis n. 18.* (c) *Vgolin. de Off: Epiſc: c. 15. §. 3. verſ: 3. eſt not:* (d) *S. Congr: die 15. Febr: A. 1619.* (e) *Zerol: in prax: Epiſ: p. 1. v. Reſidentia. §. 9.*

2. *Parvo tempore abeſſe*, dicitur continuò adeſſe; Et nullo infirmante poteſt abeſſe *per aliquas horas*, etiamſi nullum ſubſtituat: *Abeſſe verò tota die*, nec laudandum, nec vituperandum; *Abeſſe per duos vel tres dies* nullo infirmante, & nulla alia cauſa juſtificante, maximè à villis, ubi non eſt alius Sacerdos à Parocho, rationabile eſt valdè, eſſe peccatum mortale(*a*). *Abſens ultra biduum* poteſt ab Epiſcopo pœna pecuniaria puniri facta priùs prohibitione(*b*); Non poteſt tamen Epiſcopus prohibere Parocho, *ne ultra triduum* à ſua Eccleſia abſit ſub pœna Excommunicationis latæ Sententiæ(*c*). *Abſens per ſex vel ſeptem dies* poterit relinquere ſubſtitutum ſine Epiſcopi approbatione ex conſvetudine univerſali, niſi Epiſcopus hoc ſpecialiter inhiberet(*d*). Secluſa conſvetudine non poteſt *abeſſe per hebdomadam*, non petita vel non obtenta licentia, etiam relicto Vicario idoneo ac ipſo Ordinario approbato(*e*); Poteſt tamen abeſse ſingulis annis cauſa animi relaxandi *per duos menſes*, ſivè continuos, ſive interpolatos, ſubſtituto priùs Vicario idoneo, dummodò id fiat æqua ex cauſa, quæ an talis ſit, ipſorum conſcientiæ relinquitur, & ſine gravi gregis detrimento(*f*). Atq; adeò poteſt abeſſe ſine licentia Epiſcopi *per duos menſes* cotinuè vel diviſim(g); *Primo autem bimeſtri* non poteſt abeſſe ſine Epiſcopi Facultate(*h*). Utraque opinio eſt ſecura & probabilis(*i*). Abſens à ſua Eccleſia *per unum vel*

menſes absq; Facultate Epiſcopi in ſcrip-
absq; alia legitima cauſa, non poteſt per-
fructus pro rata abſentiæ, ſed tenetur eos
ere (k); quia Conc: Trid: d. cap: 1. ait:
ocunq; eos abeſſe contigerit, debere priùs
a eſſe cognitam & probatam per Epiſco-
Et hoc dictat Jus naturale, Parochum non
tem, & Parochialia munia non obeuntẽ,
ſſe capere(l); Et *abeſſe ultra bimeſtre* non
ni ſi ex juſta & gravi cauſa cognita & ap-
a ab Epiſcopo, & Facultas data ſit in ſcrip-
Ut autem abeſſe poſſit legitimè *ultra bi-*
requiruntur quatuor: Primùm, ut cau-
uſta & debita 2. Ut cauſa priùs per Epi-
n cognoſcatur & approbetur: 3. Ut re-
tur pro tempore abſentiæ Vicarius ido-
o ipſo Ordinario approbandus cum debi-
cedis aſſignatione. 4. Ut ejusmodi Facul-
pto, & gratis concedatur(n). Non ſatis-
item conſcientiæ habens juſtam abeundi
n *per duos aut tres menſes*, ſi petat licenti-
rans ſe gravem habere cauſam, quam nõ
at manifeſtare, ſi Epiſcopus non conce-
; poteſt tamen, conſentiente Ordinario,
e *per tres aut quatuor menſes* in locis vici-
us ad recuperandam ſanitatem, ſi in loco
ialis curari non valeret(p).

) Poſſev: de Off: Cur: c. 1. n. 3. & 4. in fine.
gr: Conc: in una Terracin: 11. Febr: 1628.
rc: p. 3. c. 2. n. 23. declar: 2. (d) *Poſſev: c. 1.*

 n. 19.

n.19. (e)*Idem Garc: ibid: in 3. declar:* (f) *Conc: Trid: ſeſſ: 23. de Ref: c. 1.* (g)*Lopez: in Inſtr: conſc: tom: 1. c. 148.* (h) *Vgolin. de Off: Epiſc: c. 15. §. 5. n. 2.* (i) *Ludov: à S. Joan: de adminiſtr: Sacr: art: 1. de reſid. n. 17.* (k)*Garc: p. 3. c. 2. n. 26.* (l)*Valent. tom: 3. diſp: 10. q. 3. pun: 5.* (m)*Trid: d. cap: 1.* (n)*Barb: de Par: p. 1. c. 8. n. 58.* (o)*Garc: d. cap: 2. n. 37.* (p) *Vgolin. loc. cit.*

3. Parochus poteſt abeſſe à ſua Eccleſia ex quatuor cauſis in ſcripto ab Epiſcopo approbandis, nimirùm: *Ob Chriſtianam charitatem: Urgentem neceſſitatem: Debitam obedientiam: Et evidentem Eccleſiæ, vel Reipubl: utilitatem* (*a*). *Chriſtianæ charitatis eſt*, juvare aliquam privatam Eccleſiam, dirimere lites, controverſias & odia, ſecluſo damno notabili ex abſentia(*b*). *Per urgentem neceſſitatem* intellige, Abſentiam ad tempus ad morbum curandum, bellum, hoſtium incurſus, peſtem ſævientem, aëris intemperiem, inimicitias, offenſionem Principis vel populi declinandam, vitæ vel ſalutis, aut libertatis periculum ad tempus vitandum, dummodò non immineat detrimentum ovium in ſpiritualibus(*c*). *Debita obedientia eſt*, quæ Superioribus debetur, putâ Papæ, vel Epiſcopo, præſtando ijsdem, vel Papæ Legato obſequium, & Officium juſtum, & debitum imperantibus, quale eſſet ad viſitandam Provinciam, vel Diœceſim, vel ad Pacem componendam. *Propter evidentem Eccleſiæ vel Reipubl: utilitatem* abeſt, qui ad Synodum

Generalem vel Provincialem, aut Diœce-
i ritè aut legitimè vocatus abit, vel cum
beſt pro lite Eccleſiæ, vel pro obtinenda à
iore reformatione in varijs emergenti-

) *Trid. ſeſſ:23. de Ref: c.1.* (b) *Azor: Inſtit:*
ır:2. l.7. c.4. q.4. (c) *Idem ibid: verſ: 1. 2.*

.
Abeſſe non licet *tempore Adventûs, Natalis,*
ageſimæ, Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Cele-
s Corporis Chriſti; Et abeſſe volens juſta de
ſivè cum licentia, ſivè abſq; ea, tenetur
iere ſubſtitutum qui pro ſe, populo ſervi-
Non poteſt tamen Vicarium idoneum &
batum relinquere *ad longum tempus* incon-
piſcopo (*a*). Excuſatur autem ab hoc,
o cauſa eſt urgens, putà quia hoſtiliter pe-
& non habet quem ſubſtituat, nec recur-
oteſt ad Epiſcopum pro licentia, & pro Vi-
ubſtituendo (*b*) Et non adſint infirmi, vel
it, alius adeſt, qui poſſit conferre Sacra-
neceſſaria, ſaltem pœnitentiam, vel et-
non ſit alius Sacerdos, infirmus tamen
commodè expectare alium Sacerdotem
è accerſendum. Si verò inſtet periculum,
ſcedente, aliquem moriturum ſine pœni-
etiam in caſu, quandò ſibi manifeſtum
periculum immineret, & fugiendo poſ-
l evitare, non poteſt abeſſe (*c*). Nec ex-
r à deſerendo populum non ſolùm peri-

culo ſuo probabili, ſed nec certo; læditur enim populus ex ipſius abſentia notabiliter (*d*).

*(a) *Trid: ut ſupra.* (b) *Azor: d. c. 4. q. ult:* (c) *Poſſev: d. c. 1. n. 14. 19. & ſeqq.* (d) *S. Thom: 2. 2. q. 185. art: 5.*

5. Abeſſe non poteſt, *in caſu quo cauſam rationabilem expreſſerit*, quam Vir bonus & æqvus rationobilem judicaverit, ſed rigidus Prælatus minùs æquam judicet, & licentiam denegat (*a*). Nec abeſſe poteſt, *ſi Prælatus movetur ſuſpicione*, quod cauſa ſit ficta, cum tamen ſit vera, ſed habere poteſt recurſum ad Superiorem (*b*). Et abſentandi ſe licentiam petens, *fingendo cauſam juſtam*, quam revera non habet, peccat mortaliter, & tenetur reſtituere fructus (*c*), & pro rata abſentiæ reſtitutio debetur fabricæ Eccleſiæ (*d*), vel pauperibus, nec obtineri poteſt compoſitio (*e*). Et Parochus quidem tenetur ad reſtitutionem fructuum *ante ullam Judicis ſententiam* (*f*); Et licet Ordinarij locorum, Epiſcopo Inferiores poſſint dare Parochis licentiam ſe abſentandi (*g*). Tamen Epiſcopus debet cognoſcere de cauſis abſentiæ, *etiam ab Eccleſijs Parochialibus*, quarum Collatio ad Inferiores ſpectat (*h*).

*(a) *Poſſev: c. 1. n. 19.* (b) *Congr: Concil: teſt: Garc: d. c. 2. n. 27.* (c) *Azor: par: 2. l. 7. c. 10. q. 3.* (d) *Trid: ſeſſ: 28. de Ref. c. 1. verſ: Si quis autem.* (e) *Navar: in man: c. 25. n. 121. & Conſ: 20. de celebr: Miſſ.* (f) *Trid: ibid. & S. Congr: Conc: teſt: Garc: de benef. p. 3. c. 2. n. 27.* (g) *Azor: p. 2. l. 5. c. 10. q. 4.* (h) *Garc: p. 3. ar: 2. n. 179. in 2. declar.*

Parochus juſta de cauſa abſens, non tene-
bſtituto, qui voluit ſervire gratis, illi in
entia aſſignare partem fructuum pro de-
ercede (*a*). Graviter tamen peccat, *aſ-*
do peregrinationem in Anno ſancto ad Urbem,
abens facultatem à ſuo Epiſcopo (*b*). Lu-
tamen Indulgentiam, ſi pœnitens perfi-
pera requiſita (*c*).

a) *Trid: d. c. 1.* (b) *C. non oportet de conſe-*
iſt: 5. (c) *Bennzon: lib: 5. c. 15. dub: 12.*
eſidentia in hoc opuſculo.

Ex Synodo Pragensi
Tit: de Parochis.

Vicunque beneficium aliquod Eccleſiaſticum,
curam animarum quomodolibet habens, ob-
quovis etiam dignitatis nomine nuncupetur,
eidem ab ipſa fundatione cura non immine-
narum, ſed longo poſt tempore annexa ſit, a-
um Eccleſiam reſideat, in propria ſ. Eccleſia
ſi habeat, alioquin in alia, quæ tamen in pro-
rochiæ finibus ſita ſit, & niſi ex juſta cauſa ab
rio ſcripto approbanda, & unquam ullâ ra-
beſſe liceat. Qui ſecus fecerit, præter peccati
, pœnam etiam amiſſionis fructuum Eccle-
præeſt, eo ipſo incurret. Qui verò contra SS.
um & S. Conc: Trid: præſcriptum, plura cu-
nimarum habentia obtinent beneficia, vel di-
, aut Canonicatus, ſeu alia in quibus reſide-
ceat, niſi à S. Sede Apoſtolica diſpenſationem
obti-

obtinuerit is ab eo tempore, quo poſterioris beneficij poſſeſſionem aſſecutus eſt, ſciat beneficium quod prius obtinebat, ipſo Jure vacaſſe, tenerique ideò ad ſtatim illud dimittendum, fructusque omnes mala fide perceptos, Eccleſiæ ipſi reſtituendos. Quod ſi quis Canonicatum una cum Curato beneficio ex diſpenſatione Apoſtolica retinere poſſit, non in Canonicatu, ſed in beneficio Curato reſideat ad præſcriptum Conſtitutionis Pij Papæ V. Nemo ab Eccleſia ſua abſit absque licentia Archi-Diaconi (Vicarij Foranei) *propriæ regionis ſeu tractus. Si autem licentia longior ſeptem diebus ſit duratura, non ab Archi-Diacono, ſed ab Ordinario, ſeu ejus Officiali facultatem ſcripto obtineat. Nullo tamen modo occaſione abſentiæ celebratio Miſſæ in Eccleſia Parochiali præſertim die feſto, & veſpertinarum horarum, ac debita Sacramentorum adminiſtratio, aliavè quævis functio Parochialis intermittatur.*

ABSOLUTIO.

I.

PArochus *moribundum*, qui neſcit loqui, ſed à ſe præſente nutibus quærit abſolutionē, abſolvere debet; quia licet ex Chriſti inſtitutione Confeſſio Sacramentalis debeat eſſe integra, tamen neceſſitas facere poteſt, ut Confeſſio mutilata ſufficiens ſit ad obtinendam Sacramentalem abſolutionem, quare ad eandem obtinendam ſufficit confeſſionem fieri in genere de proprijs

peccatis, quando ad ſpeciem & numerum
endi non poteſt. Nam DEUS à nobis non re-
it aliam confeſſionem, quàm quæ nobis hîc
nc poſſibilis eſt(*a*). Tenetur etiam abſol-
moribundum, qui non audit nec loqui po-
ſed tantùm percutit pectus ſuum, vel ele-
oculos in cœlum, vel reſpicit aliquam ima-
m, vel facit quid ſimile, hoc vidente ipſo,
alijs teſtificantibus; quia hæc ſigna cenſeri
nt directa ad Sacramentalem abſolutionẽ,
quiſq; in tali ſtatu, optimum ſuæ animæ
edium deſiderare ſoleat(*b*). Item debet ab-
ere *Infirmum*, qui eſt adeò ſenſibus deſtitu-
ut præſente Confeſſario nulla ſigna doloris
atorum dare queat, ſed ante ejus adventum
ſtantium teſtimonio confeſſionem petijt;
quia iſta eſt confeſſio per interpretes, id eſt,
ntes, quæ eſt valida; Tùm quia adeſt ſuffi-
s materia confeſſionis ſecundum temporis
ſtias; tùm quia tàm confeſſarius, quàm te-
& pœnitens ſunt præſentes, & de eo verifi-
r illud pronomen demonſtrativum, TE
OLVO(*c*). Et Parochus eligens opinio-
contrariam (*qualis eſt Navarri*) & negans
ituro in hoc caſu Sacramentalem abſolutio-
, læthaliter peccat; quia proximum amit-
e ſalutis evidenti periculo contra charita-
exponeret, cum, ſi contritus non extitiſſet,
a ipſius Parochi damnaretur, & abſolutione
retur.

*(a) *Ca-*

*(a) *Canones & Rit:Rom: Pauli V. ſub tit: de Sacram: pœn. ibi, vel in genere vel in ſpecie cognitis. Dian. p. 3. tr. 3. reſ. 1. in Miſcellaneis & plures alij.* (b) *Laym. in theol. mor. l. 5. tr. 6. c. 8. n. 4. Item Rit. Rom. ut ſupra.* (c) *Conc. Carth. 3. Canon. 34. cap. Ægrotantes de conſecr. d. 4. cap. Is qui per pœnitentiam in infirmitate 26. q. 6. ex Conc. Carth. 4. Conc. Arauſic. 1. cap. 12. & cap. Qui redeunt q. 6. Rit. Rom. loc. cit.*

2. Parocho licitum eſt abſolvere à peccatis & cenſuris *morti proximum ſenſib9 deſtitutum*, dummodò unus, etiam abſens, fidem de petita ab eodem confeſſione, vel ſignis contritionis datis, priùs illi fecerit(*a*). Et licita eſt iſta abſolutio collata *Infirmo ſenſu carenti*, ſivè teſtis viva voce, ſive per literas de Infirmi petitione depoſuerit, ſive teſtis ille ſit mulier, ſive puer, ſivè ſervus, ſive à Jure excluſus à ferendo teſtimonio, ſivè admiſſus; quia plures teſtes requiruntur, ubi agitur de alterius detrimento, quod in hoc caſu locum non habet(*b*). Nec oportebit teſtem eſſe Chriſtianum, aut infidelem, aut hæreticum; de his enim præſumi non poteſt, affirmare quod falſum eſt, ut fiat Sacramentum, præſumendum tamen eſſet è contra, non teſtaturos ſigna pœnitentiæ tradita, ne miniſtretur Sacramentum verum: In hoc eventu putat nonnullus Sacramentum miniſtrandum ſub conditione, *Si verum eſt te ſigna pœnitentiæ oſtendiſſe, abſolvo te à peccatis* (*c*). Sed iſta conditio non eſt neceſſaria,

quia

ia dd. Conc: Carthag: & Arauſic: præter Rit: m: abſolutè & ſine ulla conditione docent abvendum ſimilem Infirmum(*d*).

*(a) *Valent. tom.4. diſp.7. q.11. pun.1. & Rit. n. ubi ſupra.* (b) *Gloſſ. in d. cap. Is qui per pœentiam in infirmitate 26. q. 6. in V. Qui audieit.* (c) *Sancius in ſelect. diſp.44. n.35.* (d) *Fil. . tom.1. tr.7. c.5. n. 121. verſ. Dico ſecundò.*

3. Abſolvendus eſt, *qui ſignificans ſe cupere fiteri*, ideóq; ad genua Sacerdotis accedens, *im apoplexia tangitur*, antequam aliud verbũ ferat; quia in ordine ad Sacramentalem nfeſſionem dedit ſigna generalia, quibus ondit ſe peccaſſe, & de eo dolere(*a*). Et Conſarius, quem paulò antè in periculo mortis dierat, & non abſolverat, ſi poſtea ſuperveens, *invenit vivum ſed amiſiſſe ſenſum*, poteſt um abſolvere, dummodò non conſtet talem, luntatem pœnitendi mutâſſe, quia ponitur poſitio ſufficiens ad ſuſcipiendam abſolutiom, & reperitur confeſſio, non tantùm in gere, ſed etiam in ſpecie(*b*). Poteſt item pœnis abſolvi, *qui accerſivit Confeſſarium per nunm*, & adveniente Confeſſario ità obmutuit ità ſenſibus deſtitutus eſt, ut nullum peccan exprimere, aut doloris ſignum exhibere lit, nullusq; tunc adſit, qui petitionis confeſnis fidem faciat(*c*).

*(a) *Conick. in reſp. pro abſolutione moribundi 6.* (b) *Chappeavill. tr. de mod. admin. Sacram. temp.*

temp. peſt. c.3.q.13. (c)*Bonac. tom.3. diſp.2. q. 3. p. 3. n. 4.*

4. *Abſolutio ſub conditione* impertienda erit moribundo, quando ambiguitas intercedet, num ſigna ſint ex dolore orta, vel ex angore & anguſtia mortis, cum prodeſſe poſſit Infirmo, & non obeſſe Sacramento; vitatur namq; Sacrilegij periculum *appoſita conditione* (*a*). Et Parochus prudenter aget ſi favorabiliori illi opinioni adhæreat, quæ ſentit, abſolutionis beneficium moribundo impendi poſſe *ſub conditione*, etiamſi nullum ſit confeſſus peccatum, nec Confeſſarium petierit, nec indicia exhibuerit, ex quibus actus contritionis vel attritionis argui poſſit; modò talis in articulo mortis conſtitutus, *Chriſtianè vixerit, & bonus ac fidelis homo æſtimetur*, cùm in neceſſarijs ad ſalutem tutior pars ſit amplectenda, & certiori periculo ſit occurrendum, & in tali caſu *conditione appoſita*, irreverentia Sacramenti, vel Sacrilegij periculum ceſſat (*b*). *Lapſi in apoplexiam, aut ex equo, aut ex improviſo læthaliter vulnerati*, non petentes confeſſionem, neq; ullum doloris ſignum exhibentes, voce deſtituti & uſu rationis, poſſunt & debent, præſertim à Parocho abſolvi ſub conditione: *Si es capax*: maximè *ſi Catholicè vixerint, & non conſtet, adhuc eſſe in affectu ad peccatum mortale* (*c*). Et in dubio, *num puer habeat uſum rationis*, poteſt abſolvi ſub conditione ſaltem animo retenta, imò in articulo mortis debet (*d*).

Hîc

: ſingulariter nota: Quod Confeſſarius ex o-
iione probabili poteſt abſolvere moribundū
conditione; nam ille qui agens aliquam acti-
em judicat ſe non delinquere, abſolutè poteſt
m exercere, nec opus eſt conditionem adde-
e). Et quando Theologi dicunt miniſtran-
m eſſe Sacramentum *ſub conditione*, quando
bitatur de valore Sacramenti, id intelligen-
n eſt in dubio proprio, non in opinionibus.
(a) *Sancig ubi ſupra.* (b) *N.Homob. in Exam.*
leſ.p.1.tr.7.c.18.q.84.& plures alij. (c) *DD.*
d Dian.tom.3.de Sacr.c.8.&9. (d) *Laym. in*
l.mor.l.5.tr.6.c.5.n.7. (e) *Sancius ubi ſup.*
12.

5. *In ſupradictis caſibus* non ſolùm poteſt Con-
ſarius, ſed tenetur dare abſolutionem; quia
n hoc licitè poſſit facere, ad hoc obligatur, *vel*
Charitate vel ex Juſtitia (ſi pœnitentis ſit Pa-
) quod etiam verum eſt reſpectu eorum qui
ıtrariam ſententiam tenent; quia cum hanc
tentiam poſſint tutò in praxi ſequi propter
m probabilitatem, idq; ſit ſaluti moribundi
dè expediens, aut etiam neceſſarium, ſi ſo-
n ſit attritus, ad hoc *ex charitate vel ex juſtitia*
etur; Et Sacerdotes nolentes moribundum
ali caſu abſolvere, rei ſunt, & necatores ani-
rum (*a*). Præterea abſolutio in prædictis ca-
ıs *eſt cum onere confitendi* debito tempore om-
peccata in ſpecie & numero, ſi abſolutus
ıvaleſcat, & Parochus qui illum abſolvit, vel
alius,

alius, poſt convaleſcentiam debet illum de hoc monere(*b*). Et hoc intelligitur de peccatis habentibus annexam cenſuram, ad recipiendam pœnitentiam aliam, alioquin reiucidet in cenſuram(*c*). Parochus enim, & omnes alij Sacerdotes *in articulo mortis*, quoslibet pœnitentes à quibusvis peccatis & cenſuris abſolvere poſſunt(*d*). Licet talis Parochus vel Sacerdos eſſet interdictus, excommunicatus, denunciatus, ſuſpenſus, degradatus, hæreticus; Et etiamſi pœnitentes eſſent alienæ Diœceſis & Parochiæ, etiam à caſu hæreſis occultæ, & publicæ, ſervatis ſervandis, & à quibuscunq; contentis in bulla Cœnæ Domini(*e*). Imò hoc ipſum apertè docet Conc: Trid:(*f*) ubi ſinè exceptione omnes Sacerdotes, tùm quoslibet pœnitentes à quibusvis peccatis & cenſuris abſolvere poſſe permittit, ne quis hac occaſione pereat .ſ. ſi abſolvi non poſſit à quocunq; Sacerdote *in mortis articulo*, etiam hæretico: ſicut igitur *in extrema neceſſitate* quilibet à quolibet Sacerdote baptizari poteſt & debet; Ita etiam à quibuscunque peccatis & cenſuris abſolvi à quolibet Sacerdote poteſt & debet, *cum utrumq; Sacramentum neceſſitatis ſit, & de Jure Divino præceptum*(g). Baptiſmus quidem ſimpliciter nondum regeneratis, Sacramentum verò pœnitentiæ lapſis omnibus poſt baptiſmum. Et non cenſetur Eccleſia taliter Excommunicatis Jurisdictionem auferre vel ſuſpendere, ne ob delicta hæreticorum, vel

aliorum excommunicatorum, filij ſui ſalu-
remedio injuſtè priventur, id quod verba
ncilij manifeſtè declarant. De confitendo
eticis, intelligi debet, *quando non timetur*
culum infectionis & perverſionis, nec pœni-
communicando in Sacramentis videatur
ſentire, vel approbare ſectam hæretici, nec
periculum ex parte hæretici abutendo Sa-
nento, & præſertim ubi malè de pœnitentiæ
ramento ſentiret, & in hoc hæreticus eſſet,
uando alius Sacerdos haberi non poteſt(*h*).
nim aliquid horum ſit, non licebit hæretico
iteri, ſed erit, ac ſi copiam confeſſarij non
eret.

(a) *Vasq. in 3. par. tom. 4. q. 91. art. 2. dub.*
58. (b) *DD. com̃.* (c) *Finell. de caſ. reſerv.*
n. 10. (d) *Trid. de caſ. reſerv. ſeſſ. 14. c. 7.*
Com̃. DD. (f) *Trid. ibid.* (g) *Idem ſeſſ. 14.*
& 2. (h) *Sayr. l. 2. c. 2. n. 26.*

Parochus *tempore ſævientis magnæ peſtilentiæ*
iquo loco, poteſt abſolvere ab omnibus ca-
s & cenſuris reſervatis; quinimò omnes Sa-
otes Jure Divino vel Eccleſiaſtico habent
facultatem abſolvendi, etiamſi ab ipſo E-
ppo non fuerint examinati & approbati,
habitantes in loco infecto, dicuntur eſſe in
ulo mortis(*a*). Et Parochus non debet tur-
ſimplicem Sacerdotem non approbatum,
empore peſtis cœpta Confeſſione pœniten-
quiſivit Jus eundem abſolvendi à peccatis
& cen-

& cenſuris(*b*). Et licet videatur Parocho, liçere ob tuendam vitam, non integram peſtiferati confeſſionem audire, ſed duobus vel tribus peccatis perceptis, ſtatim abſolvere & fugere, impoſito tamen hoc onere pœnitenti, ut ſi convaleſcat, reliqua crimina debito tempore confiteatur(*c*). Tamen contraria opinio eſt verior, & in praxi ſequenda; quia oppoſita ſcandalum in mentibus pœnitentium generat, qui dum integre non poſſunt confiteri, conqueruntur de Parocho, ac ſe non confeſſos exiſtimant, alij de propria ſalute deſperant experientia teſte; Tum quia defectus integritatis, etiam ex parte Confeſſarij, qui non vult audire integram confeſſionem, reddit eam nullam, ſicuti nulla redditur ejus confeſſio facta Confeſſario dormienti, & peccata confeſſa non intelligenti (*d*), vel Confeſſario, qui ob imperitiam neſciret diſcernere, inter lepram & lepram(*e*). Tum quia quando agitur de valore Sacramenti, & de animæ periculo, charitas nos obligat ad eam opinionem eligendam, quæ certum, ac minimè dubium ſalutis remedium illi providet, ne perditionis periculo exponatur (*f*) quale eſt ſi integram audiet confeſſionem, quod *ex lege charitatis & juſtitiæ* Parochus tenetur facere; Tantò magis, quia hæc opinio conformis eſt Chriſti inſtitutioni, Eccleſiæ univerſalis conſvetudini, Rituali Romano, à quo diſcedere periculoſum eſt: Et in praxi timorati Confeſſarij permulti, etiam

n Doctiſſimi, Mediolani, Bononiæ, Ticini, nonæ, Novariæ, & in alijs Urbibus, in qui- Anno 1631. peſtis graviſſima graſſabatur, opinionem ſecuti ſunt, qui ſe quidem ab- bant ab Interrogationibus minùs neceſſa- & ad benè eſſe, ſed tamen peccatoris ſta- cognoſcebant, ac integrè peccata, quantùm umerum & ſpeciem, juxta Tridentini de- , excipiebant.

a) *N. Homob. de Exam. Eccleſ. p. 3. tr. 15. c. 25. verſ. ad 2. q.* (b) *Com. DD. & Fagund. Eccl. præc. l. 7. c. 1. n. 19. verſ. an autem. p. 2. Paſq. de pœnit. q. 91. art. 3. dub. 2. n. 2.* (d) *r. de Confeſſ. n. 169.* (e) *Navar. in man. c. 12. & ſeqq. & c. 9. n. 12.* (f) *Sanchez. in De- 1. c. 9. n. 34. & 37.*

Confeſſarius poteſt *lethaliter vulneratum*, edici & Chyrurgi poſſint mederi ei, audito n uno peccato, ſecretè abſolvere, & poſt- a medicamenta applicata fuerint, integ- confeſſionem audire, & illum denuò abſol- (*a*): Si Medici à medicamentis nolint de- e, & interim periculum eſt, *ut vulneratus atur*, ſufficit ut alta voce dicat, ſe peccato- eſſe, & Confeſſarius poteſt ipſum abſolve- , quia talis conſtrictus neutiquam eſt co- alijs peccata ſua, etſi levia, manifeſtare. dic *de periculoſam navigationem, vel prœli- el periculum contagionis ſubeuntibus*. Itemq; *gnantibus*, ſi fœminæ quæ obſtetricantur,

 ita

ità impediunt, ut confitentem audire non poſſit, & periculum eſt in morâ. In periculo mortis NB. *Ut in peſte, bello aut naufragio*, quando periculum imminens aliud non permittit, poſſunt omnes ſimul ſigno aliquo, ut genuflexione, ſignificare ſe peccaſſe ſic in communi, & de eo dolere, ut continget, ſi Confeſſarius dicat: *Omnes qui volunt à peccatis abſolvi, genuflectant*, & tunc poſſunt etiam omnes abſolvi à Confeſſario dicente: *Ego vos abſolvo à peccatis veſtris* (*c*).

*(a) *Sanchez in ſelect. edit. Lugdun. diſput.* 44. *n.* 35. (b) *Hurtado de Sacr. pœnit. diſp.* 9. *diff.* 10.

8. Parochi poſſunt abſolvere *Eos, qui à Secta Lutheri, Calvini, &c.* quam profeſſi ſunt, *recedere volunt*, ſi examinati, invincibili, vel ſaltem moraliter, non culpabili ignorantia laboraſſe videantur, poſt ſufficientem tamen inſtructionem, editam quoque, ſi id fieri poſſit, coram Teſtibus fidei profeſſionem (*a*). Nota tamen, quod aliquarum Eccleſiarum conſvetudo exigit, ut tales etiam materiales hæretici ad eos mittantur, qui ab hæreſi abſolvendi poteſtatem habent, vel Epiſcopi, aut Vicarij ejus examini atq; judicio relinquatur. In abſolutione horum hominum, non oportet hac forma uti: *Abſolvo te ab excommunicatione, quam incurriſti propter hæreſim*; Tamen ad cautelam ita poteſt dici: *Abſolvo te à vinculo excommunicationis, & ſpeciatim ob hæreſim, ſi incurriſti, in quantum poſſum & tu indiges*: Nota præterea id, quod dicitur de ſuffi-

cienti inſtructione præmittenda; Ea enim
ninò requiritur, antequam ejusmodi rever-
es (ſivè formales, ſive materiales tantùm,
arij fuerint) ad Sacram Confeſſionem ad-
tantur; alioqui multi fictè accedent ob ti-
em Magiſtratûs, aliamvè cauſam, ex quo
ta incommoda orientur, quod multi incon-
tes, ac dubitantes in fide Catholica diutur-
empore permanebunt, vel apertè etiam ad
inos errores revertentur. Quare ante om-
Confeſſarius quærat ex ejusmodi Converſis,
imò ipſi confitentibus: *Utrum ex animo fir-*
de credant ea, quæ Catholica Rom. Eccleſia cre-
a proponit, & utrum in hac fide ſemper perſe-
re, & mori parati ſint? Si affirmare nolint,
iùs non procedat ad peccatorum enarratio-
faciendam; ſed dimittat eos denegato teſti-
io factæ confeſſionis; ne ſi ſchedam teſti-
ij accipiant, tanquam veri fideles habean-
& ad S. Euchariſtiam admittantur; Neq;
in hoc periculum eſt violandi Sigilli Sa-
entalis: cum enim tales homines veram
olicam fidem profiteri nolint, ideoq; Sa-
entalem Sacerdotis abſolutionem parvi
ntes, non ex animo expetant, illorum ac-
s Sacerdotalis non eſt, ſed fictitius & ſimu-
. Quæ omnia incommoda magna ex parte
buntur, ſi antea benè inſtructi & catechiza-
iùs etiam fidei profeſſionem coram teſti-
acere compellantur, quàm ad Sacramenta
a admittantur.

*(a) *Laym. in Theol. mor. lib. 2. tr. 1. c. 13. n. 4. & ſeqq.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: de Pœnitentia.

NUllus Sacerdos, ſive ſecularis, ſive cujusvis Ordinis & inſtituti regularis, Confeſſiones ſecularium, etiam Sacerdotum aut Clericorum audiat, niſi vel beneficium Parochiale, ſive animarum curam legitimè obtineat, vel ab Ordinario vel ejus Officiali approbationem & facultatem in ſcriptis prævio examine, vel ſine eo, ſi ita judicabitur expedire obtinuerit, alioquin ſuſpenſionem à Divinis ipſo facto incurrat; Abſolutio Sacramentalis ab ijs collata, qui Jurisdictionem non habent, irrita eſt & invalida. Non licet per literas ſeu Internuntium Confeſſario abſenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere, ut decreto Clem. VIII. declaratum eſt, qui aliquid contra hujus decreti præſcriptum admiſerit, pœnas & cenſuras in eo inflictas ipſo facto incurrat. Confeſſarijs Sacerdotibus quibuscunque, etiam Regularibus, inhibetur, ne quempiam caſibus reſervatis irretitum absq; facultate in ſcriptis obtenta, abſolvere attentent, etiam quorumcunque privilegiorum Jure, tàm Regularibus ipſis, quàm Confratrijs, Eccleſijsvè conceſſorum, prout à S. Sede Apoſtolicâ ſæpiùs declaratum fuit, alioquin Excommunicationis

œnam ipſo facto incurrant, atque ejuſmodi ab-
ionem nullius roboris ac momenti eſſe ſciant.
ndant præterea Confeſſarij, ne à cenſuris quo-
odo Summo Pontifici, Sedivè Apoſtolicæ reſer-
,quempiam extra articulum mortis abſolvant,
uin Excommunicationem ipſo facto ſubeant,&
a eſt, & nulla hujuſmodi abſolutio. Quod ſi
 in articulo mortis ab aliqua cenſura reſerva-
ſolverint, illum moneat, ut ſi convaluerit, ad
riorem, cui reſervata eſt, quam primùm pote-
e præſentet, alioquin reincidet in eandem.
eſſarij habentes facultatem abſolvendi aliquos
ccommunicatione majori, vel interlicto Eccle-
o ne eos à peccatis abſolvant, niſi priùs à cen-
legitimè abſoluti fuerint. Videat Confeſſarius
nter, ne quem abſolvat, qui vel odium, inimi-
nvè deponere nolit, vel reſtituere pro faculta-
recuſet alienum; ſeù à ſtatu peccati mortalis
tus non ſit deſiſtere, & occaſionem ſimilis pecca-
are, qua de re probatas doctrinas ſtudeat rectè
ſcere,& ſecundùm eas ſeſe gerere. Concubinarijs
 ijs etiam, qui peſſimum blaſphemandi uſum
s annos retinuerunt, atque ſe emendare nun-
 ſtuduerunt, & quos præterea in quævis alia
iora crimina frequenter ex prava conſvetudi-
cidiſſe animadverterit, etiamſi quoad caſus re-
tos facultatem abſolvendi obtinuerit, ijs ad a-
t dies, atque adeò ad menſes, prout morbi gra-
 exigere videbitur, abſolutionem differat, ita
n, ut illos ſanare, non autem in deſperationem,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ac t confuſionem inducere, piè prudenterq́; procuret. Fidelibus ad Sacramentalem Confeſſionem accedentibus, pœnitentiam imponat, antequam eis beneficium abſolutionis impendat. Confeſſione peracta, dum abſolutionem impertit, ne Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, ſeu alias Orationes pœnitenti injungat, eo ipſo tempore recitandas; imò ut pœnitens abſolutionis verba audiens, ſpiritualem conſolationem concipere poſſit, diſtinctè ac ſedatè illa pronunciet, præſertim ea quæ Sacramenti illius formam continent, nempè, ABSOLVO TE. *In eo maximè cautus ſit abſolvendo, cui facultas adſit aliena reſtituendi, vel legata pia perſolvendi, idque cum aliàs in Confeſſione promiſerit, præſtare tamen neglexit. Dum abſolutionis formam profert Confeſſarius, manum dexteram ſuper pœnitentis caput, (quod non ſine myſterio eſt) elevatam teneat, itâ tamen ut ipſius caput non tangat.*

ALIENATIO RERUM ECCLESIASTICARUM.

I.

PArochus cavere debet à locationibus bonorum ſuæ Parochiæ *cum anticipatis ſolutionibus in præjudicium Succeſſorum*, quia ſunt nullæ (*a*), Et locanti immobilia bona *ultra triennium*, aut alia ratione alienanti absque Sede Apoſtolica, conſtituta eſt Excommunicatio, & aliæ graviſſimæ pœnæ (*b*). Nec poteſt locare fru-

uctus & redditus rerum Eccleſiaſticarum *ul-*
a triennium(*c*), ſi tamen adeſt conſvetudo, non
rohibetur locatio *ultra triennium*(*d*). Ad alie-
ationem, ut ritè fiat, duo copulativè requi-
intur: *Cauſa juſta in caſu licito; Et ſolemnitas*
gitima conſulto Papa. Prohibentur etiam *Em-*
yteuſes, quæ non ſunt à Jure permiſſæ, neque
bonis ſolitis ab antiquo dari in Emphyteu-
n, neque cum evidenti Eccleſiæ utilitate; Item
ine pactum, per quod dominium transfertur,
nceſſio, Hypotheca, Infeudatio; conceditur au-
m alienatio fructuum, & bonorum, quæ ſer-
ndo ſervari non poſſunt(*e*). Prohibetur quo-
e *Tranſactio & Compromiſſum* de re Eccleſiæ in-
rporata; secùs de re nondum incorporata;
em *Impoſitio ſervitutis, Ceſſio jurium, actionum,*
s & cauſæ; alienatio mobilium prætioſorum, op-
noratio & conditio dantis, ut alienari poſſit res
ta ſinè ſolemnitatibus, non valet(*f*). Et pro-
bita cenſetur *Permutatio*, etiam inter Eccle-
ſticos; Præterea alienationes factæ de bonis
mobilibus Eccleſiæ cum clauſula: *Reſervato*
lis Apoſtolicæ beneplacito: irritæ & invalidæ
it, ſi ante impetratam confirmationem poſ-
ſio rei Eccleſiaſticæ alteri tradita fuerit, & in
caſu Parochi & Rectores ipſi, & Poſſeſſores
quam intruſi, ad pœnas conſtitutas tenebun-
(*g*). Excuſantur autem, ſi pœnitentia ducti
alio titulo alienationem revocaverint ante
lem & pacificam poſſeſſionem(*h*). Ad alie-
natio-

nationem verò rerum tenuiorum, licet immobilium. Eccleſiæ non requiritur Apoſtolica authoritas, *dummodò cauſa cognita, & evidente Eccleſiæ utilitate comperta*, eam Ordinarius ſua Authoritate probaverit; Et hoc deciſum fuit per S. Congregationem, nec Conſtitutio Pauli II. neque Conc: Trid: decretum derogavit: *Et ſumma neceſſitas & celeritas negotij*, quod non poſſit adiri Papa, poteſt excuſare à Solemnitatibus(*i*). Si contingat alienari bona; quæ onus annexum habent perpetuum Miſſarum, *in alia ſtabilia, cum ejuſdem oneris repetitione & annexione convertantur*, ſub pœna Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda(*k*). Bona verò quæ ſunt difficilis recuperationis, ſeu incerta, vel incognita, alienari poſſunt ſine Solemnitate, eo pacto, quòd Laicus emptor ſuis expenſis & periculo ea recuperet(*l*).

* (a) *Conc: Trid: ſeſſ: 24. de Ref: cap: 11.* (b) *Extravag. Ambitioſæ de reb: Eccl: non alien:* (c) *Barb: in collect: in text: ut ſupra.* (d) *Pariſ: cauſ: 98. lib: 4.* (e) *Paul: II. in Bulla 1468.* (f) *Quarant. V. Alienatio n. 20. 21. 22. 24. 27. 31. & 43.* (g) *Barb: de pot: Ep: alleg: 95. n. 57. Idem de Parocho p. 1. c. 13. n. 41.* (h) *Covar: lib: 2. var: c. 16. n. 7.* (i) *Quarant: ut ſupra n. 41. cap. Terrulas 12. q. 2.* (k) *Congr: Conc: de celebrat: Miſſ: 11. Junij 1625.* (l) *Nald: V. Bona. n. 9.*

Ex Sy-

Digitized by Google

Ex Synodo Pragenſi
Tit: De Parochis.

Cum aliquando reperiantur aliqui bonorum Eccleſiaſticorum, & Jurium Conductores, qui ea in totum vel in partem uſurpare non verentur in propriæ ſalutis ſpiritualis exitium, & maximè Eccleſiarum detrimentum, omnibus Parochis, Beneficiarijsque præcipitur, ut locationes ſuorum beneficiorum nunquam faciant inſcio Ordinario, & exemplar hujusmodi bonorum locationis Ordinario, aut ejus Officiali ſtatim transmittere teneantur. Præterea Parochi omnes ſæpè populis ſignificent, eos omnes tàm Clericos, quàm Laicos, qui alicujus Eccleſiæ beneficijvè, aut loci pij bona, cauſas, jura, fructus, & obventiones per ſe vel alios, quacunque arte, vel quovis quæſito colore, in proprios uſus convertere, & uſurpare præſumpſerint, ſeu impedire, ne ab ijs, ad quos Jure ſpectant, percipiantur, Excommunicationem, & alias pœnas SS: Canonum, Generalium Conciliorum, Jure contra hujusmodi inflictas incurrere.

ALTARE.

I.

Parochus *in Eccleſia conſecrata* non poteſt erigere Altaria, niſi de licentia Epiſcopi (a). *In non conſecrata* poteſt (b). Altare ligneum cum ara lapidea permitti debet, non obſtante Conſtitutione Synodali, & altaria Sanctiſs: Sacra-

cramenti, & B. MARIÆ, quæ ſunt à dextris Altaris majoris, in quo celebratur Officium, incenſari debent; In Altari privilegiato *pro defunctis* debent celebrari Miſſæ de Requiem, aliàs indultum non ſuffragatur(*c*). Altare veſtiatur tribus mappis, vel altera ex duabus duplicata, ijsque benedictis; In eo collocetur Crux inter candelabra, & ponatur tabella Secretarum(*d*). In altari ubi celebravit proprius Epiſcopus, ab alio non celebretur ibi eodem die, ſine licentia ſaltem tacita(*e*). De titulis Altarium, niſi ſint in Calendario Romano nullum recitatur Officium(*f*). Polluitur Altare, & non poteſt ibi celebrari, pollutâ Eccleſiâ(*g*). Circum Altare prohibentur coronides ligneæ(*h*). Altaria portatilia debent eſſe capacia pedis Calicis, & Hoſtiæ conſecratæ(*i*).

*(a) *Sylv: v. Altare n.2.* (b) *Azor: par: 1. l. 10. c.27. q.6.* (c) *S. Congr: Rit: in Cajetana 10. Novem: 1612.* (d) *Miſſ: Rom: rubr: 20.* (e) *Conc: Antiſiod: c.10.* (f) *Congr: R. A. 28. Aug: 1628.* (g) *Sylv. n. 7.* (h) *Carem: Epiſ: l.1. c.12.* (i) *Sylv: n.1. loc: cit.*

2. Parochus, & quilibet alius Sacerdos, non impeditus legitimè tenetur ſub culpa mortali Sacrum facere *in certo altari a Teſtatore præſcripto*; quia violat privatam legem Teſtatoris, non tamen tenetur ad reſtitutionem, ſi alibi pro eo celebret(*a*). Si tenetur celebrare *in Altari privilegiato* pro defuncto, & alibi celebrat cum numiſmate v.g. S. Caroli, quo anima liberari poteſt

teſt à purgatorio, peccat mortaliter; quia non ſervat pactum, & tutius eſt privilegium altaris, quàm numiſmatis, de quo dubitari poteſt, an ſit benedictum(*b*). *In altari pro certis diebus privilegiato*, non poteſt dici Miſſa de Requiem in feſto duplici de præcepto(*c*). In dubio Oblationes quæ fiunt in aliquo altari, præſumuntur fieri intuitu Eccleſiæ(*d*). Cadavera non reponantur ſub altaribus, neq; ſub gradibus eorum(*e*). Et nemo ſepeliendus eſt propè altare. Et ſi contra hujusmodi prohibitionem, ſepulturæ ibi reperiantur conſtructæ, non debet in illo celebrari, donec corpora aliò transferantur (*f*). Et altaria non ſunt conſecranda ſub quibus recondita ſunt cadavera mortuorum(*g*). Si enormiter lædatur altare, aut Sigillum Reliquiarum frangatur, vel mota ſit junctura, quâ menſa ſtipiti adhæret, eget nova conſecratione(*h*). Si in altari expoſita ſit SS: Euchariſtia, abſtinendum eſt ab aſperſione altaris, & non ſignatur altare ad *In principio*, quia ibi immediatè eſt Auctor benedictionum; Si verò legatur Evangelium ex libro, poteſt ſignari liber(*i*). Aſpergitur autem altare, quando non eſt expoſitum Sacramentum, ob reverentiam Sacramenti in eo conficiendi, ut inde arceantur hoſtes(*k*), & ob memoriam Baptiſmi Chriſti, à quo vim habet Baptiſmus noſter.

*(a) *Bonac: de Euchar: diſp: 4. p. ult: n. 7. §. 4. à num: 2. ad fin.* (b) *Fraxinel: de oblig: Sacerd: ſect: 4.*

cond:

cond: 4. §. 3. n. 1. (c) *Congr: Rit: 24. ſept: 1627.* (d) *Hieron: Caret in opuſc: de Jur: Paroch: tit: 3. c. 9.* (e) *Congr: Epiſ: 6. Sept: 1593.* (f) *Ead: in una Tremulen: 8. Febr: 1594.* (g) *Ead: 8. Febr: 1599.* (h) *Barboſ: de pot: Ep: alleg: 27. n. 26.* (i) N. *Ganant: in Rubr: Miſſ: p. 4. tit: 19. n. 3.* (k). *Durand: lib: 4. c. 4.*

Ex Synodo Pragensi
Tit: de Altaribus.

Altaria omnia lapidea ſint, vel ſaltem lateritia, quæ tamen ſi conſecranda ſint, tabulam lapideam & ſolidam habeant totum altare contegentem: eâque extruantur ratione, ut in ipſis nihil ſubtùs recondi aut poni poſſit, niſi fortè pro reponendis Sacris Reliquijs. Ea autem à ſcabello, quem gradum vocant, ſolo, ſuperficievè in altitudinem erecta ſint aliquantulum minùs duabus ulnis; longè pateant ulnis tribus; lata ſint ſesqui ulna. Scabellum ſeu gradus altaris ex aſſeribus, ſolidovè lapide, vel coctilibus lateribus confectus ſit, latitudinis ſesqui ulnæ, altitudinis quartæ partis ulnæ; longiùs præterea quàm altare ita pateat, ut unúm quodque ejus latus excedat dimidia ulna, rurſúsque ab utroque latere, ſi fieri poterit, illud cingat. Altaria ſingula, quæ non tota cum Sacerdotes item celebrante, opere concamerato, ſed tecto laqueato teguntur, aut fornice ità altè exſtructa, ut ea fornix commodè, ſæpiusq; purgari non queat, umbella, quam Cœlum dicunt,

t, operiantur idque è lapide, aut ſaltem panno co, ſeu ex tabulis ſectilibus, vel è tela decenter icta fieri poterit; quod de ligno aut tela integu-ntum cum catenis ferreis, è tecto vel pariete pen-tibus, aut alia firma ſtructura ſuſtineatur. Hoc em integumentum, cujusmodi ſit, undique ita patere debet, ut Altare ipſum & Sacerdos, ibi ſæ Sacrum faciens, omnino contegatur, quo di-ntiùs & ille, & altare à pulvere, omnique laben-rde defendantur. Curetur, ut, ubi fieri poteſt, mquodque Altare habeat ſepimentum è clathris eis, vel è cancellis ligneis, opere tornatili decen-onſtructum, & in hujus ſepimenti medio ſint væ peſſulo ac ſera jugiter claudendæ.

Altaria omnia, qui nondum conſecrata ſunt, m primùm ad SS. Rituum præſcriptum conſe-tur. Eorum autem quæ conſecrata non ſunt, u-quodq; petram habeat ſacratam, quod Altare atile dicunt, longitudinis trium quadrantium, latitudinis paulò ampliùs dimidia ulna; Ea m tela cerata cooperta ſit, atque in altaris me-juſta dimenſione ità inſerta, ut nequeat amove-& aliquantulum promineat ab illius menſa, quô rans certò cognoſcere valeat, ſe ſuper ipſa Sa-ientum perficere.

ANNULUS NUPTIALIS.

CUm circa Sponſalia nihil novi ſtatuerit Concilium Tridentinum c. 1. ſeſſ: 24. de Re-

Refor: Inſpecto Jure antiquo *Annuli traditio ſimpliciter facta & per ſe ſola*, ubi aliter non habet loci mos ſeu conſvetudo, *non inducit Sponſalia* (*a*); quia annuli traditio eſt ſignum æquivocũ & ambiguum, & annuli mulieribus non Sponſaliorum nomine dari ſolent, ſed impudico ſæpiùs affectu, quare annuli immiſſio vel traditio, niſi fiat verbis præcedentibus, vel ſignis exterioribus, quæ animum contrahendi ſignificant, non inducit præſumptionem ſponſaliorum. Ubi verò conſvetudo, Lex vel ſtatutum loci eſt, *ut annuli traditio ſignificet, ſeu inducat Sponſalia*; tunc ſi ſubarrhatio fiat, quemadmodum conſueverunt illi facere, qui Sponſalia cõtrahunt, neque in contrarium adeſt aliquid, ex quo aliter dijudicari poſſet, tunc ſolius annuli traditio induceret Sponſalia, quia præſumitur contractus initus juxta loci conſvetudinem (*b*). Ubi autem ex loci conſvetudine *annuli traditio inducit Sponſalia, vel matrimonium*, ſi conſtare poteſt dictam annuli traditionem, aliter fieri, vel alio animo, eò quod cætera ſolemnia conſveta non adhibeantur, vel joco fiat, non præſumuntur Sponſalia (*c*).

*(a) *Panorm: in cap: ult: de Sponſ: impub: n. 7.* (b) *Gloſſ: in cap: Fœminæ V. Annulus, verſ: vel niſi de conſvet: loci.* (c) *Idem Panorm: loc: cit:*

2. Quoties annulus expreſsè datus explicito conſenſu, ut eodem annulo Sponſalia contraherentur, tunc clariſſimum eſt fieri Sponſalia (*a*).

regu-

regulatur enim traditio annuli ſecundum expreſſa verba & præcedentem actum. Si verba unius præceſſerint, vel tractatus, traditio annuli & receptio (ſi annulus non fuit immiſſus in digito) inducit Sponſalia(*b*); quia cum Sponſalia non ſint ipſa conjunctio, ſed conjunctionis promiſſio, non oportet annulum in medio digito poni, ut cordis conjunctio ſignificetur. Habito tractatu, licet non inter ſe, ſed inter extraneos amicos de matrimonio contrahendo, *ſi Sponſus miſit annulum*, arrhas, vel jocalia, vel aliud exprimens, & Sponſa acceptavit, ſunt Sponſalia; quia hoc eſt ſufficiens ſignum promiſſionis, quando Sponſæ de tractatu conſtiterit (*c*). Idem eſt, ſi Sponſus nomine Sponſaliorum *pecunias mittat*(*d*).

*(a)*Carrer: tract: de Sponſ: lib:* 1. *cap:* 14. (b) *Panorm: in cap: Illud.* (c)*Gloſſ: in cap: Tuæ fraternitati verbo verba* 2. *verſ: Et idem* (d)*Henriq: lib.* 11. *Sum cap:* 13. §. 6. *lit: T.*

3. Si præceſſiſſent aliqua verba vel tractatus, & *annulus fuiſſet à Sponſo traditus mulieri tacenti præſentibus parentibus*, cognatis vel propinquis, quos non eſſet veriſimile hoc pati, niſi id mente Sponſaliorum fieret, eſſentq; perſonæ in quibus veriſimiliter caderet hujusmodi præſumptio in hac ſpecie annuli traditio, etiam tacente muliere induceret Sponſalia; quia imò faceret etiam præſumi matrimonium ſi verba præcedentia eſſent apta(*a*). Et quia fœminæ ob verecundi-

am

am Virginalem faciliùs annuunt, quàm loqvuntur(*b*). Et in dubio ſemper judicandum eſt, pro matrimonio(*c*). *Si Parentes miſerint annulum*, non ſunt Sponſalia(*d*). Si absq; filij conſenſu, eóque invito mittant; nam tunc præſumitur donatio, ſecùs ſi ex ejuſdem filij conſenſu, & hoc pacto intelligi debet Gloſſa (*e*).

*(a)*C. unico §. porrò de ſponſal: in 6.* (b)*Canon honorantur 32. q. 2.* (c) *Cap. Ex litteris de probat: & cap: fin: de ſent: & re jud.* (d) *Panorm: in cap: fin: de deſponſ: impub.* (e) *Gloſſa in d. cap: fin: de deſponſ: impub: verbo Subarrhavit.*

AQVA BENEDICTA.

I.

PArochus in die S. Paſchatis & Pentecoſtes non benedicit aquam, ſed aſpergitur Clerus & populus cum aqua pridiè benedicta & aſſervata(*a*). Renovet aquam benedictam & aſpergat populum ſingulis diebus Dominicis Miſſam Parochialem facturus (*b*). Non aſpergatur Altare, in quo publicè apparet Euchariſtia, ſicuti nec ſignatur Altare, ad, *In principio*, in Feria quinta in Cœna Domini, quia ibi immediatè eſt Auctor Benedictionum (*c*). Aquæ benedictio eſt certi ordinis, unde ſi excommunicatus vel ſuſpenſus illam benediceret, fieret irregularis(*d*). Aqua non benedicta addita benedictæ in minori quantitate quàm benedicta, efficitur

citur benedicta; quia Virtus ſupernaturalis dignioris, attingit minûs dignum, quando virtus naturalis ejus eſt major, & ſic minor aqua adjuncta majori ſanctæ fit Sancta. Et ſi iterum addatur alia minor fit ſancta in infinitum; Sed ſi Sanctæ adderetur major, vel æqualis, neutra eſſet ſancta, quia non ſtat unitas prioris Sanctæ. Idem dicendum de Oleo non conſecrato, ſi addatur conſecrato (*e*). Aquam ad aſperſionem hominum vel domorum, vel aliarum rerum venientium ad uſum noſtrum, & repellendum inviſibiles inimicos, non poſſunt benedicere Diaconi (*f*). Vas aquæ benedictæ in Eccleſia exiſtat, non foris, ſed à dextro latere ingredientis. Per ſolam aquæ luſtralis aſperſionem, poteſt per ſimplicem Sacerdotem Eccleſia benedicta tantùm, reconciliari (g).

*(a) *Miſſal: Rom: & in cap: Sabbato de conſecra: diſt: 4.* (b) *Micro: 41.* (c) *Noſter Gavant: in rubr: Miſſal: p. 4. tit: 19. n. 13. & tit: 8. n. 8.* (d) *Sylv: v. Aqua bened: n. 4.* (e) *Idem ibid: n. 3.* (f) *Argum: c. aquam de conſecr: diſt: 3. Sylv: n. 1.* (g) *Tolet: in ſum: lib: 5. c. 8. n. 15.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: de Eccleſiarum Cultu.

Tam in Metropolitana Baſilica, quàm in Collegiatis & Parochialibus omnibus Eccleſijs, ſingulis diebus Dominicis ante ſummæ Miſſæ celebratio-

nem, aqua præſcriptis precibus benedicatur, & eâ, Altare, ſe & populum conſpergat Celebrans ex S. Eccleſiæ inſtituto, & nullo modo intermittatur proceſſio cum vexillis & Cruce more conſveto. Vt autem fideles magis excitentur ad fructus conſequendos. qui ex aquæ benedictæ uſu proveniunt, Parochi omnes eos omnis cohortationis officio inducant. ut non ſolùm in ingreſſu Eccleſiæ eâ ſe devotè aſpergant, ſed etiam ipſam domi in cubiculis vaſe decenti incluſam habeant, ſeq; ac filios ſuos & familiam manè & veſperi quoq; conſpergant, atque item greges & armenta, ac fruges, ut à periculis, quæ dæmonum fraude evenire poſſunt, tutæ ſint. Aqua benedicta à vaſis tollenda cum renovatur, in Sacrarium vel in Cœmeterium, eâ parte, quâ defunctorum oſſa reconduntur, proijciatur.

ARTICULUS MORTIS.

I.

PArochus & quilibet alius Sacerdos, habet Juriſdictionem abſolvendi ab omnibus peccatis, & cenſuris directè in articulo mortis (*a*). *Directè*, id eſt, Abſq; obligatione iterum recipiendi abſolutionem ab alio (*in articulo mortis*) quando mors nobis eſt certa, & etiam quando eſt incertum, an homo evadet, ſeu quãdo mors eſt incerta, ex eo, quod adeſt probabile dubium ſeu periculum de ea. Et in quacúnque reſervatione caſuum vel cenſurarum ſemper debet

debet intelligi exceptus Mortis articulus (*b*). Secundum Jus Canonicum articulus ſeu periculum mortis in idem incidunt (*c*). Ubi vocatur Periculum, quod antea fuerat dictum Articulus mortis, ut indicaretur periculum mortis probabile, æquipollêre articulo, idemq; eſſe. Periculum mortis ad effectum obtinendæ abſolutionis à quolibet Sacerdote relinquitur arbitrio prudentis Viri (*d*). Porrò ad hunc finẽ obtinendi abſolutionem à quolibet Sacerdote cenſetur probabile periculum, *cum quis, licet actu non moriatur, habet tamen de ſe vulnus lethale*, quod intra breve tempus mortem afferre poſſet; vel laborat tali ægritudine, ex qua brevi intra paucos dies mors ſecutura probabiliter timetur, aut ſperatur à medicis, ſeu ab alijs viris cordatis, etiamſi poſtea evadat, & convaleſcat; *quales ſunt Lethargo, ſquinantiâ, dolore laterum, morbo punctilari laborantes*; vel eſt ita *Senio confectus*, ut mors ſemper videatur illi imminere, paucíq; illi ſuperſunt ex probabili conjecturâ vitæ dies (*e*). Item dicitur & eſt in morali ſeu probabili & proximo periculo vitæ *Mulier prægnans* primum editura partum proxima partui; aut ſi aliàs peperit, experta eſt ſe parere cum periculo, & habere difficultatem (*f*). Hoc idem aſſeritur *De omni prægnanti forti & robuſtâ partui proxima*, & quamvis pluries ſit experta, ſe non periclitaturã eſſe in partu. Quare ſicut ipſæ prægnantes proximæ partui videntur ob prædic-

tum mortis probabile periculum teneri ad Confeſſionem, ſic poterunt etiam à ſimplici Sacerdote abſolvi ab omnibus peccatis & cenſuris, etiam Papæ reſervatis. Et eſt comunis Summiſtarum & Canoniſtarum, qui loqvuntur abſolutè & absq; limitatione de prægnante proxima partui, & tenet etiam Caſtrus (*g*). Jtem quoad eundem effectum, cenſetur morale mortis periculum, quando adeſt probabile *periculum* incidendi in amentiam (*h*). Cum enim factus Amens nequeat confiteri, *amentiæ periculum cenſetur mortis periculum*, unde in eo periculo obligat præceptum confeſſionis (*i*). Quod *de dementia non perpetua* ſed diuturna affirmat Medina (*k*).

*(a) *Trid: ſeſſ: 14. cap: 7. de Sacr: pœnit:* (b) *Noſter Boſſ: in var: moral: tit. 5. n. 3.* (c) *Panorm: in cap: Paſtoralis §. præterea n. 3. de off: Ord: Colligitur ex cap: Si quis ſvadente, ibi, niſi in mortis periculo, ex cap: eos qui, de ſent: excom: in 6. ibi, ceſſante poſtea periculo, vel impedimento.* (d) *Come: DD. & Alterius de caſ. lib: 1. diſp: 6. c. 7. verſ. Non poteſt.* (e) *Sylv: v. Abſolutio. 1. n. 8.* (f) *Caſtrus Palau: tom: 1. trac: 4. diſp: 4. p. 3. §. 5. n. 3.* (g) *Sanchez lib: 2. c. 13. n. 2.* (h) *Idem ibid.* (i) *Medina Cod: de pœnit: trac: de Confeſſione. q. De tempore quo confitens oportet: caſu 1.*

2. *Bannitus ille capitaliter*, qui poteſt ubiq; impunè occidi, cenſetur ubiq; & ſemper verſari in periculo mortis, & conſequenter per quemcúnque

que Sacerdotem poteſt illi dari abſolutio, ab omni peccato, & cenſura etiam reſervata, *dummodo non habeat ſalvum conductum*; nam ſi habeat, non poſſet per quemcunq; abſolvi(*a*). Jtem *Carceratus damnatus ad mortem proximè ultimo ſupplicio afficiendus*, dicitur conſtitutus in articulo mortis, ut à Sacerdote quocunq; poſſit illi dari abſolutio, ab omni peccato & cenſura etiam reſervata, etſi contracta ob hæreſim externam, ſive occultam, ſive publicam(*b*). Nec talis tenetur mittere Confeſſarium, ut petat à Superiore facultatem, nec adire ipſum quamvis poſſit. v. g. Sint ſimul in eâdem domo Prælatus & ſubjectus, & hic habeat crimina reſervata Prælato, *ait Hurtadus*, non teneri illum magis adire, quàm ſi eſſet ex morbo moribundus; quia ex ſententia juſta, àut injuſtâ violentiâ, hic eſt in articulo mortis, quo caſu nulla eſt reſervatio, quod ſemper ita fuit cuſtoditum in Eccleſia Dei. *Excipe*, ſi abſolutio in foro exteriori ab Excommunicatione publica & reſervata danda eſſet, quando ſcilicet Excom̃unicatus eſt ſpeciatim denunciatus, & exiſtit in ſolemni pœnitentia; tunc enim recurrendum eſt ad Superiorem, ſi commodè & abſq; periculo in morâ fieri poteſt; quia in his quæ deducta ſunt ad forum contentioſum, curandum eſt, ne perturbetur Ordo Juris(*c*). *Si incipiente aliquo navigationem minimè periculoſam*, oriretur ſubitò gravis tempeſtas cum periculo probabili naufragij, vel aliud peri-

riculum, ubi mors probabiliter immineret. v.g. ab hoſtibus, ſeu piratis invaderetur, unde oporteat pugnare cum vitæ periculo, judicaretur eſſe in periculo mortis, abſolvi poſſet à quocunq; Sacerdote, qui ibi reperitur (*d*). *Cum quis ſuſcipit longam navigationem*, præſertim ſine copia Confeſſarij idonei ad abſolvendum in navi; vel vult transfretare mare turbulentum, credens vel dubitans ſe naufragaturum, vel aliâs de vita periclitaturum. Jtem *Cum quis eſt proximè ſuſcepturus iter periculoſum*, vel ob ſenectutem & corporis imbecillitatem, vel propter inimici inſidias, vel ob prædones interficere ſolentes, aut crudelitatem Potentis, dicitur eſſe in mortis periculo ad eundem finem abſolutionis à quolibet obtinendæ (*e*). Similiter ad eundem effectum cenſentur in periculo mortis, *qui proximè pugnaturi ſunt in bello & hoſtes fortes aggreſſuri*. Quæ omnia debent intelligi, quando quis coactè & non ſpontè objicitur, vel objici debet prædictis periculis mortis ratione itineris, navigationis & pugnæ in bello, *Ita Gloſſa* Contrarium, non admittendo iſtam limitationem, tenet *Layman* (*f*). Cujus ratio tamen probat ſolùm, quandò quis jam ſpontaneè ſeſe periculo expoſuit. *Obſeſſi & obſidentes*, dum qui obſidentur, expugnantur de propè bombardis & machinis, & etiam *Obſidentes*, ſi ab obſeſſis, bombardis de propè arcentur, dicuntur eſſe in articulo mortis (*g*). Intellige *de ijs obſeſſis*, qui actu incumbunt defen-

ſenſioni Oppidi, ſeu Arcis, ſeu Civitatis obſeſſæ, non verò de alijs, qui in loco tuto recepti, poſſunt eſſe immunes ab ictibus inimicorum, niſi & ipſi probabiliter timerent ſævitiam inimicorum poſt expugnationem, quam probabiliter crederent ſecuturam, nec ſperarent ante expugnationem ſe habituros copiam Confeſſarij legitimam auctoritatem abſolvendi habentis (*h*).

*(a) *Noſter Homobon: 1. par. exam: c. 5. q. 27.* (b) *Hurtad: 2. 2. diſt: 84. ſect: 7. §. 125.* (c) *Henriq: lib: 5. & 10. allegans Rojam: 2. par: de hæret: concl. 138.* (d) *Sayr: lib: 2. theſ: c. 2. n. 28.* (e) *Gloſſ: in d. cap. Paſtoralis: §. præterea verb: n. 12.* (f) *Laym: lib: 5. trac: 6. c. 12. n. 12. verſ: His adde:* (g) *Panorm: in d. cap. Paſtoralis.* (h) *Noſter Boſſ: loc: cit: n. 18.*

3. Conſtituti in proximo & probabili periculo mortis cenſentur *Omnes peſte infecti*, ità ut à quolibet Sacerdote abſolvi poſſint, ab omni culpa & cenſura etiam reſervata (*a*); quia peſtis juxta ſententiam Medicorum eſt naturâ ſuâ morbus læthalis, & acutiſſimâ malignitate omnes ſuperans, & ſubitò, breviq; admodum tempore, ac præter Opinionem eos, quos corripit, enecans, quapropter *Omnes peſte infecti*, in eo ſunt ſtatu, ut ſemper timendum ſit, ne vel ad punctum mortem obeant, & ſic meritò *Omnes peſte infecti*, dicuntur ſimpliciter & abſolutè conſtituti in proximo & probabili periculo mor-

mortis. *Si peſtis in aliquo loco eſt levis* (ut contingit in Germania & præſertim Viennæ, ubi ferè ſemper inveniuntur aliqui peſte infecti) nec ità ſubitò interficit; *Reliqui ſani in illo loco* minùs timētes de cōtaminatione, & faciliùs valentes ſe tueri à morbo, *non poſſunt ullo modo dici eſſe in periculo probabili mortis*, ac proindè non habet locum privilegium, ſeu Juriſdictio abſolvendi illos ſanos à quibusvis peccatis & cenſuris pro articulo mortis cuilibet Sacerdoti conceſſa ad evitandū animarum periculum (*b*). Quod confirmatur ex praxi & uſu, cum conſtet in magnis Oppidis & Civitatibus tempore peſtilentiæ Sacerdotes ſimplices, ſe non exponere ad audiendas confeſſiones Sanorum exiſtentium in ijsdem Oppidis & civitatibus infectis, neq; id illis permittere locorum Ordinarios, in quibus non deſunt proprij Parochi, & alij Sacerdotes approbati.

Sani exiſtentes in Oppido vel loco (graviter) *infecto*, debent cenſeri eſſe in probabili mortis periculo, quoad effectum abſolutionis obtinendæ, etiam à ſimplici Sacerdote, & à caſibus reſervatis, ſi in loco non ſit copia alterius Sacerdotis idonei, etſi huic tunc non confiteantur, & ab illo abſolvantur, probabiliter ex veriſimili conjectura timeant ſe non habituros copiam alterius Sacerdotis cum peſte (de cujus contaminatione, quoad omnes eſt veriſimile periculum, ob loci anguſtiam, vel ob ejusdem peſtilentiæ dilatationem) fuerint infecti & ſic deceſſuros absq; pœnitentiæ Sacra-

Sacramento Quod urgentiùs procedit in his ſanis, qui proximè ſe vellent exponere, vel jam eſſent expoſiti ad famulandum ipſis infectis(*c*).

*(a) *Noſter Homobon: de exam: par: 3. trac: 15. c. 8. q. 25. ad 2. quæſitum.* (b) *Noſter Boſſi: loc. cit. §. 2. n. 23. in fine.* (c) *Idem ibid: n. 31. §. 2.*

BAPTISMUS.

I.

PArochus non admittat niſi unum, ſive Virum; ſive Mulierem, vel ad ſummum unum & unam, qui baptizatum de fonte ſuſcipiant, & notabit eum vel eos in libro; Si fiat ſecùs Parochi culpâ, hic puniatur arbitrio Ordinarij(*a*). Si plures ſuſcipiant, omnes contrahunt cognationem, niſi conſtet qui prius tetigit, aut quis fuerit electus. Procurator autem non contrahit ſibi cognationem ſed mandanti; quia quæ agit Procurator, nomine mittentis agit, non ſuo, & mittens deſignatus eſt, non ipſe; Nec poteſt Epiſcopus concedere, ut duo Viri, loco Viri & Mulieris aliquem de fonte levent; Poſſunt autẽ duo Procuratores admitti, Viri & Mulieris(*b*). In baptiſmo privato non oritur cognatio Spiritualis; quia cum ſuſceptio ſit cæremonia ab Eccleſia inſtituta ad baptiſmum ſolemnem, proinde ſolemnitate deficiente, deficit quoq; vera ſuſceptoris ratio; ſecus dicendum in ea neceſſitate de Baptizante, quia confert verum Sacramen-

mentum (*c*). Deindè nullum eſt præceptum Eccleſiæ, ut in privato baptiſmo tempore neceſſitatis Patrinus adhibeatur(*d*).

*(a) *Concil: Trid: ſeſſ: 24. cap: 2.* (b) *Deciſum refertur apud Barboſ: de poteſt: Epiſ: alleg: 30. n. 41. 42. 48. & 50.* (c) *Sanchez lib: 7. diſp: 62. n. 11.* (d) *Sot: in 4. diſt: 42. q. 1. art: 2.*

2. Liber à Parocho conficiatur Baptizatorum cum nominibus parentum, ſi de legitimo matrimonio nati ſunt, & Patrinorum, qui eos de baptiſmo ſuſceperunt, ac die, menſe & anno(*a*). Et ſi Parochus in libro baptiſmi deſcribat duos Compatres, vel Commatres, non certificando quis eorum ſit verus Compater, ratione incertitudinis prohibentur inter ſe absq; diſpenſatione matrimonium contrahere, id eſt, non poſſunt contrahere cum patre vel matre baptizati, nec cum ipſo baptizato(*b*). Baptizatos deſcribendi formula poteſt eſſe ſequens: *Die -- Menſe -- Anno -- Paulus filius Petri de N. & Bertæ de N. ejus Uxoris baptizatus eſt à me N. Compatre & Commatre N.N.N.* Et ſi baptizatus fuerit domi, poſt verbum *Baptizatus* addatur nomen baptizantis. *Et reliqua Sacramentalia perfecta ſunt à me N. &c.* (*c*). Vel meliùs ita poteſt hæc formula concipi: *Die -- Menſe -- Anno -- Ego N. Rector aut Curatus Eccleſiæ Sancti N. baptizavi N. filium* (hic ponantur nomina & cognomina parentum, & loca ubi habitant) *ſecundum ritum & præſcriptum S. R. E. Patrinus & Matrina fuerunt N. & N.*

(hic

(hic ponantur nomina & cognomina Patrini & Matrinæ); Quod ſi infans ſpurius & illegitim⁹ fuerit, & parentes cognoſci nolint, ſcribatur: *Ego N. &c.* ut ſuprà. *baptizavi filium parentum ignotorum ſecundum ritum &c.* ut ſuprà. Quod ſi domi baptizatus, ad exorciſmum fuerit allatus, adnotentur nomina Patrinorum, qui in exorciſmo eum tenuerunt, in hanc formam: *Fuit baptizatus & ſuſceptus N. filius N. & N. ſecundum ritum &c.* ut ſuprà. *quem ego N. &c. exorcizavi, & fuerant Patrini N. & N.* (hic ponantur eorum nomina & cognomina ut ſuprâ, qui ad exorciſmum eum tantùm tenuerunt) *Datum &c.* Titulus autem libri ita concipiatùr: *Liber Baptizatorum in Eccleſia Parochiali Sancti N. pro Anno* --- Ex partita ab hujusmodi libro Baptiſmi per Parochum exſtructa, probatur baptizatus & illius ætas (*d*) probatur quoq; Origo (*e*) & impedimentum cognationis ſpiritualis (*f*).

*(a) *Conc: Trid: ſeſſ: 24. de refor: matrim: cap: 2.* (b) *Stephan: Gratian: diſcept: forenſ: c. 30.* (c) *Poſſev: de Off: Curati cap: 6. n. 48.* (d) *Rot: deciſ: 592. n. 2. part: 1. recent: & deciſ: 15. n. 2. part: 2. & in Romana nullitatis obligationis 16. Jan: 1626.* (e) *Rebuſſ: de pacif: poſſeſſ: n. 217.* (f) *Mar: Antonin. variarum lib: 1. reſol: fin. caſu 33.*

3. Parochus excom̃unicatus excom̃unicatione majori non poteſt ſolemniter baptizare, aliàs peccabit mortaliter & fiet irregularis; imò nec in extrema neceſſitate (*a*). Debet propterea in

tali

caſu abſq; ſolemnitate baptizare, quod intelligitur, ſi non ſit alius qui baptizet; Nam ſi adeſſet Laicus non excom̃unicatus eſſet præferendus Sacerdoti excom̃unicato, quia tunc non eſt neceſſitas, cum poſſit tale Sacramentum conferri à Laico (*b*). Nec poteſt miniſtrari ſolemniter in caſu neceſſitatis, vel extrà, ab interdicto perſonaliter (*c*). Satisfit enim neceſſitati, ſi ſine ſolemnitate fiat. De licentia proprij Sacerdotis expreſſa, aut rationabiliter præſumpta, alienus poteſt baptizare ſolemniter (*d*). Imò ex Sacerdotis proprij commiſſione ob rationabilem cauſam facta, etiam Diaconi ſolemniter baptizant (*e*). Si autem Sacerdos alienus Infantem alterius Parochiæ ſolemniter baptizaverit ſinè licentia proprij Parochi, peccabit mortaliter, cum uſurpet ſibi Juriſdictionem, & munus alterius; ſecùs verò ſi baptizet in neceſſitate, quando Parochus abeſt, nec facilè haberi poteſt (*f*). Et niſi conſvetudine ſit obtentum, ut infantes poſſint baptizari à quibuſcunq; Præsbyteris vel Canonicis Civitatis, quia illa ſervanda erit, dummodò id fiat de licentia Ordinarij & ſine præjudicio Jurium & emolumentorum Parochi (*g*). Vel niſi baptizandus peregrinetur, aut certum non habeat domicilium, hoc enim caſu in ea Eccleſia, quam elegerit, baptizari poterit (*h*). Qui verò ſolemniter baptizat, cùm non ſit Sacerdos, illicitè baptizat; uſurpat enim ſibi alienum officium, ac proinde ſi Clericus ſit, incurrit irregularitatẽ (*i*).

Si

Si Diaconus bona fide hoc faciat, exiſtimans ſe id poſſe, non incurrit in foro animæ(*k*).

*(a) *S. Thom: in 4. diſt: 5. q. 2. ar:: 2. q. 5.* (b) *Sylv: v. Baptiſmus n. 1.* (c) *Sayr: lib: 5. de cauſ: c. 7. n. 5.* (d) *cap: Interdicimus 16. q. 1.* (e) *cap: Divinos diſt: 93.* (f) *Sà in Aphoriſ: v. Baptiſmus.* (g) *Congr: Rit: in Oriolen: 16. Decemb: 1605.* (h) *cap: Nec numerus in princ: verſ: Aut in electa. 10. q. 3.* (i) *Navarr: in man: c. 22. n. 7.* (k) *Ioann: Valer: de diff: inter utrumq; forum v. Irregularitas diff: 3.*

4. Parentibus non deſignantibus *Patrinos*, ſpectat ad Parochum eorum deſignatio(*a*) Suſceptores legitimi poſſunt eſſe pueri cujuscunq; ætatis, modò habeant uſum rationis(*b*). Suſceptores autem ſint Catholici, ſanæ mentis, bonæ famæ, ſcientes doctrinam Chriſtianam, non excommunicati, interdicti, facinoroſi, nec criminoſi(*c*). Prohibentur etiam eſſe Patrini mutus homo, & muta mulier(*d*). Affinitas ſeu cognatio ſpiritualis in illa Sacra regeneratione contrahitur inter Patrinos & baptizatum, ejusque Patrem & Matrem, atq; adeò inter ipſos matrimonium omninò prohibetur (*e*). Non contrahitur tamen inter ipſosmet Patrinos, néq; à Viro contracta transfunditur in Uxorem, vel è contra(*f*). Quilibet tamen baptizans in neceſſitate, quamvis ſit Pater, contrahit cognationem, in tantùm, ut privetur jure petendi debitum à ſua Conjuge; Niſi quando alius non reperitur, qui poſſet Infantem baptizare.

*(a)

*(a) *Poſſev: de off: Cur: c. 6. n. 33. Bonacin: de Matrim: q. 3. punc: 5. § 2. n. 27.* (b) *Sanchez: ib: 7. diſp: 61. n. 4. & al j.* (c) *Laym: in Theolog: mor: c. 9. n. 2. verſ: Præterea.* (d) *Conc: Trid: ſeſſ: 24. de Ref: c. 12.* (e) *Barboſ: de off: & pot: Parochi p. 2. c. 18. n. 34.* (f) *Sandarell: latè var: reſol: q. 71. à princ.*

5. Licet in Eccleſia Parochiali interdicta baptizare, nec tenetur Parochus aliam Eccleſiam vel Parochiam vicinam adire (*a*). Et quidem non ſolùm parvuolos, ſed & adultos cum ſolemnitate Unctionis, & conſequenter Cathechiſmi Exorciſmi (*b*). Parvuli autem reperti expoſiti ad januam Hoſpitalis, vel in nemore abſq; ſcriptura, debent baptizari ſub clauſula: *ſi non es baptizatus*; ſecùs ſi adſit ſcriptura vel teſtis, ſaltem unus etiamſi ſit vetula benè examinata, certóque teſtificans, dummodò ſit Catholica & non ſuſpecta de fide & Religione. Tutiùs agitur, cùm dicta ſcriptura *v. g. Baptizatus eſt*, non faciat conſtare, an validè baptiſmus ſit collatus, ſi aqua baptiſmali diluatur *ſub conditione* (*c*). Parochus verò baptiſmum iterans, ultra Sacrilegij peccatum, eſt excommunicatus & irregularis ac deponendus ab officio & beneficio (*d*) & tanquam indignus Sacerdotio deponitur (*e*). Intellige de culpabili iteratione baptiſmi etiam occulta, quia tunc tàm rebaptizans, quàm rebaptizatus fiunt irregulares (*f*). In occulta tamen iteratione baptiſmi poteſt diſpenſare Epiſcopus (*g*).

*(a)

*(a) *Sylv. v. Interdictum 5. q. 7. n. 9. cum multis alijs.* (b) *Vgol: de cauſ: tab: 5. cap: 7. §. 4. n. 1. & 2. cum alijs.* (c) *Zambran: de caſ: in art: mort: cap: 1. dub: 5. & n. 2.* (d) *cap: fin: de baptiſmo.* (e) *l. 1. C. ne Sanctum baptiſ:* (f) *Bonac: q. 3. punc: 3. propoſ: 1.* (g) *Ex cap: Liceat. Conc: Trid:*

6. Baptiſmus non eſt differendus in pueris propter periculum mortis, eripit enim à diaboli poteſtate, & facit filios adoptivos Dei (*a*). Et parvuli parentum fide & profeſſione ſunt baptizandi; Item & Adulti (*b*), & Ægrotantes qui pro ſe reſpondere non poſſunt, aliorum ſuæ voluntatis teſtimonio ſunt baptizandi; quod idem & de pœnitentibus eſt dicendum (*c*). Item de mutis & ſurdis (*d*). Si infans periclitetur, & nondum ex utero ſit egreſſus, baptizetur illa pars in lucem edita, quæ ad perficiendum baptiſma ſufficit (*e*). Ablutio autem cujuscunq; partis etiam minimæ ſufficit, ad hoc ut Sacramentũ baptiſmi valeat (*f*). Intellige tempore neceſſitatis de digito, de capillis & de ſecundinis, quia cenſetur pars hominis & unâ earum ablutâ cenſetur homo ablui, transactâ tamen tali neceſſitate baptiſmus eſt repetendus, ſaltem *ſub conditione*, quia niſi moraliter conſtet de valore baptiſmi, alia Sacramenta ſacrilegè recipientur (*g*). Si de vita dubitetur, baptizans baptizando conditionem apponat (*ſi vivis*). In dubio rationabili facta diligenti inquiſitione cum aliquod defuerit circa debitam intentionem, materiam & for-

formam, rebaptizare poſſumus ſub conditione: *Si non es baptizatus.* In quibusdam Diœceſibus omnes à rudioribus, vel ab obſtetricibus minùs peritis, & præcipuè baptizati in caſibus repentinis, rebaptizantur ſub conditione. Baptizatus baptiſmo dubio non eſt privandus Eccleſiaſticâ ſepulturâ, ſive dubium ſit in ſuſcipiente, ſivè in conferente, ſivè in materia, ſive in forma, & qui, ſi ſupervixiſſet, rebaptizandus fuiſſet (*h*). Et Infans ſecundinâ indutus ac ſic baptizatꝰ, in loco ſacro eſt ſepeliendus (*i*). In caſu quo adhibitâ omni diligentiâ crederetur mortem Infantis delicati accelerandam propter baptiſmum, licet eum baptizare, ſi alioqui credatur abſque baptiſmo moriturus, cum hoc non ſit directè occidere, ſed indirectè, & ex hoc caſu pendeat Salus æterna infantis, quæ præferri debet vitæ temporali (*k*). Et eſt communis, quia in moralibus parùm pro nihilo reputatur, ergò illa parva & pœnè inſenſibilis mortis acceleratio, nihili pendenda eſt in iſto caſu (*l*). Et baptizans in tali caſu non eſt irregularis (*m*). Puer autem animam agens, aliàs ſine baptiſmo moriturus, non poteſt proijci in flumen, vel puteum, ut baptizetur & ſalvetur (*n*) quia citra ſui defenſionem non licet occidere quempiam propria auctoritate, etiam ob comodum alterius, cum non liceat facere mala, ut eveniant bona; Sed ſi aqua aliter haberi non poſſet, per funem vel caniſtrum poſſet in aquam demitti, & formâ prolatâ

latâ extrahi(*o*). Si Infans ſit in articulo mortis non eſt baptizandus *in Umbilico*, licet extra Uterum alia pars haberi non poſſit, quia umbilicus non cenſetur pars hominis, ideóq; præſcinditur, ac proinde baptiſmus non eſt validus. Et taliter baptizatus privatur ſepulturâ Eccleſiaſticâ (*p*). Puer dum eſt in utero matris, etiamſi arte Obſtetricis eum aqua pertingat, nequit baptizari (*q*). Contrarium tenent alij, ut ſi fiſtula poſſit pertingere ad ipſum Infantis corpuſculum, quia infans in eo ſtatu eſt homo diſtinctus à matre, ſufficientérq; natus, & contraxit peccatum originale, unde in neceſſitate, quando proles non poteſt educi viva ex utero, poteſt hoc modo illi ſuccurri (*r*). Et Parochus ex juſtitia obligatur ratione officij cum vitæ periculo baptizare puerum moribundum (*s*).

* (a) *Eugen: 4. conſtit: 23. pridie nonas Febru: 1441.* (b) *C. 1. §. fin: cap: baptizari.* (c) *cap: Ægrotantes. cap: Parvuli de conſecrat: diſt: 4.* (d) *d. cap: Parvuli.* (e) *Fillinc: tract: 2. cap. 6. n. 139.* (f) *Ochagan: de Sacram: tract: unic: de baptiſ: q. 4. n. 3.* (g) *Joan: Præpoſ: in 3. par: q. 66. art: 8. d. 3. n. 90.* (h) *N. Homobon: in conſult: caſ: conſc: vol: 2 par: 7. reſp: 67.* (i) *Idem ibid: Bonac: de contract: diſp: 3. q. 21. punc: 2.* (k) *Granad: de Sacram: in 3. par: contr: 4. diſp: 4. n. 6. & 7.* (l) *Vaſq: tom: 2. & 3. par: diſp: 145.* (m) *Zambran: de Sacram: baptiſ: cap: 1. dub: 2. n. 76.* (n) *Com: DD.* (o) *Joan: Præp: in 3. par: q. 66. art: 8. dub: 1. n. 83.* (p) *Marchant:*

in Candelab: Sacram: de reſolut: qq. poſterit: tract: 2. de baptiſ: q. 1. caſ: 2. (q) *Ochagan: de Sacram: tract: unic: de baptiſ: q. 4. n. 5.* (r) *Joan: Prapoſ: in 3. par: q. 66. part: 8. dub: 3. n. 91.* (s) *Sylv: in ſum: v. Bellum. 2.*

7, Parochus obligatur ſub mortali culpa, *Infectis peſte* miniſtrare vel per ſe vel per alium, etiam cum veriſimili mortis periculo Sacramenta baptiſmi & confeſſionis; quia ad id onus propria voluntate ſe adſtrinxit, dum Parochiale beneficium recepit (*a*). Præterea furioſi, amentes, & privati uſu rationis, ſi priùs illum habuerunt, & ſignificârunt voluntatem baptiſmi, baptizandi ſunt in periculo mortis, quando de contrariâ non conſtat (*b*). Etiamſi in furia reſiſtant (*c*). Et poſsunt ligari, ut ſic baptizari valeant (*d*). Idem dic de dormiente, qui ante ſomnum baptiſmum petierat (*e*). Urgente gravi neceſſitate, ut quando im̃ineret ſubitò multis mortis periculum *v. g.* ex naufragio, licitè poſſunt plures baptizari; quia ità validè confertur baptiſmus, & nulla fit ei irreverentia, ſi in tanta neceſſitate contra conſvetum ritum conferatur (*f*).

*(a) *Noſter Marchin: de bello div: p. 3. propoſ: 5. n. 22.* (b) *Zambran: de Sacram: Baptiſ: dub: 8. c. 1 n. 2. C. Majores de baptiſ:* (c) *Henriq: lib: 2. c. 24. n. 4.* (d) *Sancius in ſelect: diſp: 44. n. 42.* (e) *Innoc: 3. in C. Major: de baptiſ:* (f) *Conink: de Sacram: q. 67. art: 6. dub: 2. n. 51.*

8. Par-

8. Partus proveniens *ex Patre bruto, Matre homine*, non baptizatur; brutum enim eſt, non homo, nec habet peccatum originale (*a*). Ex viro & beſtia fœmella baptizatur: *Si es homo.* Monſtrum verò *ex viro & fœmina* baptizandum eſt, quia eſt homo conſtans corpore & anima; ſi habeat duo capita & duo corpora diviſa, bis baptizandum, ſemel in utroq; capite, vel ſaltèm unico actu dicendo: *Ego vos baptizo &c.* Si dubitetur, an conſtet duplici anima rationali, ut ſi habet duo capita cum uno pectore, vel duo pectora ſub uno capite, duplex baptiſmus conferendus eſt, unus abſolutè in illa parte, in qua perfectius caput, vel pectus apparet, alter ſub conditione in alia parte(*b*). In portentoſis ejusmodi fœtibus conſultiùs eſt conſulere Epiſcopum, audireq; Medicos, ſi tempus patitur, præſertim ſi caput aut pectus non ſit humanum; Si res urget, & dubium relinquitur, poſt adhibitam diligentiam baptizantur ſub conditione: *Si homo es* (*c*).

* (a)*Henriq: cap: 21.* (b) *Tolet: lib: 2. cap: 21. in 6. verſ: quintò notandum.* (c) *Navarr: conſ: 3. de baptiſ:*

9. Materia baptiſmi remota eſt aqua ſimplex ſeu elementaris(*a*) quamvis putei, fontis, pluviæ, balnei, vel ex ſulphure, cinere, nive, gelu, aut ſale diffluat; hæc enim videtur aqua naturalis, ſive calida ſit, ſive frigida, ſive tincta colore, ſive denſa: Non ſunt tamen materia

baptiſmi, Aquæ artificiales, & humores mixti, videlicet, *aqua roſacea, lacbrimæ, ſaliva, urina, cerevißia & ſimilia* (*b*). In dubio an aliqua aqua ſit naturalis, nec ne, poterit in caſu neceſſitatis ſub conditione (*Si materia hæc eſt idonea*) conferri baptiſmus moribundo; Et ſi fuerit Infans ſuperſtes, iterum ſub conditione repeti (*c*); quia aliter ſubvenire non poſſumus ſummæ indigentiæ proximi, quæ præponderat reverentiæ Sacramenti, & reddit licitam talem operationem (*d*). Materia propinqua eſt Ablutio per aquam, quæ ſcilicet ſucceſſivè contactu contingit corpus (*e*). Hinc baptiſmus non eſt validus, ſi aqua contingat tantummodò veſtes, aut pileum, aut aliquid extra carnes (*f*). Verus tamen fuit baptiſmus, quem contulit mulier moribundo infanti baptizando illum ſigno Crucis in fronte impreſſo digito aquâ madefacto (*g*) Et in extrema neceſſitate ſatiùs eſt applicare cum nive vel glacie Sacramentum baptiſmatis, quàm adminiſtrationem prætermittere (*h*). Intellige ſi in ipſa applicatione, dum ſubſunt manibus, nix ſeu glacies reſolvantur ante ipsã receptionem in corpore baptizandi (*i*). Alij docent, Ablutionem tam ut activam, quàm ut paſſivam, utrovis modo eſſe materiam baptiſmi (*k*). Et in neceſſitate ſufficit quæcunq; gutta aquæ ad valorem baptiſmi (*l*) quæ tamen debet defluere per aliquam partem corporis; & nulla fit injuria Sacramento, & moribundo da-

tur

tur remedium eo modo, quo poteſt (*m*). Paſtor etiam certò ſibi perſvadens ſe caput pueri aquâ aſpergere poſſe, licebit illi ad vitandum contagionis periculum, hujuſmodi baptizare, quia tunc ceſſat periculum nullitatis baptiſmi, cùm conſtet per veram aſperſionem verum conferri baptiſmum(*n*). Et infans, ſi prolatâ formâ, antequam finiatur ablutio, moriatur, recipit perfectum Sacramentum baptiſmi; quia quæcunque pars ablutionis, utpotè, homogeneæ, eſt vera ablutio, poſitis autem forma & materia, ſtatim perficitur Sacramentum(*o*). Porrò miniſtrans baptiſmum ex officio debet ſervare conſvetudinem ſuæ Eccleſiæ, ità ut ſi baptizans adminiſtraret Sacramentum baptiſmi per infuſionem vel aſperſionem, contra Ritum ſuæ Eccleſiæ, qui eſt fortaſſis per immerſionem, graviter peccat(*p*). Secùs eſt ſi baptizans non poteſt ſuſtentare baptizandum, vel quia eſt adultus, vel quia imminet mortis periculum.

* (a) *Conc: Trid: ſeſſ: 7. de baptiſ: can: 2.* (b) *S. Thom: p. 3. q. 66. art: 3. & 4.* (c) *Granad: de Sacram: in 3. par: controv: 4. tract: 1. diſp: 3. dub: 2.* (d) *Lugo de Sacram: diſp: 8. ſect: 9. n. 140.* (e) *Bonac: de Sacram: diſp: 2. q. 2. punc: 3. n. 12.* (f) *Idem d. punc: 3. n. 18. & 20.* (g) *Fillinc: tom: 1. tr: 2. c. 2. n. 34.* (h) *Putean: in 3. par: D. Thom: q. 66. art: 4. d. 1. n. 5.* (i) *Tanner in Theol: Schol: tom: 4. diſp: 4. q. 1. d. 2. n. 44.* (k) *Svar: in 3. par: tom: 3. diſp: 20. ſect: 2.* (l) *Innoc: 4. in cap: Debitum de*

baptiſ: (m) *Idem ibid: n.93.* (n) *Zambran: de Sacram: baptiſ: c.1. dub: 15. n. 5. & 7.* (o) *Hurtad: de Sacram: baptiſ: diſp: 1. diff: 6.* (p) *Sot: q. unica art: 8. concl: 3.*

10. Forma baptiſmi in Eccleſijs occidentalibus conſveta eſt: *Ego te baptizo in nomine Patris & Filij, & Spiritûs Sancti*; deſumitur ex verbis Chriſti: Matth: 28. *Baptizantes eos &c.* Ex hac forma colligitur primò; In eâ exprimendam eſſe perſonam quæ baptizatur, ſive dicatur: *Baptizo te*, ſive *Baptizo hunc*, ſive *Baptizo Cajum*, ſive *Tu Baptizaris à me* (*a*). Secùs erit ſubſtantialis mutatio (*b*). Ideò in forma baptiſmi perſona altera à baptizante exprimi debet, ut appareat, quòd ex Chriſti Inſtitutione inter baptizantem & baptizatum, debeat eſſe diſcretio, & nemo à ſe ipſo baptizari poſſit (*c*). Colligitur ſecundò: Exprimendam eſſe actionem, quæ exercetur circa eum qui baptizatur, ſive exprimatur per verbum *Baptizo*, ſive per *Abluo* ſive per *Mergo* (*d*). Colligitur tertiò: Exprimendas eſſe tres perſonas SS: Trinitatis, idque probatur ex inſtitutione Chriſti. Colligitur quartò: Parochum qui reliquit particulam in forma baptiſmi, IN, dicendo: *Ego te baptizo nomine Patris &c.* validè baptizare (*e*). Item ſi omittat particulam ET; quia remanet adhuc integer ſenſus formæ (*f*). Et licèt Parochus omittat ſupradictas particulas: IN, ET, & faciat contra communem uſum Eccleſiæ, non peccat

cat niſi venialiter, ſi omittantur ſinè ſcandalo & contemptu, & ſinè falſitate ſuſpicionis(*g*). Si aliquis Idiota baptizans dicat formam vulgari ſermone potiùs, quàm latino, nè erret, niſi conſtaret benè proferendam validè baptizaret (*h*). Et Parochus verborum formam pronuncians, licèt verſetur in particulari errore circa perſonam baptizandam, ſi tamen ſervet actualem aut virtualem intentionem Eccleſiæ, vel Chriſti Inſtitutionis, ſpeculativus iſte error nihil obſtat intentioni morali & practicæ (*i*). Exempli causâ: Si puerum exiſtimes te baptizare, cùm puella ſit; nam hæc ordinaria & uſitata eſt, ac eſſe debet Miniſtri intentio, ut baptizetur, ordinetur, conſecretur, ſubjectum, aut materia, quæ capax & præſens eſt, dum ſuper eâ verborum forma profertur, quam proinde unusquisque ſervare cenſetur niſi eam expreſſè excludat (*k*). *Excipe matrimonium*; nam Sacramentum illud multa ſpecialia habet, quia in humano contractu fundatur, ejúsq; naturam & conditiones ſequitur, inter quas una eſt, quòd error ſpeculativus circa ſubſtantiam ſeu perſonam determinatam vitiat contractum matrimonij cùm tollat conſenſum contrahentis (*l*). Si Parochus dicto: *Ego te baptizo in nomine Patris* tuſſiat, expuat, vel jubeat aquam afferri, ac poſtea reliquam verborum formam, cum ablutione adjiciat, validè baptizat(*m*). Cæterùm ſi notabilis verborum interruptio fiat, ſive per ſim-

pli-

plicem ceſſationem, ſive per alterius actionis interpoſitionem, irritum eſt Sacramentum (*n*), & hoc notandum eſt ab omnibus baptizantibus, Confeſſarijs, conſecrantibus & alia Sacramenta conficientibus.

*(a) *Cap: 1. de baptiſ:* (b) *S.Thom: q.66. art:5. ad 4. & alij.* (c)*Cap:Debitum de baptiſ:* (d)*Vaſq: p. 3. diſp: 142. cap: 2. n. 10.* (e) *Henriq: in Sum̃: lib: 2. cap: 8. §. 6. Bonac: punc: 4. n. 16. contra Toletum.* (f) *Tolet: lib: 2. cap: 19. n. 2.* (g) *Sot: in 4. diſt: 3. q. unica art: 5. § Quod ſi &c.* (h)*Zambran: de Sacram: baptiſ: c. 1. dub: 15. n. 5. & 7.* (i) *Victoria ex com̃: de baptiſ: n. 34.* (k)*Laym: lib: 5. tract: 4. cap: 4. n. 6.* (l)*Idem ibid:* (m) *Idem ibid: trac: 2. c. 4. n. 4.* (n) *S.Thom: q. 60. art: 8. ad 3.*

11. Si quis gravitatis causâ diceret: *Nos te baptizamus*; non eſſet verus baptiſmus illius, qui hac verborum formâ uteretur; nam variatur formæ ſenſus, NOS enim ſignificat idem, quod *Ego* & *Tu*, & ſignificat pluralitatem baptizantium, quæ pluralitas tollit veritatem baptiſmi(*a*). Et ratio eſt, quia actus multiplicatur ſecundùm multiplicationem agentium, ſi perfectè ab unoquoq; agatur, hinc eſt, quòd plures unum non poſſunt baptizare. Sciendum tamen eſt, quòd ſi eſſet perſona gravis, puta Epiſcopus, aut perſona in dignitate conſtituta (quod obſervat Victoria) quæ gravitatis causâ diceret: *NOS baptizamus Te*, eſſet tunc verus baptiſmus; ratio eſt, quia ex hac circumſtantia perſonæ, & quali-

Digitized by Google

litatis ejus, & ex accomodatione haberemus tantundem ſignificare, *NOS te baptizamus*, ſicut *Ego te baptizo*; Et confirmatur quia etiam in forma Sacramenti pœnitentiæ poſſet Prælatus dicere: *NOS abſolvimus te*; ergo etiam in forma baptiſmi poterit dicere: *NOS baptizamus te*; Antecedens manifeſtatur à Card: Cajetano *in ſua ſum̃ula v. Abſolutio*; Peccaret tamen in utroq; caſu; quia contra communem uſum Eccleſiæ faceret, ût idem Cajetanus ibidem obſervat. Hinc oritur duplex dubium, primùm: ſicut licet dicere: *Ego baptizo vos*, quando ſunt plures qui baptizantur, quare etiam non licebit dicere: *NOS baptizamus te*? Ad hoc reſpondetur, Non eſſe eandem rationem; Nam quando dicitur: *Ego baptizo vos*, ly, vos, idem eſt, quod Te & Te, ût optimè obſervat D. Thomas loc: cit:; Quando verò dicimus: *Nos baptizamus te*, ly, NOS, non eſt idem, quod ego & ego, ſed eſt idem, quod ego & tu; Ideò in prima non variatur ſenſus formæ, in ſecunda autem variatur; Prætereà quando aliquis plures baptizat, ſicut faciebant Apoſtoli, ût legimus in eorum actibus cap: 2. & 4. benè poterant dicere, *Ego baptizo vos*, quia de facto plures erant; quando poſtea aliquis dicit: *NOS baptizamus te*, ſignificatur ibi pluralitas baptizantium, quæ tamen de facto non eſt, quæ nec poteſt eſſe. Secundum dubium eſt tale; Sicut ſi abſolverem aliquem Epiſcopum, vel etiam ſecularem aliqua dignitate præfulgentem, poſſem dice-

dicere reverentiæ & honoris ergò : *Ego abſolvo vos*, vel etiam , *Dominationem veſtram*, pari ratione potero dicere : *NOS baptizamus te* ; Sed reſpondetur,non eſſe eandem rationem,quia quando abſolvo Epiſcopum , vel alium in dignitate conſtitutum, ex circumſtantia perſonæ,& qualitatis ejus, jam denotatur idem eſſe dicere : *Abſolvo vos*, vel *Dominationem veſtram*, ac ſi dicerem *Ego abſolvo te*, ùt dictum eſt ſuprà, dum exponebatur ſenſus propoſitionis illius : *NOS abſolvimus te*, loquendo de Epiſcopo ; quando autem dico : *NOS baptizamus te*, non adeſt in ſimplici perſona aliqua circumſtantia, per quam cognoſceremus ſingularitatem baptizantis, ſicut eſſet in perſona Epiſcopi , ùt dictum eſt ; licèt autem verè abſolvam dicendo : *Abſolvo vos*, vel *Dominationem veſtram*,pecco tamen mortaliter utendo hujusmodi formâ, quia contra communem ritum Eccleſiæ facio ; Dicendo autem : *NOS te baptizamus*, non ſolùm pecco, ſed Sacramentum nullum eſt ; Meliùs ergò eſt,ut in omni caſu,in quo Sacramentum aliquod perſonæ alicui conferendum ſit, quæcunq; ſit illa,etiam in ſuprema dignitate, tam Eccleſiaſtica , quàm ſeculari conſtituta, ùt ſimplici formâ illius Sacramenti utamur juxta communem uſum Eccleſiæ, nec exhibitiones honoris & reverentiæ ſunt faciendæ in actu Sacramenti, ſed ante & poſt ; quia dum honor exhibetur in illo actu Sacramenti perſonæ ſuſcipienti illud, injuria fit Sacramento,& dum hono-

Digitized by Google

honoramus illam perſonam, deturpamus animam noſtram illo peccato.

*(a) *D. Thom: 3. p. q. 66. art: 3. ad 4.*

12. Baptizans, utendo hac formâ: *Ego Petrus baptizo te*, confert verè baptiſmum; quia nihil de eſſentia formæ variatur, & conſequenter vera forma eſt, illud enim nomen Petrus poneretur ad majorem expreſſionem illius pronominis *Ego* (*b*). Deinde eſſentia formæ conſiſtit in expreſſione ablutionis ſupra perſonam baptizatam, hæc omnia declarantur per illam formam ſub illis verbis poſitam, & conſequenter vera eſt forma: Et confirmatur, nam illud nomen *Ego*, non eſt de eſſentia formæ (*a*) ſed ponitur ad majorem expreſſionem intentionis, ergo nec variabitur ſubſtantia formæ, ſi illi pronomini adderetur nomen perſonale Petrus; poteſt etiam dici: *Ego Sacerdos baptizo te*: *Ego baptizo te Paulum*, quia hujusmodi verba non variant ſubſtantiam formæ; qui tamen formæ hujus Sacramēti adderet hujusmodi verba, peccaret mortaliter, quia faceret contra communem conſvetudinem Eccleſiæ, ſicut etiam peccaret ille, qui relinqueret illud pronomen, *Ego*, licèt non ſit de eſſentia, quia etiam iſte faceret contra conſvetudinem Eccleſiæ; ſicut & Doctores communiter docent de illo verbo, *Enim*, poſito in forma conſecrationis Corporis Chriſti, licèt nec illud ſit de eſſentia, & hoc ratione jam dictâ, & quia facit contra præceptum Eccleſiæ; ſicut etiam pec-

Digitized by Google

peccaret mortaliter, omittendo illud nomen ultimum, *Amen*, ſi ſit conſvetum; quia omnia iſta licèt non ſint de eſſentia formæ, ſunt tamen de conſvetudine aut de præcepto Eccleſiæ, ùt communiter omnes tenent, ac docent. Hæc tamen intelligenda ſunt, ſi ex malitia & ex propoſito, & per ſe aut ex negligentia craſſa aliquis omittit iſta; ſecùs autem ſi ex negligentia ſimplici & non craſſa, aut aliquo alio accedente omitterentur.

*(a)*Soto 4. ſent: d. 3. q. unica ad 5.* (b)*D. Tho: 3. p. q. 66. art: 5. ad 1.*

13. Si quis diceret: *Ego te baptizo in nomine Patris & Filij. & Spiritûs Sancti & B. Virginis Mariæ*, Reſpondet D. Thomas (*a*) *fortè* non eſſet baptiſmus, quia dicitur 1. Cor: 2. *Nunquid Paulus pro nobis crucifixus eſt? aut in nomine Pauli baptizati eſtis?* Dixit autem D. Thomas, *fortè*; quia aliquem baptizare in nomine B. V. Mariæ, poteſt intelligi dupliciter: Primò quòd baptizetur in nomine B. V. Mariæ, ſicut in nomine Trinitatis, quo baptiſmus conſecratur, ità quòd in nomine ſit idem, ac ſi diceretur, *In virtute*, ità ut à B. V. procederet collatio, aut virtus baptiſmi; Secundò quòd baptizetur in nomine B. V. non quaſi nomen Virginis aliquid operatur in baptiſmo, ſed ut ejus interceſſio proſit baptizato ad conſervandam gratiam baptiſmalem, ità ut in nomine B. V. ſit idem, ac ſi diceretur, *cum Auxilio B. V.*; Si intelligatur in primo ſenſu, cum hic

hîc ſit contrarius veræ fidei, tollit veritatem Sacramenti, & per conſequens non conferret baptiſmum, qui hac uteretur formâ; Si autem intelligatur in ſecundo ſenſu, cum hîc non contrarietur fidei orthodoxæ, non tollet perfectionem Sacramenti, & conſequenter utens hac forma in hoc ſenſu, verè confert baptiſmum, & in hoc ſenſu intelligendi ſunt D. Antoninus, Sylveſter, Tabiena, Piſana, Armilla, dum dicunt verum baptiſmum fieri cum prædictis verbis; Cum ergo in uno ſenſu nullus ſit error, & in altero ſit error in hujusmodi verbis, ideò D. Thomas poſuit illud verbum: *Fortè*, quaſi diceret, ſecundum ſenſum, in quo accipiuntur hæc verba, *In nomine B. V. Mariæ*, baptizare poteris, & non baptizare; Cum autem æquivocatio ſit in prædictis verbis, conſultò omittenda ſunt, & potiùs alijs verbis utendum eſt, quibus absque ſcrupulo importatur ſimplex auxilium B. Mariæ, puta dicendo: *Ego te baptizo in nomine Patris & filij, & Spiritus ſancti, & B. Virgo te adjuvet*, cum his ſiquidem verbis confici Sacramentum docet D. Thomas. Attamen utendo his verbis vel ſimilibus peccaret quis mortaliter, ſi advertenter hoc facit, quia contra morem & præceptum Eccleſiæ facit; Nec devotio in B. Virginem eum excuſat; quia dum devotus erga Deiparam vult ſe oſtendere in actu baptizandi, Sacrilegus, inobediens Eccleſiæ, ac peccati mortiferi reus coram Deo exiſtit; utatur ergo baptizans ſim-

ſimplici formâ, quâ utitur Eccleſia, & pietatem in Deiparam Virginem, quæ tali dedignatur devotione, in opportuniori tempore demonſtret.

*(a) *D. Thom: 3. p. q. 60. art: 8. in corp: & 4. ſent: d. 3. q. 1. art: 2. quæſtiuncula 3.*

14. Non tenere baptiſmum, quando dicitur: *Ego te baptizo in nominibus Patris & filij &c.* oſtendunt D. Hieronymus ſuper illud ad Epheſios 4. *Unum baptiſmà*, inquiens: *Non baptèzamur in nominibus Patris &c. ſed in uno nomine, quo intelligitur DEUS, qui ſcilicet unus eſt.* Magiſter Sent: 4. ſent: d. 3. inquit: Particulam in nomine, eſſe de eſſentia Sacramenti, ità ut ſi dicatur *In Nominibus*, nullum erit(*a*); Svadet etiam ratio, nam licèt ſint tria nomina perſonalia in Divinis, eſt tamen unum eſſentiale DEI, & cum virtus quæ in baptiſmo operatur, ad eſſentiam pertineat (eſt enim cantatiſſima propoſitio apud Theologos, Opera Trinitatis ad extra ſunt indiviſa) dicendum eſt *In nomine, non In nomtnibus*; Secundò, nam nomen idem eſt ac notamen, & notitia rei, notitia autem DEI habetur per fidē, & cùm fides trium perſonarum ſit una & eadem, dicendum erit, *In nomine, & non in nominibus.*

*(a) *D. Thom: 4. ſent: d. 3. D. Antonin: Sot. Sylv: Tabic: Armill: Victoria.*

15. Si aliquis diceret: *Ego te baptizo in nomine Patris, in nomine Filij, in nomine Spiritûs ſancti,* verè

verè conficeret baptiſmum, quia ibi tantùm eſt repetitio ejusdem nominis, nec variatur formæ ſenſus, quare etiam dicendo *In Nominibus*, verus eſſet baptiſmus, cùm repetitio nominis videatur eſſe eadem cum eo in plurali ſumpto. Sed reſpondetur, valdè diverſam eſſe rationem inter dicere *In Nominibus* & repetitionem *in Nomine &c.* & perfici Sacramentum dicendo: *In Nomine Patris, In Nomine Filij &c.* non perfici autem dicendo: *In Nominibus Patris, & Filij &c.* Ratio diverſitatis eſt, quia dicendo: *In Nominibus* aſſeritur eſſe plura nomina Eſſentialia, cùm tamen ſit ſolum unum nomen eſſentiale DEI (*a*) & conſequenter etiam variatur ſenſus formæ, & ideò per formam hanc: *Ego te baptizo in Nominibus*, nullum perficitur Sactamentum; Dicendo autem, *In nomine Patris, in nomine Filij &c.* non aſſeritur eſſe plura nomina, ſed idem nomen eſſentiale DEI repetitur, & conſequenter non variatur formæ ſenſus, & ideò in illa forma perficeretur Sacramentum; Licèt qui tali modo loquendi uteretur, peccaret mortaliter, quia contra morem & præceptum Eccleſiæ faceret, ſi ex intentione id faceret, vel inadvertentia craſſa.

(a) D. Thom: 4. ſent: d. 3.

16. Latinus utens formâ Græcorum in baptizando, quæ eſt: *Baptizetur ſervus Chriſti in nomine Patris & Filij, & Spiritûs ſancti*, verè quidem baptizat, & confert Sacramentum, graviter tamen

men peccat(*a*). etiamſi baptizaret ſecretè absq; ſcandalo, & ab Ecclesia graviter eſſet puniendus, quia verè facit contra communem ritum Eccleſiæ.

*(a) *D. Thom: 4. ſent: d. 3. q. unica ar: 2. quæniuncula 2. ad 1.*

17. Non eſt improbanda conſvetudo ſecundùm quam quibusdam in locis, Catholici, Patrini exiſtunt filijs hæreticorum, baptizante illos Miniſtro hæretico, in forma SS: Trinitatis(*a*): Et Parochus Catholicus licitè baptizare poteſt hæreticorum liberos, quamvis poſt baptiſmum parentibus reſtituendi ſint, cum probabili periculo, ut ab ijs pervertantur. Eſt praxis obſervata in Germania à viris doctis & pijs(*b*) quia periculum perverſionis, non eſt adeò propinquū & certum, cùm fieri poſſit, ut infantes ante uſum rationis moriantur, & per baptiſmum ſalventur; Tum quia ſpes non parva eſt, ut hæreticorum liberi aliquando in fide Catholica inſtruantur, quam idcircò etiam libentiùs recipiunt, ſi ſciant à Catholico Sacerdote baptizatos fuiſſe. Addi etiam poteſt, tametſi à parentibus & miniſtris ſuis hæreticis falſa dogmata doceantur, interdum ignorantiâ difficulter invincibili laborare, & pertinaces hæreticos non eſſe, ut proindè tales donum fidei baptiſmatis retineant, & ſalvari poſſint, ſi de peccatis poſt baptiſmum commiſſis, verâ contritione doleant. Si gravis cauſa ſeu neceſſitas poſtulet, poteſt Parochus

Digitized by Google

chus permittere, & hæreticus ad ſuſcipiendum infantem deſignetur (*c*) & eſt praxis, quam ante paucos annos in inferiore & ſuperiore Germania viri pij ac docti exercuerunt. *Exemplum eſt*: In Parochia cui nuper Sacerdos Catholicus, expulſo miniſtro hæretico, præfectus eſt, parentes hæretici deferunt filios ſuos ad baptiſmum deſignato Patrino hæretico. Hoc caſu patrinum repellere nimis difficile, & quaſi impoſſibile eſt; tum quia Catholici eò loci vix ulli ſunt, qui Patrini eſſe poſſint; tum quia parentibus nunquam in Germania perſvadebitur, ut ipſis Jus Patrinos deſignandi adimatur: Parochus tamen ante baptiſmum edicere debet palàm, infantem in fide Catholica baptizari, in eâq; inſtruendum fore, ſi ad uſum rationis pervenerit: Quamobrem nec Parentes, nec Patrinos hanc ejus inſtructionem impedituros eſſe, quin potiùs Patrinos admitti, tanquam Sponſores hujus fidei, in qua baptizatur.

*(a) *Laym: in Theol: mor: lib: 5. trac: 2. c. [illegible]. n. 6.* (b) *Idem ibid: c. 6. n. 12.* (c) *Idem ibid: c. 9. n. 7.*

18. Parochus Sacerdos, vel alius de ejus licentia vocatus ad baptizandum, ſtatim & ſinè alia cunctatione ad Eccleſiam ſe conferre debet (*a*). Et indutus ſuper pelliceo & ſtolâ violaceâ, ad Eccleſiæ januam conſiſtat, & quærat de nomine infanti imponendo, quod debet eſſe alicujus Sancti (*b*) qui ſint Patrini, & an infans domi ob caſum aliquem fuerit baptizatus? (*c*). Non

Digitized by Google

debet tamen, ſecluſo imminenti aliquo periculo mortis, extra Eccleſiam in Aulis, vel Cameris, aut alijs privatis domibus baptizare, niſi Regum vel Principum liberi extiterint (*d*). Et parentes graviter peccant, qui prolem ſuam alieno Parocho absq; proprij licentia baptizandum offerunt, cùm ille alienus utatur poteſtate Jurisdictionis, quæ ſibi ab Eccleſia, vel Prælato Eccleſiaſtico non fuit collata(*e*). Quisq; enim in ſua, cui ſubeſt, Eccleſia eſt baptizandus,quia unus Sacerdos alterius Parochiæ terminos, plebem; & jus uſurpare non valet (*f*).

*(a) *Piaſec: in praxi Epiſc: p.2. c.3. n.25. verſ: Fontis.* (b)*Barboſ: de off: & pot: Parochi p. 2. c. 18. n.17.* (c) *Caſtald: in praxi cærem: lib: 2. ſect: 14. cap: 3.* (d)*Text: in Clemen: unica de baptiſmo.* (e) *Laym: in Theol: mor: lib: 5. trac: 2. c.7. n. 2. in fine.* (f) *Cap: Placuit 7. q. 1. Cap: Sicut 9. q. 2. cap: 1. Cap: Nullus. Cap: Epiſc: Cap: Non invitatis 13. q.1. Cap: Nullus 3. de Paroch:*

19. Parochus debet in Eccleſia cæremonias omiſſas ſupplere, quando in periculo mortis ſinè illis baptizavit, ùt conſtat ex uſu Eccleſiæ & colligitur *ex c.1. de Sacram: Non iterand:* Hæc doctrina obſervari debet tempore peſtilentiæ ceſſantis; cum enim infantes ex matribus peſte infectis editi, in magno repentinæ mortis periculo verſentur, frequenter accidit, ùt privatim baptizari debeant, ideóq; poſt peſtilentiam, ſi ſupervivant, ad Eccleſiam ducendi erunt (*a*).

Omit-

Omittens autem in Eccleſia ſupplere Solemnitates omiſſas in privato baptiſmo, ſecluſo contemptu, peccat tantùm venialiter (*b*).

*(a) *Laym: lib: 5. trac: 2. c. 8. n. 10.* (b) *Poſſev. de off: Cur: c. 6. n. 23.*

20. Sacerdos ſive Laicus, qui ſcienter in mortali miniſtrat baptiſmum in neceſſitate, non peccat mortaliter, nec venialiter, ſi aliquam adhibet reverentiam, & cum aliquo timore & pudore id faciat (*a*) quia in tali caſu non miniſtrat, ùt miniſter ex officio, ſed ùt miniſter neceſſitatis, ſicut Laicus & fœmina, qui obligari non debēt, ut ſe conforment Sanctitati Chriſti & Eccleſiæ (*b*). Parentes graviter peccant *ut ſupra*, qui prolem ſuam alieno Parocho absq; proprij licentia baptizandam offerunt, cùm ille alienus utatur poteſtate Jurisdictionis, quæ ſibi ab Eccleſia, vel Prælato Eccleſiaſtico collata non fuit (*c*). Fons baptiſmalis debet eſſe decenter ornatus, & deſuper cautè occluſus, habens intùs aquam mundam & ſufficientem (*d*).

*(a) *Petr: de Cabrera de Sacr: q. 64. art: 6. diſp: 1. §. 4. n. 17.* (b) *D. Thom: ad 3.* (c) *Laym: Theol: mor: lib: 5. trac: 2. cap: 7. n. 2. in fine.* (d) *Piaſeci in praxi Epiſc. p. 2. c. 3. n. 25. verſ: Fontis.*

Ex Synodo Pragensi
Tit: de Baptiſmo.

In ſingulis Eccleſijs Parochialibus, loco convenienti, habeatur Fons baptiſmalis, ſive Baptiſterium

à ſtanno, ſolidóve lapide conſtans non tamen ſpongioſo, nè ex illo aqua effluat, qui formâ congruâ ſit & columellâ ſuffultus, Is præterea ſerâ, quæ amoveri nequeat, jugiter claudatur(a). *Clavis autem à Parocho ſolo diligenter cuſtodiatur, nemini'q; committatur, nè qua temeraria manus, ejuſmodi aquam accipere poſſit, vel ea ſuperſtitiosè abutatur. Panno decenti continuò tegatur, non ſolùm ad ejus ornatũ, ſed etiam ut aqua à pulvere alijsq; ſordibus præſervetur. Et licèt omne aquæ genus, ſive maris ſive fluvij, ſive paludis, ſive putei, ſive fontis quæ ſinè ulla adjunctione aqua dici ſolet, etiamſi ſit lutulenta, ſit ſufficiens hujus Sacramenti materia* (b); *tamen extra caſum neceſſitatis, non alia aqua in hujusmodi miniſterio adhibenda eſt, quàm quæ ex Sanctæ Matris* Eccleſiæ *Inſtituto, ſtatis cæremonijs, & ſacrorum Oleorum admixtione, Sabbato ſancto, & Sabbato item Pentecoſtes, ſolenni ritu conſecrari ſolet, & in Baptiſterio toto anno purè & decorè aſſervari.*

*(a) *C. Statuimus de cuſtod: Euchariſt:* (b)*Conc: Trid: ſeſſ: 7. can: 2. de hoc Sacram.*

Videat Parochus, ubi primùm Infans baptiſmi cauſâ ad ſe delatus eſt, an ſuæ Parochiæ ſit; quem ſi alienæ eſſe nôrit, eum, niſi inſtante neceſſitate, non baptizet, ſed ad Parochum proprium jubeat deferri. Nemini liceat quemquam intra domeſticos parietes baptizare, ſed natum Infantem ij, quorum eſt ea cura ante nonum ab ortu diem in Eccleſiam portandum curent, ut à proprio Parocho baptizetur (a). *Permiſſa eſt tamen, ſi infanti mortis periculum inſtet,*

ſtet, facultas baptizandi in privatis ædibus, Sacerdoti; vel ſi is abſit, alteri in ſacris Ordinibus conſtituto; ſeu ſi non adfuerit, Laicis, primò Mari, & demùm fœminæ, qui rectè nôrint veram baptiſmi formam, quæ eſt: Ego Te baptizo, in nomine Patris & Filij, & Spiritûs ſancti, Amen. *Quibus verbis nihil prorſus ab ipſis addendum, vel detrahendū eſſe, Parochi fideles crebrò admoneant; eóſq; doceant, neceſſarium eſſe in hujusmodi functione, quod idem, qui baptizat, & aquam capiti infantis infundat, & eodem tempore præſcripta proferat verba, & præterea ſaltèm intendat facere, quod intendit Eccleſia in hujus Sacramenti adminiſtratione. Qui in caſu neceſſitatis domi baptizabuntur, intra nonum, ab ipſius infantis ortu, diem, ſi vixerint, ad Eccleſiam deferantur, ubi exorciſmi, præſcriptæq; cæremoniæ à Parocho adhibeantur. Si verò intra hoc ſpatium abſq; notabili vitæ, vel ſanitatis corporalis detrimento, infans domi baptizatus, ad Eccleſiam geſtari non poterit, id cùm primùm per valetudinem licuerit, præſtetur omnino. Antequam Parochus hoc Sacramentum miniſtret, diligenter inveſtiget, an infans baptizatus ſit, & à quo, & quâ materiâ, ac quâ formâ. Eum verò qui baptizavit, de forma prolata, alijſq; ad baptiſmi eſſentiam requiſitis interrogabit, ut certò ſciat, an verè baptiſmi eſſentialia ſervata fuerint. Re autem accuratè exploratâ, ſi certò noverit baptiſmi formam ſervatam fuiſſe, cùm hoc Sacramentum iterari non debeat, caveat, nè illum neq; etiam ſub conditione:* Si non es bap-

Digitized by Google

baptizatus, ego te baptizo &c. *baptizat, alioquin Sacrilegium committet, & illud impedimentum contrahet, quod ſacri Canones Irregularitatem vocant* (b). *Et ſi dubium relinquatur, an baptiſmi eſſentialia ſint ſervata, nec ne, eo caſu, ſub illa conditione baptizetur, nempe,* Si non es baptizatus &c. *Infans expoſitus, licèt appenſum collo ſcriptum habeat, quo ille baptizatus ſignificetur; ſi tamen re diligenter inveſtigatâ, adhuc dubium ſit, eum baptizatum eſſe, eâdem conditionis formulâ baptizetur:* Si non es baptizatus &c. (c).

*(a) *C. Unic: de baptiſ: & ejus effect:* (b) *C. quod quidem* 1. *q.* 1. *c. Hi de quibus. c. Rebaptizare. c. cùm itaq; de conſecr: diſt:* 4. *c. dictum de conſecr: d.* 5. *c. fin: de baptiſ: Conc:Trid: de Sacram: in genere cap:* 9. *Cathed: Rom:* 1. *de hoc Sacram: c. de quibus de baptiſ: & ejus off:* (c) *c. eod.*

Ex antiquiſſima Catholicæ Eccleſiæ conſvetudine, præter Sacerdotem, qui baptizat, alij etiam adhiberi ſolent, qui Patrini vel Compatres vocantur. Quare Parochi fidelibus declarent, Cognationem ſpiritualem in baptiſmi adminiſtratione ad SS: Canonum, & Conciliorum generalium præſcriptum, contrahi inter baptizantem & baptizatum, Baptizatiq; Patrem & Matrem (a). *Nec non inter Virum & Mulierem, qui baptizatum de Sacro fonte ſuſcipiunt, quos Compatres appellant, & ipſum baptizatum, atq; illius Patrem & Matrem* (b). *Quæ cognatio nõ ſolùm impedit matrimonium contrahendum, ſed etiam dirimit contractum. Cùm autem propter multitu-*

Digitized by Google

titudinem prohibitionum, multoties in caſibus prohibitis contracta ſint matrimonia, in quibus vel non ſinè magno peccato perſeveratum eſt, vel ea non ſinè magno ſcandalo dirempta fuerint (c). *Compatrum pluralitatem SS: Canones jure meritoq; ſemper deteſtati ſunt; Ideò decernimus ac declaramus, unum tantùm, aut ad ſummum unum & unam in Baptiſmi miniſterio, juxta S. Concilij Tridentini diſpoſitionem*(d) *cum baptizato, baptizatiq; Patre & Matre, cognationem ſpiritualem contrahere, etiamſi plures adhibeantur ad aſſociandum baptizandum, cùm ad Eccleſiam baptizandi cauſâ defertur. Parochus igitur cùm ad hoc Sacramentum conferendum accedit, unum tantummodò, ſive virum, ſive mulierem, vel ad ſummum unum & unam, ùt ſuperiùs dictum eſt, ad tangendum baptizatum, cum de Sacro fonte ſuſcipitur, admittat, & eorum nomina in libro deſcribat; Vir autem & ejus uxor ad eundem baptizatum ſuſcipiendum non admittantur*(e). *Ad hujusmodi munus obeundem, nullo modo admittantur Infideles, hæretici, excommunicati, interdicti, publicè criminoſi ſeu infames, pueri natu minores quatuordecim annis*(f). *Nec prœterea qui ſanâ mente non ſunt, nec vero Abbates, Monachi vel Abbatiſſæ, aut Moniales, neq; demùm qui quatuor præcipua doctrinæ Chriſtianæ capita, nempè Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Apoſtolorum, & Decalogum non ritè calluerint*(g).

*(a) *S. Dion: c. ult: de Eccleſ: hier. Cathech: Rom: tit: de Bapt: §. Accedit.* (b) *c. Nedum. c. quamvis*

de

de cogn: ſpir: in 6. Conc: Trid: ſeſſ: 24: c. 2. de refor. matr: (c) *c. non plures de conſecr: diſt: 4. c. veniens de cogn: ſpir: per totum. c. quamvis eo. tit: in 6.* (d) *Conc: Trid: ſeſſ: 24. cap: 2. de refor: matr: c. fin: de cogn: ſpir: in 6.* (e) *c. fin: 3. q. 4.* (f) *c. in baptiſmate de conſecr: diſt: 4.* (g) *c. non licet. c. Monachi de conſecr: diſt: 4.*

Parochus, Sacerdóſve baptizans caveat, ne ad infantem baptizandum alio Chriſmate utatur, quàm eo quod illo ipſo anno conſecratum eſt, ut veteri Canone cavetur (a). *Curet idem ut infantibus proprio nomine in baptiſmo appellandis, ea nomina non imponantur, quæ impia aut ridicula ſunt, quævè gentilium atq; adeò impiorum & impurorum hominum memoriam referant, ſed illorum qui ob veræ, ac S. Religionis, virtutíſq; Chriſtianæ laudem, Sanctorum numero adſcripti ſunt, ut & in ipſo vitæ ingreſſu, cum Ethnicis, ne nomen quidem commune Fideles habere velle proteſtantur, & ipſi Infantes, etiam cum ætate proceſſerint, nominum ſimilitudine, ad eorum à quibus accepta ſint, imitationem excitentur; & præterea quos imitari ſtudeant, eoſdem quoq; frequentiús precentur, ac ſperent, eos potiſſimùm ſibi ad ſalutem tum animi, tum corporis advocatos fore* (b). *Moneant Parochi puerperas, ut cum primùm poſt partum domo exierint, mox ad Eccleſiam Parochialem, DEO acturæ gratias, accedant, ubi ex laudabili S. Eccleſiæ conſvetudine, benedictionẽ particularibus precibus à Parocho ſuſcipiant. Parochus tamen hac de cauſa puerperæ domum non ingre-*

Digitized by Google

ingredietur, etiamſi mulier ob adverſam valetudinem Eccleſiam adire nequeat.

* (a) *C. literis de conſecr: d. 1. c. Si quis 4. eod: diſt:* 4. (b) *Cathech: Rom: tit: de hoc Sacram: §. Jam poſtquam.*

Nemo adultum quempiam in hac Metropoli, & Archi-Diœceſi noſtra Pragenſi baptizare audeat, niſi priùs ipſe adultus coram Archi-Epiſcopo ſe præſentaverit, & ea præſtiterit, quæ pro majori animæ ſuæ ſalute ei præſcribentur. Antequam baptizandus admittatur, ſive Judæus ſit, ſive Paganus, ſive Turca quærentur ab Archi-Epiſcopo vel ejus Officiali, teſtimonia certa de ejus conditione, anteacta vita, ſtatúq; omni; & per hæc ejus voluntas diligenter explorabitur, utrũ ex animo, veráq; pietate baptiſmum petat (a). *Si ità comperiatur, ille alicui pio, & religioſo Viro committetur, à quo fidei & Chriſtianæ vitæ inſtitutionibus accurratè erudiatur; qui tum ſic inſtructus, ad Eccleſiam ducatur communi veſtitu, ut ab Archi-Epiſcopo, vel ab eo, cui id muneris delegabitur, baptiſmum ſuſcipiat; & ſtatim albam veſtem ritè accipiet, Sacris cæremonijs ex S. Eccleſiæ inſtituto adhibitis. Et quoniam dilatio baptiſmi adulti convenit, poterit plerumque ad majorem Sacramenti cultum, unum ex ſtatis temporibus Paſchæ & Pentecoſtes exſpectari* (b). *Interroganti Sacerdoti reſpondeat ipſe, non patrinus, qui tamen ſemper aſſiſtat, tanquam pro baptizando ſpondeat. Quod verò, licet horribile dictu ſit, aliquando tamen eveniſſe compertum eſt, aliquem ſcilicet ad turpem quæ-*

ſtum

ſtum iterum baptiſmum ſuſcepiſſe, id ne accidat, antequam aliqui baptizentur adulti, omni ſtudio curetur, ut iſti homines vel Judæi, vel Turcæ, qui baptiſmum ſibi conferri petierint, plenè dignoſcantur; de illorúmq; conditione ac ſtatu omni, quantùm licuerit, teſtimonium à probatis viris obſignatum exhibeant. Ne obſtetrices ob earum inſcitiam plures committant errores in baptiſmi adminiſtratione in caſu neceſſitatis, præcipitur omnibus Archi-Epiſcopali Juriſdictioni ſubjectis, ne hujuſmodi munus exerceant, niſi à proprio Parocho ſint approbatæ. Et in primis moneantur, ut in hoc munere exercendo ab omnibus ſuperſtitionibus abſtineant. Liber conficiatur, in unaquaq; Eccleſia diligenter aſſervandus perpetuò, in quo notentur omnes qui indies baptizantur. Quod ſi filius non fuerit ex legitimo matrimonio natus, nomen tantùm matris deſcribatur, ſi de ea conſtiterit.

*(a) *C. Judæi & c. pleriq; de conſecr: diſt: 4.* (b) *C. duo tempora. ibid.*

BENEDICTIO.

I.

PArochus benedicit Fontem baptiſmalem, & iſta functio Parochialis ad ſolum proprium Parochiæ Rectorem ſpectat (*a*). Candelarum benedictio in die Purificationis B. V. & earum diſpenſatio ad propriosParochos ſpectat(*b*).Cinerum benedictio quæ ſolet fieri primo die qua-

dra-

dragesimæ à proprio Parocho eſt facienda(*c*). Et iſti Cineres benedicti debent eſſe aridi & non madefacti in modum luti(*d*). Palmarum benedictio in die Dominica proxima Paſchati, ſpectat ad Parochos(*e*). Et celebrantes qui diſtribuunt candelas, cineres & palmas detecto capite diſtribuant(*f*) & prædictæ benedictiones & ſimiles à Curatis in eorum Eccleſijs Parochialibus peragi debent(*g*). Poſt factam benedictionem fontis in die Sabbati Sancti, cum inter functiones Parochiales connumerentur domorum aſperſiones, ſpectant ſolùm ad Parochos, privativè quoad alios Eccleſiæ Rectores(*h*). Ab iſta functione aſperſionis domorum excluduntur Regulares, cùm non poſſint hoc munus extra Conventum ſuum exercere(*i*) cùm hoc ſit munus Parochi (*k*). Non prohibetur tamen in eorum Eccleſijs mulieres poſt partum ad Purificationem admittere (*l*).

*(a) *Quarant: in ſum: Bullarij v. de Miſſa in fin: pag: 403.* (b) *Idem, & Aloyſ: Rice. in praxi rerum fori Eccl: par: 4. reſol: 309.* (c) *Idem Quar: & Congr: Rit: in Altarin: 5. Martij 1633.* (d) *Ead: in Egittanien: 23. Maij 1603.* (e) *Aloyſ: Rice: ut ſupra. reſol: 307.* (f) *Congr: Rit: 18. Julij 1626.* (g) *Ead: Congr: in d. Altarin: 5. Martij 1635.* (h) *Aloy: Rice: par: 4. reſol: 310. Noſter Ganant: coment: in Rubr: Miſſal: p. 4. tit: 19. n. 20.* (i) *Congr: Conc: 23. Novemb: 1616.* (k) *Ead: in Bononien: 4. Julij 1620.* (l) *Ead: Congr: teſte Laçana in ſum: q. reg: c. 12. n. 41. verſ: ad 14. & verſ: ad 9.*

2. Be-

2. Benedictio à Sacerdote coram ſuo Epiſcopo non detur ſine licentia ejusdem (*a*) neq; coram Majoribus Epiſcopo. Puerperarum benedictio ne fiat domi, etiamſi mulier ad Eccleſiam ire non poſſit; Et Sacerdotis benedicturi habitus erit ſuper pelliceum & ſtola regulariter alba, aliquando violacea, maximè in benedictione conjuncta cum exorciſmis. v. g. ad benedicendam aquam, & debet Sacerdos ſemper ſtando, apertoq; capite benedicere, & advertere, ne eſculenta ponantur ſuper altare, ſed ſuper menſam (*b*). Curati quoq; in quorum Parochia defunctus obijt & non Regulares ad quorum Eccleſiam defunctus portatur, debent benedicere corpus defuncti (*c*).

*(a) *Rubr: Miſſ: tit: 12. n. 3.* (b) *Noſter Gavant: coment: in Rubr: Miſſ: p. 4. tit: 19. n. 3. 4. & 5.* (c) *Congr: Rit: in Squillacen: 18. Novem: 1606.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: de Prædicatione Verbi DEI.

R*Egulares tenentur cum licentia ſuorum Superiorum coram Ordinario ſe præſentare, & benedictionem petere, antequam prædicare incipiant* (a). *Conc: Trid: ſeſſ: 5. c. 2. de reform:*

Tit: de Superſtitionibus.

O*Mninò retinenda eſt pia & laudabilis conſvetudo benedictionum Panis, Vini, & aliarum*

rum rerum, etiam herbarum quæ certis ſolemnitatibus, & præſertim Paſchæ, Nativitatis Domini, Aſſumptionis B.V. S. Joannis Evangeliſtæ, alijsq; Feſtivis diebus à Parochis ex SS: ritibus non ſine myſterio, uberrimáq; fidelium utilitate fieri ſolent, dummodò nihil indecens hac de cauſa ſuper Altari collocetur, veluti Eſculenta; ſed quod ejusmodi eſt, ponatur ſuper aliquo ſcamno, loco convenienti.

BENEDICTIO NUPTIALIS.

1.

BEnedictiones nuptiales â proprio Parocho fieri debent, neq; â quoquam niſi ab ipſo Parocho, vel ab Ordinario licentia ad prædictam benedictionem faciendam alij Sacerdoti concedi poteſt quacunq; conſvetudine, etiam immemorabili, non obſtante; Et debet Parochus recipere Eleemoſynam occaſione benedictionis & non alius(*a*). Et ad has benedictiones nuptiales præſtandas ſufficit Parochus utriusq; contrahentis(*b*) quidquid dicant alij, hoc eſſe Parochi Mulieris(*c*). Omittere autem benedictiones nuptiales, eſt tantùm peccatum veniale(*d*) quia ſolùm ſunt Sacramentale quoddam, quod non apparet magni momenti, neq; valde congruens progreſſui Matrimonij. Imò nulla culpa ubi ex conſvetudine â Prælatis & Eccleſia tolerata non ſolent adhiberi, neq; à primas nuptias contrahentibus(*e*). Fieri verò non poſſunt niſi inter

ter Miſſarum ſolemnia (*f*). Secundò nubentibus benedictiones hujusmodi non debet facere Parochus, etiamſi fortè primum matrimonium fuiſſet invalidum(*g*). Servata tamen ſemper legitima Diœceſis conſvetudine(*h*). Conſvetudo generaliter recepta, ut poſſit benedictio ſolemniter fieri, ſi fœmina nondum fuiſſet benedicta, ſervanda eſt(*i*). Et Virgo data in matrimonium Viro, qui etiam duxit uxorem, poteſt benedici, ſi ità viget conſvetudo (*k*). Pro benedictione autem hujusmodi nuptiarum licèt Parochus prohibeatur aliquid exigere, ſpontê tamen oblata recipere poteſt(*l*).

*(a) *Congr: Rit: in Acherontina 25 Jan: 1602.* (b) *Cened: ad decretal: Collect: 81. n.8.* (c) *Noſter Boſſ: de Matrim: contrac: cap: 9. §. 6. n. 23. in fin:* (d) *Sanchez: lib: 3. diſp: 82. n. 6.* (e) *Noſter Boſſ: d. cap: 9. §. 3. n. 9.* (f) *Congr: Conc: in Piſauren: 13. Julij 1630.* (g) *Navarr: in man: cap: 22. n. 83.* (h) *Poſſev: de off: Cur: c. 10. n. 48.* (i) *Covarr: de Sponſal: p. 2. cap: 8. §. 11. n. 2.* (k) *Congr: Epiſc: 8. Maij 1602.* (l) *Salu: de benef: p. 1. q. 7. n. 54. Guttier: Canonic: lib: 1. cap: 27. n. 16. & 17.*

2. Parochus vel alius Sacerdos, ſive Regularis ſive Secularis conjungens in matrimonium vel benedicens ſubditos alterius Parochiæ ſine licentia Parochi, vel Ordinarij, remanet ſuſpenſus ab officio, donec ab Ordinario Parochi obtineat abſolutionem non obſtante privilegio quocunque, vel immemorabili conſvetudine (*a*).

Et

Digitized by Google

Et in caſu non permiſſo Parochus vel alius Sacerdos benedictionem ſecundis nuptijs impertiens incurrit ſuſpenſionem (*b*). Licet alij teneant ſolùm pœna arbitraria puniendum eſſe (*c*). Excuſatur autem à dicta ſuſpenſione per ignorantiam etiam craſſam, dummodò non ſit ità craſſa, ut ſit ingens temeritas (*d*). Extenditur verò iſta ſuſpenſionis pœna, nedum ad officium, ſed etiam ad beneficium; ſed imponenda (*e*).

*(a) *Trid: ſæpè cit: cap: 1. Sanchez lib: 3. d. 52. n. 4.* (b) *Navar: in man: cap: 25. n. 137.* (c) *Menoch: de arbitrar: caſu 417. n. 8.* (d) *Sanchez d. l. 3. d. 48. n. 7.* (e) *Idem diſp: 82. n. 29.*

3. Licet benedictiones nuptiales non ſint ad valorem Matrimonij neceſſariæ, adhiberi tamen à contrahentibus primas nuptias debent ex præcepto, & ex antiquiſſima Eccleſiæ conſvetudine(*a*). Et benedicendi ſunt à Parocho Sponſus & Sponſa, ſi contractis Sponſalibus per verba de futuro, antequam coram Parocho & teſtibus matrimonium contraxerint, invicem ſe cognoverint (*b*).

* (a) *Canon: Aliter, ibi Sacramentaliter.* (b) *Congr: Conc: 2. Octobr: 1593. Bellarm: in obſerv: ap cap: 1. Trid: v. Hortatur.*

4. Parochus ſeu Sacerdos temporibus à Jure prohibitis, id eſt, à die prima Adventûs Domini uſq; ad diem Epiphaniæ, & à Feria quarta Cinerum uſq; ad Octavam Paſchæ incluſivè, bene-

benedicens ſolemniter nuptias, graviter eſt puniendus pœnâ arbitrariâ (*a*). Et ipſi etiam Conjuges talem benedictionem recipientes, afficiendi erunt pœna ſeparationis ad tempus, vel arbitrariâ, ſi eſſet periculum incontinentiæ in alterutro Conjuge (*b*). Tempore verò interdicti poteſt Parochus nuptias benedicere licitè, publicè, & Solemniter, Januis ſcilicet Eccleſiæ apertis & alta voce, in illis Feſtivitatibus, in quibus tempore interdicti, & ſpeciali privilegio licet celebrare officia divina ſolemniter, quæ continentur *in cap: Alma Mater* ſ. Feſtum Natalis Domini, Paſchatis, Pentec: Aſcenſ: Corporis Chriſti, cum totâ Octava. Hoc tamen intelligendum eſt, quatenus eſt ex parte Interdicti, quia tunc officia Divina publicè permittuntur; ſecùs autem ex parte temporis, aliàs ſit prohibitum, ut eſt tempus Natalis Domini & Paſchatis juxta Tridentinum (*c*). Parochus autem vel alius Sacerdos benedicens nuptias in die Natalis vel Paſchatis tempore Interdicti, peccat tantùm contra præceptum non benedicendi nuptias, & non eſt reus violati Interdicti, & conſequenter non incurrit irregularitatem (*d*). Poteſt etiam Parochus conferre benedictiones nuptiales extra prædictos dies feſtivos privilegiatos, ſervata moderatione, ſcilicet, ſubmiſſa voce, Januis clauſis, Excommunicatis & Interdictis excluſis, ſi conjuges habent privilegium aſſiſtendi Divinis officijs tempore interdicti

dict

dicti generalis localis(*e*). Secùs in Eccleſia ſpecialiter interdicta, neq; cum dicta moderatione (*f*). Si uterq; Conjux, vel eorum alter ſit interdictus perſonaliter ſpecialiter, id eſt, nominatim, vel cauſam culpabilem interdicto generali dederit, quo caſu cenſetur ſpecialiter interdictus *d. cap: Alma Mater verſ: Illis*; neq; in loco, neq; extra locum interdictum recipere poſſunt licitè benedictiones, donec uterq; conjux, vel ille, qui eſt interdicto ligatus, abſolvatur; quia quocunq; eant, trahunt ſecum interdictū, ſicut Excomunicatus excomunicationem(*g*). Si Sponſus ſit affectus interdicto perſonali generali, non poſſunt benedici in loco Interdicti, neq; extra locum Interdicto ſuppoſitum, niſi Vir mutet domicilium, manendo enim pars illius Civitatis interdictæ, eodem perſonali interdicto affectus remanet ſicut alij Cives. Et ſic uxor non poteſt unà cum viro benedici, licèt ipſa non ſit interdicta, cùm benedictio reſpiciat utrumq; (*h*). Si ſola Sponſa ſit generali interdicto obſtricta, non verò vir, tunc in loco non interdicto, uterq; poterit licitè à Parocho recipere benedictionem; nam cum vir non ſit ligatus interdicto, & uxor ſortiatur forum & honores ſui viri. *l. fœmina off: de Senatoribus. l. final: C. de Incolis lib:10*, ſequitur ut ipſa mulier gaudeat viri non interdicti imunitate, ac proinde poſſit benedici(*i*). Non poteſt tamen Parochus licitè conferre benedictiones nuptiales

ligatis excommunicatione majori(*k*). Et recipientes peccant mortaliter, eâ ſaltèm ratione, quâ excommunicatus intereſt Miſſæ & officio divino benedictionis, atq; adeò in re Sacra participat cum alijs aſſiſtentibus, ſecùs ſi excommunicatio ſit minor(*l*). Deniq; ſciat Parochus ſe teneri celebrare diebus non feſtivis ad benedictiones nuptiales impertiendas(*m*).

* (a) *Sanchez lib: 7. de matrim: diſp: 7. n. 4.* (b) *Noſter Boſſ: de Matrim: contrac: c. 9. §. 11. n. 44. & 45.* (c) *Idem in d. cap: 9. §. 20. n. 82.* (d) *Sanchez diſp: 8. n. 16.* (e) *Svar: de Cenſur: diſp: 34. ſect: 3. n. 17.* (f) *Idem ibid: n. 33.* (g) *Noſter Boſſ: d. c. 9. §. 22. n. 93.* (h) *Idem ibid.* (i) *Idem ibid.* (k) *Guttier: de Matrim: c. 83. n. 11.* (l) *Idem ibid. & Sanchez lib: 7. diſp: 9. n. 13.* (m) *Ludov: à S. Joan: de adminiſt: Sacr: ar: 1. tit: de Reſid: n. 13. in fin.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: de Matrimonio.

UBerrimos fructus, & ſalutares utilitates, quæ Benedictionis nuptialis inſtitutum Matrimonium contrahentibus affert, ſi debita cum humilitate, & religioſa animi pietate eam ſuſcipiant, explicent Parochi diligenter. Ea autem à proprio Parocho, non ab alio Sacerdote, absq; noſtra, propriive Parochi facultate fiat, quacunq; conſvetudine, etiam immemorabili, quæ potiùs corruptela dicenda eſt, non obſtante. Curent autem Parochi, ut hujusmodi Be-

di Benedictio manè, non à prandio, in Eccleſia, non in Ædibus privatis fiat, cum celebratione Miſſæ, quæ pro Sponſo & Sponſa ex Sacris ritibus dici ſolet. Præterea ſi benedictio nuptialis celebrabitur die Dominico, vel alias feſtivo, Miſſa fiat de Dominica, feſtóve cum ſecunda Oratione de Sponſo & Sponſa. Si fuerint ſecũdæ nuptiæ ex utraq; parte, ſeu ex altera tantùm, Matrimonium fiat in Eccleſia; ſed Benedictio nuptialis intermittatur. Contrahentes autem Miſſæ eo die interſint. Siquis Parochus vel alius Sacerdos &c, habetur ſub hoc titulo n. 2. paulò antè.

BONA ECCLESIASTICA.

I.

PArochus non obtentâ ab Ordinario licentiâ, non poteſt diſtrahere, alióve tranſferre ea, quæ ad uſum Eccleſiæ deſtinata, vel ad uſum domûs Eccleſiæ à prædeceſſoribus acquiſita, & ab illo adepti beneficij tempore inventa fuerunt(*a*). Curati, rerum & bonorum ſuæ Eccleſiæ, eorúmq; reddit∪um inventarium conficiant, ejúsque copiam Ordinario tradant, quia ſic faciliùs bona Eccleſiaſtica, & redditus ab uſurpatoribus defenduntur, & Succeſſoribus bona & Jura ignorantibus, conſulitur (*b*) Præterea Parochi in aliquo ſolemniori Feſto, Decretum Conc: Trid: ſeſs: 22. de Reform: cap: 11. contra occupatores bonorum Eccleſiaſticorum

populo ſingulis annis publicare poſſunt, cum eâ etiam parte Bullæ in Cœna Domini, quæ de uſurpatoribus hujusmodi loquitur (*c*). Bonorum Eccleſiaſticorum alienatio præſumitur in dubio facta cum debitis ſolemnitatibus; quia unusquisq; præſumendus eſt ſuæ ſatisfeciſſe obligationi, rectéq; ſuum munus nihil omiſſo, obijſſe (*d*).

* (a) *Pius V. in ſua Conſt: apud Barbos. de offic: & pot: Paroch: n. 38.* (b) *S. Carol: in 4. p. Aut. Mediol:* (c) *Barboſ. ibid: & ſupra.* (d) *Maſcard: de probat: concl: 734.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: De Parochis.

OB frequentem aliquorum Parochorum mutationem, Eccleſiarum bona deperiri compertum eſt; Ideo ad tutiorem, perpetuámq; hujusmodi bonorum, quæ Patrimonium Chriſti ſunt, conſervationem, omnibus Parochis, etiam Temporarijs, & alijs item Beneficiarijs Archi-Diœceſis Pragenſis præcipitur, ut infra tres menſes proximos, duo Inventaria authentica confici curent, in quibus omnis propriæ Eccleſiæ, propriive Beneficij ſupellex, & præterea cenſus, agri, prædia, eorumq; fines ac termini, Jura, privilegia, obligationes, atque etiam bona ſe moventia, ſi quæ habet, diſtinctè notata ſint, quorum alterum pœnes ſe retineant, alterum verò Ordinario tradant, in Archivio Archi-Epiſcopali diligen-

ligenter aſſervandum. Ad hujusmodi Inventaria conficienda teneantur in poſterum infra tres menſes poſt beneficij ſui adeptam poſſeſſionem, quicunq; beneficium Eccleſiaſticum cujusvis generis obtinuerint, meminerintq; ſe teneri pro poſſe recuperare Beneficij ſui bona, ſi quæ deperdita & uſurpata repererint.

V. V. Alienatio rerum Eccleſiaſticarum. §. Cum aliquando &c.

CALIX.

I.

PArochus & quislibet alius celebrans in Calice non conſecrato, ſuſpenditur ab officio celebrandi, & beneficio, ſi quod habet, privatur(*a*). Et absq; Calice conſecrato & Sacris veſtibus, non licet Sacrificare etiam ad communicandum infirmum morti proximum; quia prævalet reverentia huic Sacramento debita utilitati infirmi ſpirituali(*b*). Materia Calicis & patenæ, in quibus Miſſæ Sacrificium peragitur, debet eſſe aurea vel argentea(*c*). Saltèm quoad cuppam Calicis, quia hæc ſola deſervit proximè ad recipiendum Sanguinem. Ob paupertatem tamen materia poteſt eſſe Stannea(*d*). Lignei autem Calices prohibentur, quia cum ſint poroſi, Chriſti Domini Sanguis poteſt imbibi, & poſt Sacrificium perdurare; Vitrei quoq; propter periculum effundendi Sanguinem(*e*). Facti ex

ære & aurichalco etiam prohibentur, quia vini virtute æruginem recipiunt, & ad vomitum provocant(*f*). Calix execratur, quando deauratur, niſi deauratio cadat propter uſum(*g*). Et quando Calix formam amittit(*h*) quod tunc fit quando Calix pedem fixum, non amovibilem & caſu aliquo, vel fractione, cuppa à ſuo pede amovetur. Conſecratio autem non amittitur, ſi Calix ſit tornatilis, & cuppa pede ſuo per ſe ſit ſeparabilis & dividatur(*i*). Si Eccleſiæ legatus eſt Calix, intelligitur argenteus, planeta verò ſerica(*k*).

*(a) *Cap: ult: de celebr: Miſſ:* (b) *DD. Comne:* (c) *cap: Ut Calix.* (d) *cap: d. Ut Calix.* (e) *cap: Ut vaſa de conſecr: diſt:* 1. (f) *Conc: Rhem: cap.* 6. (g) *Sylv: v. Calix.* (h) *Idem loc: cit.* (i) *Sa V. Calix n.* 1. (k) *Idem V. Legatum n.* 45.

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: de Sacriſtia.

CAlix ex auro, vel argento, aut ſaltèm ex aurichalco, dummodò cuppa ſit argentea, ab interiori parte ſaltèm inaurata, confectus ſit. Ejus pes amplè pro magnitudine ità pateat ut firmiſſimè, ubi collocatur, conſiſtens, cadere non queat. Cuppa formâ antiquâ conſtet, nempe aliqvantulum in fundo anguſtâ, ſenſim uſq; ad ſummum labrum latior fiat. Patena ex auro vel argento ſit, aut ſaltèm ex ære undiq; inaurata; Labrum extremum circulare ita

ſub-

ſubtile habeat, ut eo S. Hoſtiæ fragmenta facilè colligi poſſint. Illam mediam tenuem concavitatem habeat, quæ amplitudinem labri Calicis fere adæquet. Sacculus Calicis & patenæ è telâ tenui ſit, latè tam patens, longèq; productus, ut minimè arctè Calicem capiat; Ita conſutus erit, ut duo anguli fiant, & transverſùs Calix in ipſum ſacculum conſtringatur. Theca lignea ad Calicem unà cum ſacculo condendũ comparata, opere tornatili conficiatur, magnitudinis competentis, cum operculo, quo compreſſè claudatur Intrinſecus panno laneo vel holoſerico, extrinſecus corio circumveſtiatur & cingulum ex corio ad eam geſtandam adhibeatur.

Tit: de SS. Miſſæ Sacrificio.

NEmo Sacerdos utatur Calice è ſtanno, alióve, qui cuppam ſaltem interius deauratam non habeat. Neq; item Calice non conſecrato, ſeu Corporali non benedicto, alioquin ſuſpenſionis divinis pœnam ſubibit.

COEMETERIUM.

I.

PArochus non debet aliquem ſepelire in Cœmeterio polluto antequam reconcilietur (*a*) Et Eccleſiâ pollutâ cenſetur pollutum contiguum cœmeterium, non è contra (*b*). Polluitur autem per Sanguinis vel Seminis effuſionem (*c*). Intellige peccaminoſam, ut peccaminoſa eſt

eſt & notoria. Et quando aliquis excomunicatus vel infidelis in eo ſepelitur, intelligitur de nominatim denunciato per ſententiam Judicis, vel de publico Clerici percuſſore (*d*). Ut indigeat reconciliatione, opus eſt, ut delictum ſit publicum, ſicut & Eccleſia, vel per ſententiam Judicis, vel per confeſſionem partium. vel per legitimam teſtium depoſitionem in judicio, vel per publicam famam (*e*). Cœmeterium benedictum tantùm, ſicut & Eccleſiam tantùm benedictam, poteſt poſt pollutionem quilibet Sacerdos iterùm benedicere, & purificare aquâ ab ipſo benedictâ (*f*). De reliquo Cœmeterium habet omnem Immunitatem, quam habet Eccleſia (*g*).

*(a) *Cap: unico de conſecr: Eccl:* (b). *Barboſ. de poteſt: Epiſc: alleg: 27. n. 29.* (c) *Sylv: v. Cœmeterium n. 2.* (d) *cap: Conſulviſti de conform: Eccl: vel Altar:* (e) *Fagund: de 5. Eccl: præcept: l. 6. 3. cap: 14. par: 1. n. 5.* (f) *cap: ult: de conſecr: Altar:* (g) *Sylv: v. Cœmeterium n. 1.*

Ex Synodo Pragensi
Tit: De Eccleſiarum cultu.

Cœmeteria omnia undiq; ſint muro circumcincta, & quà ad ea ingreſſus patet, non ſolùm valuæ ex aſſeribus habeantur, ſed etiam ſuper effoſſa ad ulnam unam cum dimidiâ, humo, ponatur ferrea crates, aut lignea ſaltem, ut in illa omni ex parte brutis animalibus impediatur acceſſus.

Digitized by Google

CASUS RESERVATI.

I.

Parochus non poteſt extra mortis articulũ abſolvere à caſibus ſeu peccatis reſervatis Pontifici (*a*). Et maximè ab ijs quæ in Bulla Cœnæ Domini continentur, ubi & quatenus ea eſt recepta. Neq; à caſibus Papalibus & Epiſcopalibus contentis in decreto Clementis VIII. ubi tale decretum in uſu eſt, neq; enim ubiq; viget (*b*). Et hæc ſententia negans, tutior, ſecurior, & conformior eſt magis Tridentino, & d. decreto Clem: VIII. quàm affirmans (*c*). Rudes cum ignorent quænam ſub Excoñunicatione prohibeat Pontifex, eam non incurrunt, etſi fortâſſe aliundè peccent, proindè cùm tunc non reſerventur, ab illis peccatis abſolvere poteſt Parochus (*d*). Qui incidit in caſum Pontifici vel Epiſcopo reſervatum, remittendus eſt ad ſuperiorem pro beneficio abſolutionis, pœnes quem eſt facultas abſolvendi, niſi Parochus delegatam habeat, vel illam obtinere poſſit ante abſolutionem (*e*). Habeant ergò Parochi pœnes ſe Bullam Cœnæ, & tabellam caſuum reſervatorum Epiſcopalium, nè in abſolvendis pœnitentibus in aliquem errorem labantur (*f*).

*(a) *Trid: ſeſſ: 14. c. 7. Item cap: de cætero. & cap: ea noſcitur.* (b) *Noſter Boſſ: in var: moral: de Jurisd: abſolv: tit: 4. §. 11. n. 58.* (c) *Idem ibid: n. 71.* (d) *Vgolin: de cenſur: p. 1. c. 13. n. 2. in fin:* (e) *Congr:*

(e) *Congr: Epiſ: ex decreto Clem:VIII. 9 Jan: 1601.*
(f) *Barboſ: de Paroch: p. 2. c. 19. n. 26.*

2. In periculo ſeu articulo mortis nihil eſt reſervatum, hæc enim duo in Jure Canonico in idem incidunt(*a*). Etiam ſimplex Sacerdos poteſt abſolvere à cenſuris & caſibus reſervatis *Omnes parturientes*, tanquam conſtitutas in periculo mortis(*b*) dummodò ſciatur ità propinquas partui eſſe, ut dolores ſentiant; Secùs ſi non ſint ità partui propinquæ, quia non ſubeſt periculum mortis (*c*). Item *Damnatos ad mortem*, cùm ſunt in articulo mortis, in quo nulla eſt reſervatio(*d*). Item *Bannitos*, qui poſſunt ubiq; occidi; quia ubiq; & ſemper verſantur in periculo mortis; Secùs ſi habeant ſalvum conductum(*e*). *Peregrinus* qui habet caſus ſolùm in ſua Diœceſi reſervatos, abſolvi poteſt, quia ibi, non hic reſervantur(*f*). Tempore *Magnæ Peſtilentiæ* valdè in aliquo loco ſævientis, ceſſant omnes caſus & cenſuræ reſervatæ, omnes enim tunc ſunt in articulo mortis(*g*). Eodem tempore omnes ſimplices Sacerdotes, etiam non approbati, à peccatis quibusvis poſſunt Jure Divino vel Eccleſiaſtico abſolvere(*h*); Non ſolùm in abſentia, ſed etiam in præſentia cujuslibet Confeſſarij approbati, vel Parochi, vel Superioris, etiamſi facilis ſit ad iſtos recurſus, quia ſimplices Sacerdotes pro articulo mortis pares ſunt, quoad Jurisdictionem omnibus alijs Confeſſarijs approbatis; Nam ſi habent ſuam Jurisdictio-

Digitized by Google

ctionem ab Epiſcopo, illi habent eandem à Chriſto, vel à Conc: Trid: vel à Papa, neq; ſolùm in defectum aliorum Confeſſariorum habent illam, ſed abſolutè & ſimpliciter (*i*). *In Bello* ante actualem pugnam licitum eſt abſolvere Milites à quacunq; cenſura & caſibus reſervatis(*k*), *Navigantes* mare procelloſum ante navis ſciſſionem & actuale naufragium, ſolùm propter imminens periculum poſſunt cuilibet confiteri, & à quibuscunq; abſolvi (*l*). Et navigaturus poteſt abſolvi ab excommunicatione, ſicut is qui eſt in mortis periculo.

*(a) *Trid: ut ſupra. & C. Paſtoralis de affect: Ord:.* (b) *Abbas in paſtoralis §. 1. n. 3.* (c) *Belloch: tract: de caſ: reſer: p. 1. q. 2. n. 12S.* (d) *Hurtad: not: 1. de fide diſp: 84. ſect: 8. §. 125.* (e) *Belloch: in praxi Theol: moral: par. 1. q. 2. n. 133.* (f) *Svar: diſp: 30. ſect: 1. n. 4.* (g) *Noſter: Homobon: de Exem: Ecclеſ: par: 13. trac: 1. Si c. 8. q. 25. verſ: ad ſecundam quæſtionem* (h) *Noſter Marchin: par: 3. cap: 3. n. 3. de bello divino.* (i) *Navar: conſ: 15. n. 3. de pœnit. & remiſſ:* (k) *Comentar: DD.* (l) *cap: Paſtoralis de off: Ordin.*

3. Si urgeat præceptum annuæ confeſſionis & comunionis, & deſit qui abſolvat reſervata, poteſt Parochus audire ea, quæ habet pœnitens non reſervata, cum onere præſentandi ſe Superiori à quo directè abſolvatur à reſervatis (*a*) quin imò etiam alio tempore, ſi Epiſcopus ſit abſens(*b*). Parochus autem & ſimplices Confeſſa-

feſſarij expoſiti, ab Excom̃unicatione majori, & alijs cenſuris, quando excom̃unicatus eſt publicus, & nominatim denunciatus ſeu declaratus, non abſolvant, niſi quoad forum interius, non autem quoad forum exterius; quia abſolutio Excom̃unicationis pro foro exteriori ad Jurisdictionem fori exterioris pertinet (*c*). Si verò excom̃unicatus abſolutus à Parocho fuit occultus nullâ aliâ abſolutione quoad forum exterius indigebit (*d*). Deniq; Parochus ſi ab Epiſcopo accepit generalem facultatem abſolvendi Parochianos à caſibus reſervatis, & poſtea ipſemet in ejusmodi peccatum incidat, poteſt vi ſui privilegij alteri Sacerdoti ſeu Confeſſario ſuo com̃ittere poteſtatem abſolvendi ſeipſum. Excepto ſi ex conſvetudine vel aliunde conſtat, etiam eſſe delegantis voluntatem (*e*); quia non decet Parochum pejoris conditionis eſſe quàm ſubditos ſuos. Et Epiſcopus tribuens Parocho facultatem generalem abſolvendi Parochianos à caſu Epiſcopali, cenſetur auferre reſervationem reſpectu talis Diœceſis vel Parochiæ. Cum igitur jure quo hodie utimur perinde Parochi ſicut Epiſcopi, alijq; Prælati exempti, idoneum Confeſſarium ſibi eligendi Jus habeant, conſequens eſt, eos omnes abſolvi poſſe ab ejusmodi caſu, tanquam qui eo loco Superiori reſervatus non ſit, ut notavit *Svarez diſp: 30. ſect: 2. n. 15.* Etſi verò gravis & inſolita caſuum multorum reſervatio, in Diœceſi licita

ſit,

ſit, tamen à Parochis obſervanda eſt, donec tollatur, & in tali caſu poſſunt ſupplicare Epiſcopis &c. (*f*).

*(a) *Fillinc: tract: 7. c. 10. n. 364.* (b) *Cajet: in ſum: v. Confeſſio cond: l. 10.* (c) *Covarr: in cap: Alma mater 1. par: §. 12. n. 5.* (d) *Noſter Boſſ: de tripl: Jubil: ſect: 1. caſu 24. n. 9.* (e) *Laym: in theol: moral: lib: 5. tract: 16. c. 10. n. 17.* (f) *Sylv: v. Caſus q. 5.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: de Pœnitentia.

AD populi diſciplinam maximoperè ſpectat, ut atrociora quædam, & graviora crimina, non à quibusvis Confeſſarijs indifferenter abſolvantur; unde merito Pontifices Maximi cauſas aliquas criminum graviores ſuo peculiari judicio reſervare conſueverunt; quod idem Epiſcopis omnibus in ſua cuiq; Diœceſi licere certum eſt, pro illis in ſubditos traditâ, ſuper reliquos inferiores Sacerdotes, auctoritate. Conc: Trid: ſeſſ: 14. c. 7. & canon 11. de hoc Sacr:; *Ut igitur infraſcriptorum delictorum atrocitas ab omnibus cognoſcatur, & eorum proclivitas diligentiùs reſecetur, in populi nobis commiſſi ædificationem, ipſorum abſolutionem reſervamus; Confeſſarijs Sacerdotibus quibuscunq;, etiam Regularibus, inhibentes, nè quempiam ijs culpis, criminibúsve irretitum, abſq; facultate noſtra ſcriptis obtentâ, abſolvere attentent, etiam quorumcunq; privile-*

vilegiorum Jure, tam Regularibus ipſis, quàm Confratrijs, Eccleſíisve quibusvis conceſſorum, prout à Sede Apoſtolica ſæpiùs declaratum fuit; alioquin excommunicationis pœnam ipſo facto incurrant, atque ejusmodi abſolutionem nullius roboris ac momenti fore decernimus. Caſus autem reſervati Nobis ſunt ſequentes:

I. Qui libros, ſeu ſcripta hæreticorum, vel quavis alia ratione prohibita, pœnes ſe retinuerint, vel legerint, aut impreſſerint, ſeu imprimi fecerint, non abſolvantur, niſi priùs libros & ſcripta ejusmodi nobis conſignaverint, vel cum effectu transmiſerint. Qui autem hæreticorum libros hæreſim continentes, vel de Religione tractantes, absque facultate Sedis Apoſtolicæ legerint, aut tenuerint, impreſſerintque, ſeu quomodolibet defenderint publicè vel occultè, excommunicationem incurrent ipſo facto Sedi Apoſtolicæ reſervatam.

II. Qui nefaria conſvetudine in Deum vel Sanctos atroces blaſphemias protulerint.

III. Exercentes Sodomiam; quíve cum brutis coiverint.

IV. Homicidium voluntarium committentes, vel illud procurantes, ſi ſequatur effectus. Quíve ſubditos ſuos, ſeu quosvis alios absque Ordinario Judiciali proceſſu, ultimo ſupplicio damnaverint.

V. Qui abortum procurârint juxta Conſtitutiones Sixti V. & Gregorij XIV.

VI. Qui cum aliqua Moniali luxuriæ peccatum mortale, etiam ſolo tactu impudico, admiſerint.

VII.

VII. Qui ſecundo vel propinquiori gradu Conſangvinitatis, aut affinitatis, vel cum ſibi cognatione ſpirituali junctis inceſtum admiſerint.

VIII. Concubinarij publici, ſive Sacerdotes, ſive alij.

IX. Qui legatorum piorum ſolutionem, longiùs biennio, diſtulerint.

X. Venefici, & qui potiones dederint, ut quis moriatur, aut morbo tabeſcat, vel inſaniat.

XI. Qui ad magicas artes, veneficia, incantationes, ligaturas, & alia hujusmodi Euchariſtia, ſacríſve rebus uſi fuerint. Si autem ſit error in intellectu, excommunicationem ipſo facto incurrunt, Sedi Apoſtolicæ reſervatam.

XII. Qui publicè, cum ſcandalo, & absq; facultate Noſtra, aut ſaltèm Parochi proprij, Quadrageſimæ tempore, alíisq; diebus ab Eccleſia Statutis, carnibus veſci præſumpſerint.

XIII. Qui poſt ſponſalia de futuro ſe carnaliter cognoverint, prius quàm Matrimonium inter eos, legitimè per verba de præſenti, ſit celebratum.

XIV. Qui parvulos ſuffocaverint:

XV. Adulterium fide datâ, nempe cûm alter conjugum promittit ei, cum qua adulteratur, ſe contractum matrimonium cum illa, ſive copula præcedat promiſſionem hujusmodi, ſive ſubſequatur.

XVI. Clerici in Sacris conſtituti, qui matrimonium de facto contraxerint; Et ſunt ipſo facto excommunicati. Quíve hujusmodi matrimonijs Conſilium, & aſſenſum præſtiterint.

XVII.

XVII. Qui incendium fecerint, nempe antequã denuncientur. At poſt denunciationem, eorum abſolutio eſt ſummo Pontifici reſervata.

Hanc notam ſinguli ad Confeſſiones admiſſi apud ſe omninò habeant.

CATHEDRATICUM.

I.

CErtum eſt Epiſcopum jure ſuo exigere poſſe à Clero Cathedraticum, & eſt exactio duorum ſolidorum, ſive duorum aureorum vel valore ipſorum computati ſecundùm antiquam conſvetudinem cujuslibet Diœceſis (*a*) qui de redditibus Eccleſiarum annuatim perſolvendi ſunt in honorem & recognitionem Cathedræ Epiſcopalis, alio nomine hæc exactio etiam Synodaticum appellatur, eò quòd in Synodo Epiſcopali olim perſoluta ſit: & hodie juxta Canonũ conſvetudinem in Synodis Decanalibus perſolvatur. Hanc pecuniam (quæ de conſvetudine augeri vel minui poteſt) Epiſcopus ab omnibus beneficijs ſuæ Diœceſis petere valet, exceptis Monaſterijs, quæ regulariter à lege Diœceſiana (quæ in recipiendo conſiſtit) ſicut & propterea à charitatino ſubſidio, & alijs ubi non probantur ſpecialiter ſubjecta, exempta ſunt (*b*). Porrò Cathedraticum ſeu Synodaticum ullo tempore præſcribi poteſt, cùm debeatur in ſignum ſubjectionis & honorem Cathedræ (*c*). Imò licet ple-

pleno jure liberaretur Eccleſia, adhuc non cenſeretur remiſſum Synodaticum (*d*) nemo enim poteſt eſſe ſinè ſubjectione, alioquin cenſeretur acephalus(*e*).

* (a) *C: çonquerente 16. & ibi Gloſſ: de off: Jud: ord.* (b) *c. inter cætera 10. q. 1. c. Cum pro utilitate 16. q. 1. c. quàm ſit 15. q. 2. Barboſ: de off: Ep: alleg: 86. in fin: & alleg: 87. n. 45.* (c) *Gl: in c. Paſtoralis de donat: Abb: ibi n. 7. Henriq: de Synod: Epiſc: p. 2. n. 90.* (d) *Gloſſ: in cit: c. cum Paſtoralis. Innoc: & Abb: cit: ibid:* (e) *c. nulla ratione 93. diſt.*

EX SYNODO PRAGENSI.
Tit: de Archi-Diaconis Diœceſanis.

Est illud pervetus inſtitutum, atq; Jure Canonum approbatum, ut ob honorem, qui Baſilicæ Metropolitanæ, Cathedralîve tanquam Matri à cæteris Eccleſijs Parochialibus tribui debet, Cathedraticum Archi-Epiſcopo, Epiſcopóve ſingulis annis perſelvatur. Cùm autem Archi-Diœceſis Pragenſis Parochi, animarúmve Rectores, etiam Temporarij, in magna Paſchæ Solemnitate, ex antiquiſſima & immemorabili conſvetudine, certam pecuniæ portionem, hujusmodi Cathedratico nomine, quod Fumalia *vocant, Eccleſiæ Metropolitanæ perſolvere conſveverint, nè hac de cauſa ad Civitatem cum non parvo eorum incommodo, atq; impenſa accedere cogantur, ijs omnibus præcipitur, ut Eccleſiæ ſuæ no-*

mine, ejusmodi pecuniam in manibus Archi-Diaconi (Vicarij Foranei) *propriæ regionis ſeu tractûs, ante Dominicam Palmarum quotannis perſolviſſe habeant ſub pœna dupli. Archidiaconi* (Vicarij foranei) *autem cùm ad harum Conſtitutionum præſcriptum, ad Sacros liquores à Metropolitana ſumendos mittent, illam pecuniæ portionem, quam à Parochis exegerint, ei integrè conſignandam curabunt, cui id cura dederimus.*

CHARITATIVUM SUBSIDIUM.

I.

CHaritativum ſubſidium petere poteſt Epiſcopus à ſuo Clero (*a*) & eſt quædam exactio extraordinaria propter manifeſtam & rationabilem cauſam cum charitate à ſubditis poſtulata (*b*) & illud dare vel negare non eſt in arbitrio ſubditorum, licèt enim ab initio cùm charitate & demonſtrata neceſſitate à ſubditis peti debeat, tamen ex poſt facto propter eandem neceſſitatem ex naturali æquitate & jure concedente omninò ad præſtandum auxilium obligantur, & per media compulſorialia adigi poſſunt (*c*) ſicut in ſimili eleemoſynam largiri act⁹ charitatis eſt, in neceſſitate tamen Judex poterit cogere di vites ad eleemoſynam dandam (*d*).

*(a) *Cap: cavendum 10. q. 3.* (b) *cap: cum Apoſtolus §. prohibemus de cenſ:* (c) *Panorm: & Hoſtie. & com: alij in d. c. cum Apoſtolus.* (d) *Barb: de officio Epiſc: alleg: 87. n. 4.*

2. Cha-

Digitized by Google

2. Charitativum ſubſidium exigitur tantùm à perſonis Eccleſiaſticis ratione ſuorum beneficiorum non verò à Laicis (*a*) licèt enim generaliter dicatur, charitativum ſubſidium exigi poſſe, tamen in propria ſignificatione Diœceſani Laici non dicuntur ſubditi Epiſcopo (ſcilicet quatenus Epiſcopo, niſi ſimul ſit Dominus territorialis) quamvis quoad aliqua ſpiritualia ſuo foro ſubijciantur (*b*). Porrò Clerici qui beneficium non habent, licèt habeant ampla bona patrimonialia, vel qui beneficium quidem habent, ſed ità tenue ut præter congruam ſuſtentationem, nihil ipſis de fructibus ſuperſit, ad charitativum ſubſidium non obligantur (*c*). Notandum tamen eſt quod charitativum ſubſidium ab anteceſſore in beneficio petitum & nõ ſolutum, poſſit à Succeſſore, tanquam onus reale & tributum beneficio impoſitum exigi (*d*). Nec poteſt præſcribi ullo tempore, eſſet enim præſcribere contra charitatem (*e*). Taxa verò ipſius eſt arbitraria (*f*).

*(a) *C. conquerenti de offic: ord: ex c. 6. & 7. 10. q. 3.* (b) *Gl: in Clem. 1. v. Subditos de for: comp:* (c) *Navarr: de conſ: 5.* (d) *arg: 1. Imperatores 7. ff. de publicanis & vectig:* (e) *Bellanc: de charit: ſubſ. q. 45.* (f) *Card: in Clem: 1. de cenſ: & in Clem. 1. de exceſſ: Præl: §. nonnulli n. 4.*

3. Juſtæ cauſæ petendi charitativum ſubſidium omnes & ſingulæ in ſpecie exprimi facilè non poſſunt, & textus tantùm in genere, mani-

feſtæ & rationabilis cauſæ mentionem facit, ideò potiſſimum in Judicio & conſcientia Superioris poſitum eſt, quænam talis rationabilis cauſa cenſeri debeat(*a*). Interim tamen unam vel alteram cauſam præ cæteris rationabilem referunt DD: ità inprimis à Sac: Congr: declaratum referunt, Novum Epiſcopum poſſe propter expenſas in ſui electione, confirmatione, & conſecratione factas charitativum ſubſidium exigere Præterea etiam ſufficiens cauſa petendi charitativum ſubſidium comuniter à DD: reputatur, ſi expenſas fecit Epiſcopus in cauſis & negotijs totius Diœceſis; Item ſi debita pro bono communi Eccleſiæ, vel totius Epiſcopatûs ab Anteceſſoribus contractum diſſolvere velit; Item ſi ex cauſa publica & neceſſaria ad Papam vel Imperatorem, aut Concilium generale vel provinciale venire debeat &c.(*b*).

*(a) *Panorm: in d. c. Apoſtolus n. 4.* (b) *Barb: de off: Epiſ: alleg: 87. n. 26. & ſeqq: Tambur: de jure Abb: diſp: 10. queſt: 3.*

4. Præter charitativum ſubſidium imponitur PenſioAlumnatica propter Statutum inConcilio Tridentino(*a*) ut in qualibet Eccleſia Cathedrali Seminarium aliquod erigatur, in quo juvenes & adoleſcentes educantur ac in diſciplina Eccleſiaſtica inſtruantur. Textus ſic ſonat: *Cùm adoleſcentium ætas, niſi rectè inſtituatur, prona ſit ad mundi voluptates ſequendas, & niſi a teneris annis ad pietatem & religionem informe-*

metur, antequam vitiorum habitus totos homines poſſideat, nunquam perfectè ac ſinè maximo ac ſingulari DEI omnipotentis auxilio in diſciplina Eccleſiaſtica perſeveret. Ad hoc propterea Seminarium erigendum & conſervandum poterit Epiſcopus omnibus quibuscunq; beneficijs Eccleſiaſticis ſuæ Diœceſis (quæ tamen propria Seminaria & Scholas non habent) certam penſionem imponere ùt ibi latiùs habetur.

*(a) *Conc: Trid: ſeſſ: 23. de reform: c. 18.*

CLERICUS.

I.

PArochus & quicunque alius Clericus debet ad exēplum eorum, quorum cura ſibi commendata eſt, ſuam vitam & mores componere (*a*) ſibi non licet uti, aut habere veſtimenta, aut calceamenta, niſi quæ Religionem deceant (*b*), prohibentur autem ſpecialiter veſtes holoſericæ, pelles pretioſiores, laicorum conſvetudines induendi, & odoramenta (*c*), præterea color viridis aut rubeus (*d*). Nam rubeus color permittitur tantum Cardinalibus, & viridis ſolùm Epiſcopis (*e*). Veſtes verò debent eſſe talares, id eſt, longæ usq; ad talos (*f*) ſintq; neç fulgidæ, nec ſordidæ ſed inter utrumq; medium quodam (*g*). Et annulos deferre in digitis non poſſunt Parochi, poſſunt tamen Doctores, vel in aliqua dignitate conſtituti (*h*).

*(a)*Trid: ſeſſ: 22. de refor: c. 1.* (b) *Idem ſeſſ: 14. c.6.* (c) *Pius V. de Cler: Rom: refor:* (d) *In cap: pen: verſ: pannis de vit: & hon: Cler: Clem: 2. in fin: eodem.* (e) *Menoch: de arbitr: caſu 392. n. 12.* (f) *Sixt: V. 5. idib: Jan: in bullario novo tom: 2. pag: 653.* (g) *Hieron: epiſt: 2. ad Nepot: c. 11.* (h) *Carol: de Graſſ: tract: de effectu Clerical: affectu 41. n. 1. & 2.*

2. Convivia inhoneſta & comeſſationes fugere debet Parochus (*a*) convivijs verò honeſtis, & quæ fiunt gratiâ charitatis & dilectionis poteſt intereſſe(*b*). Item ut ijs quæ fiunt in Anniverſarijs defunctorum, ſive in ſolemnitatibus Sanctorum(*c*) debet autem ebrietatem & crapulam fugere ſub ſuſpenſione ab officio & beneficio (*d*) quæ ſuſpenſio relinquitur Superioris arbitrio(*e*). Nec licet Parochis vel Clericis cauponas vel tabernas ingredi, niſi longioris itineris causâ(*f*) ſunt enim loca & fomenta intemperantiæ & incontinentiæ. Choreis quoq; & ſaltationibus non licet intereſſe, nè propter motus obſcœnos oculi eorum contaminentur(*g*). Nec Comœdijs profanis, nam provocant ad malum; ceſſante tamen ſcandalo, & absq; probabili periculo lapſûs, non obligantur ſub mortali abſtinere(*h*). Nec ludere licet ad aleas & taxillos(*i*) ſanitatis tamen vel recreationis causâ, venationibus uti non prohibentur, dummodo id faciant cum ſilentio & modeſtia(*k*). Piſcari quoq; licet, ſi id aſſiduè non exerceant (*l*).

*(a)

*(a) *Cap: Cum decorem de vit: & honeſt: Cler:* (b) *cap: quando 1. l. 1. & 2. diſt: 44.* (c) *cap: Nullus 44. diſt: cap: Nullus de conſecr: diſt: 5.* (d) *text: in cap: à Crapula de vit: & honeſt: Cler:* (e) *Gl: verb: vel beneficio in d. cap: à Crapula.* (f) *cap: non oportet* (g) *cap: Præſbyteri 19. diſt: l. 57. tit: 5. par: 1.* (h) *Fr. Emm: in ſuñ: tom: 3. cap: 71. n. 1.* (i) *cap: pen: de vit: & honeſt Cler: Trid: ſeſſ: 24. de Refor: c. 12.* (k) *Roderic: à Carba in Coment: ad cap: 9. n. 2. diſt: 86.* (l) *Vgolin: cap: 13. §. 22. n. 10. cap: Licet de Ferijs.*

3. Negotiari & mercaturam facere lucri cauſâ non poſſunt Parochi & alij Clerici (*a*) & ob hoc poſſunt excomunicari, ſuſpendi ab officio Eccleſiaſtico, deponi & à Clericali conſortio explodi. Hoc procedit quocunq; contractu negotientur, *v.g.* vel emendo vel vendendo (*b*) vel conducendo poſſeſſiones propter cupiditatem (*c*). Non procedit verò; Primò ſi neceſſitas inſtet ad ſui vel ſuorum ſuſtentationem (*d*). 2. Si conductori ſuccedunt, quia poterunt perſeverare in conductione, uſq; ad tempus quo durare debet conductio (*e*). 3. Si emant rem eo animo ut domi conſumant, vel ut eam reducant ad aliquam formam, aut ea vendant, quæ de rebus ſuis recollecta fuerint (*f*). 4. Si ſemel vel iterũ negotiati fuerint, & in hoc caſu non peccant mortaliter (*g*). 5. Si negotientur per alios juſtâ interveniente cauſâ (*h*). 6. Si emiſſent pertinentia ad ſe, ſuámq; familiam ſuſtentandam

per

per totum annum & præter propoſitum empta ſupereſſent, vel diminutione familiæ vel aliâ ratione; tunc enim pretio currenti, etiam cariori, quàm emerant, absq; negotiationis periculo vendere poſſunt (*i*). 7. Non procedit, ubi mercaturam exercuerint cum ſuis animalibus & prædijs; poſſunt enim locare animalia, ût boves & oves, ſi habent ex decimis, aut ſucceſſione, vel ſi habentes paſcua multa, emunt eadem animalia, ut alia depaſcerent ad ſuſtentationem ſui & ſuorum(*k*). 8. Ubi agros proprios colerent, ut fructus vendant, lapides vel metalla ex ſuis fundis cederent, vel emerent, ſive ea mutent in aliam ſpeciem ſive non, greges in ſuis prædijs alerent, ut ex fœtu, lacte, lana pecuniam conficiant, aut ut ipſa animalia adulta & ſaginata vendant(*l*). 9. Ubi à locis pijs terrena in affictum acceperint(*m*). 10. Ubi vinum ſuum etiam minutim vendiderint, cum advertentijs tamen ſibi ab Epiſcopo præſcriptis(*n*). Deinde Parochi, quibus non ſuppetit ex Sacerdotio poſſunt honeſto aliquo artificiolo victum quærere, dummodo non impediantur munera obire, quibus incumbere debent (*o*).

*(a) *text: in cap: Negotiatio 88. diſt:* (b) *Vgolin. d. c. 13. §. 16. n. 1. in fin:* (c) *text: in cap: 1. Ne Clerici vel Monachi* (d) *Hoſtien: in cap: 1. n. de obligat: ad ratiocin:* (e) *Gl: verb: Conductore in d. c. 1.* (f) *Quarant: in ſum: Bull: verb: Vectigal verſ. tertio quatenus.* (g) *Cened: ad Decret: coll: 37. n. 2. in fin:*

Digitized by Google

in fin. (h) *Navarr: de ſpolijs Cler:* §. 8. *in fin.* (i) *Vgolin: d.* §. 16. *verſ:* 5. (k) *Redoan: de ſpol: Cler: q.* 2. (l) *Fernandez in Theol: moral: examine par:* 4. *cap:* 5. §. 8. *n.* 5. (m) *Congr: Epiſ:* 19. *Januar:* 1593. (n) *Eadem* 5. *Maij* 1593. (o) *cap: Clericus* 1. & 2. *diſt: Fernandez ubi ſupra n,* 7.

4 Parochi non poſſunt mulieres in habitationes ſuas recipere aut retinere, & multò minùs cum ſuſpectis fœminis converſari(*a*). Et Parochus etiam Senex, famulam quantumvis ſenem ad mandatum Epiſcopi removere tenetur (*b*). Neq; licet Clericis deferre arma, & portantes excommunicari debent(*c*). Si tamen ſubſit juſta cauſa, poterunt arma portare, veluti ſi per loca periculoſa iter faciant ad terrorem Latronum (*d*) vel ſi eſſent in obſidione, aut haberent inimicitias, ſeu ex aliqua alia juſta cauſa (*e*). Et Clericus non debet ſe ſubdere examini coram Judice Laico, ubi timetur poſſe indirectè oriri criminalitatem (*f*).

*(a) *Cap: de cohab: Cler: & Mulier:* (b) *S. Congr:* 15. *Febr:* 1619. & *in una Ferrarienſi* 7. *Iunij eod: eun:* (c) *cap: Clerici* 2. *de vit: & honeſt: Cler:* (d) *Gloſſ: verb: Cler: in d. c. Cler:* (e) *Vgol: in d.* §. 12. *verſ:* 2. (f) *Congr: Epiſ:* 19. *Iulij* 1619.

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: de Vita & honeſtate Clericorum.

C*Lerici omnes, vel in Sacris conſtituti, vel aliquod*

quod Beneficium Eccleſiaſticum cujusvis generis obtinentes, Clericalem tonſuram, quam Coronam vocant, eámq; conſpicuam gerant, ad eam formam, quam poſtulat cujuscunq; Ordinis ratio. Sacerdotalis autem non ſit minor forma taleri. Veſtes item talares, non ſolum interiores, ſed etiam exteriores, coloris tantum nigri (niſi interdum Dignitatis ratio alium colorem poſtulet) ac ſimplices, continuò induant, præſertim in Civitatibus & inſignioribus Oppidis. In locis autem minùs inſignibus, breviores permittimus, dummodo ſaltèm ad tibiæ medium producantur, In itinere verò, quæ ſupra genua ſint, omninò vetamus. Caligis nequaquam turgidis neq; diſſectis, calceis non inciſis, camiſijs ad collum, ſive ad manus, non criſpis, & rugoſis, aut artificio laboratis, utantur. Birretum autem Clericale quadratum gerant, præſertim in Eccleſijs omnibus in Choro, & proceſſionibus, Sarmaticis pileis nullo modo utantur, ſed eos tantum geſtent, qui Clericali modeſtiæ & gravitati conveniant, & Clericum eſſe, qui illis utitur, indicent. Annulos nè deferant, niſi quibus ex Dignitatis officio convenit. Ac deniq; in veſtitu omnem novitatem fugiant, non tam nimiæ elegantiæ, quàm ſordium & negligentiæ ſuſpicionem evitantes. Qui in habitu Clericali & tonſura convenienti non inceſſerint, pœnas & cenſuras conſtitutione Clementis Papæ V. in Concilio Viennenſi edita, quæ incipit: Quoniam; *ac literis Pontificijs Sixti Papæ item V. contentas incurrunt. Si barbam non radunt, ut antiquitus moris erat; ſaltèm nè eam, comámve ſtudioſè*

dioſè nutriant, ſed capillis ſimplicem cultum adhibeant; Præſbyteri autem barbam ad ſuperius labrũ ità inciſam continuò habeant, ut ſumentibus Chriſti ſanguinem nullum afferat impedimentum, atq; tam ipſi quam cæteri omnes ab utraq; parte ne ullo pacto pilos intortos, aut à mento in acutum inciſos productósve more nutriant militari. Larvati, perſonatíve unquam publicè vel privatim ne incedant, ſeu conſpiciantur; nec Comœdijs aut tripudijs, choreíſve ſeu alijs inanibus ſpectaculis interſint; neq; ijs etiam, quæ ſecularium Judicum juſſu, populo ad terrorem proponuntur, cum vel rei torquentur, vel ultimo ſupplicio afficiuntur. niſi fortaſſe ut eos conſolentur, ſe illis comites adjungant, quo in pietatis officio, ſedulo videbunt, ne verbo aut nutu cauſam ullam carnifici, ut rei mortem acceleret, quavis etiam pietatis ratione præbeant, ne Irregularitatis maculam contrahant. Taxillis, aleiſq; ac chartis luſorijs, teſſeríſq;, atq; omni alio ejuſmodi ludi genere abſtineant: Cum ruſticis, aliíſq; cujusvis conditionis laicis, ne pyramidibus ludant, néve item cum Clericis in laicorum conſpectu. Ne ſclopetis aut bombardis, feras ſeu aves venando perſequantur, néve quodvis aliud aucupij, aut venationis genus exerceant, canésve aut accipitres, ſeu alia venatica alant animalia: Nullo modo certent ad metam, ſive, ùt vocant, ad ſignum, baliſtâ, ſclopetóve ſive bombardis: noctu ne vagentur, neq; etiam domo, niſi ob cauſam neceſſariam, exeant. Clericorum arma ſunt Orationes & lachrimæ, quibus ſi rectè ſe muniêrint, nihil

in

in mundo eſt, quod timere debeant; ideò dicimus, ne Clerici haſtas, ſclopeta, enſes, aliáve arma cujusvis generis ad offenſionem, vel etiam ad defenſionem ferant, exceptis cultellis ad domeſticum uſum vitæ accommodatis; Enſem tamen breviorem in itinere eis permittimus: Quod ſi ob aliquam gravem cauſam aliquis Clericus alijs armis utendi à nobis facultatem obtinuerit, ne publicè ea geſtet, niſi rei aut facti neceſſitas aliter poſtulet. Exquiſitas delicias, commeſſationes, ebrietates, compotationes ad æquales hauſtus provocationes, in omni Chriſtiano, & multò magis in Clerico, damnamus atq; deteſtamur. Ut flagitij ſcandalive occaſionem, quæ in cauponis vel tabernis, ſeu publicis hoſpitijs occurrere ſolent, Clericis adimamus, cauponarum ſeu publicorum hoſpitiorum aditu, uſúve eis omnino interdicimus, niſi in itinere neceſſitatis cauſâ; In eos verò, qui Clericalem modeſtiam obliti contra hujus noſtri Decreti præſcriptum, in tabernis publicíſve hoſpitijs extra itineris occaſionem, cibum ſeu potum ſumpſerint, mulctis & pœnis, habitâ culpæ, & perſonarum ratione, ſeverè animadvertemus. Si qui verò publicè ebrij fuerint, & ij præterea, qui poſt ebrietatem, tremendum Miſſæ Sacrificium, absq; prævia Sacramentali Confeſſione celebrare non verebuntur, graviores dabunt pœnas arbitratu noſtro; Non in commeſſationibus & ebrietatibus, ſed ut ſobriè vivamus, prædicat Apòſtolus ideò Clerici publica convivia, præſertim nuptialia, quibus mulieres, mimi, hiſtrionésve interſunt, ut veteri Canone ſancitum eſt, evitent,

haud

haud enim aliunde Clericalis Ordinis gravitas magis offenſa fuit.; Illud autem præcipuè caveant, ne in popinis, cauponíſve, aut alibi in laicorum præſentia, cythara, fidibus, alíiſve hujusmodi inſtrumentis muſicalibus ſonent. Si qui autem à neceſſitudine aut propinquitate ſibi junctis invitati, cum illis cibum ſumere voluerint, tum debitâ utentur modeſtiâ, & frugilitate, tunc etiam omnino videant, ne eidem menſæ aliqua cujusvis Clerici ancilla, quæ Coctrix appellatur, accumbat, cum id absq; piorum offenſione admitti non poſſit. Erga laicos gravitatem manſvetudine temperatam ſervare procurent: Seipſos propter temporalia odioſos non reddant: ſcandala evitent: morum integritate, & vitæ exemplo omnibus præluceant, ut eos populus amare, & revereri meritò poſſit: Nullam dent occaſionem laicis illos ad ſecularia tribunalia trahendi, aut evocandi: Ab omni mercaturæ genere abſtineant, in negotiationibus, mercaturíſve ſe interpretes & medios non interponant; negotiationem etiam cujusvis generis eis omninò interdicimus.

Quoniam ob incontinentiæ crimen, aut ejus etiam criminis ſuſpicionem in Clericalis militiæ profeſſoribus, mirum in modum laici homines offendi ſolent, ne ob ſuſpectarum mulierum cohabitationem, Eccleſiaſtici homines ullam populo dent offenſionem, decernimus, ut Clerici quicunq; ſint, vel in ſacris Ordinibus conſtituti, vel Eccleſiaſticum beneficium qualecunq; obtinentes, cum mulieribus cujusvis conditionis habitent, niſi cum matribus, ſororibus, amitis

tis, fratrumq; uxoribus; neq; verò ſervos, ancillâsve, quas Coctrices vocant, in domeſtico uſu inſervientes, aut ſecum quovis modo habitantes habere poſſint quadraginta annis minores, aut quæ vitæ aliqua ratione ſuſpectæ fuerint; ſi ſecùs fecerint, in eos graviter animadvertemus. Si antiquæ legis Sacerdotes ſancti & puri eſſe debent, ut incenſum Domini & panes Dei ſui dignè offerrent, quantò Sanctiores & puriores eſſe tenentur hi, qui non incenſum tantùm, & panes vel animalium carnes, ſed ipſummet Chriſti Domini corpus & ſangvinem offerunt, manibus tractant & ore ſuſcipiunt, nè de eis dicat ipſemet DEUS: Non permanebit ſpiritus in homine, quia caro eſt. *Quid enim magis dedecet Sacerdotem quàm vitæ impuritas & libido? Quare ſi quem cujusvis Ordinis Clericum, Concubinam, mulierémve eo nomine ſuſpectam habere, aut ejus conſvetudine, commerciòve uti compertum fuerit, in eum pœnis à SS: Canonibus inflictis, & alijs etiam arbitratu noſtro irrogandis animadvertemus; Quod ſi monitus ſpeciali monitione ſecundò deliquerit, tertia parte fructuum, proventuumq; ſuorum beneficiorum, quâ ipſo facto privatus exiſtet, fabricæ Eccleſiæ, vel alteri pio loco arbitrio noſtro applicetur. Si autem in eodem delicto perſeverans, ſecundæ monitioni non paruerit, omnibus ſuorum beneficiorum fructibus privatus, prædictis locis ſimiliter applicandis, ab ipſorum etiam adminiſtratione arbitrio noſtro ſuſpendetur; Et ſi ità ſuſpenſus non reſipuerit, contra eum beneficiorum privatione, aliîsq; pœnis & cenſu-*

ris

ris agemus. Hæc eadem, quæ de concubinatu, vel alijs impudicitiæ ſordibus Clericorum præſcripſimus, ſervētur etiam, ſi quis Clericus modò cum una modo cū alia impudica muliere deliquiſſe cōprehēdatur. Præterea quoniam Clerici in fornicationē prolapſi, quorum peccatum ejusmodi notorium eſt per ſententiam ſeu per Confeſſionem factam in Judicio, aut per facti evidentiam, quæ aliqua tergiverſatione cælari non poteſt, aliquando ante, & ſæpenumero poſt pœnitentiam actam, Ordinis, quo initiati ſunt, proprium munus obeunt, nulla abſolutione obtenta à ſuſpenſione, quam ex admiſſi delicti notorietate ipſo facto ſubierunt; quippe cum fortaſſe non animadvertant, neq; DEI offenſionem, neq; cenſuram Eccleſiaſticam, quâ ob tale crimen innodati exiſtunt; eos omnes Clericos monemus, qui manifeſtâ concubinatûs, fornicationíſve labe contaminati ſunt, ut verè pœniteant, & abſolutionem ab incurſu ſuſpenſionis cenſura, à nobis, vel ab eo, cui legitimam à tali cenſura abſolvendi facultatem dederimus, obtineant, atq; à malè agendi conſvetudine emendati, cujuſcunq; vel peccati, vel offenſionis publicæ occaſionem cum affectu præcedant; alioquin ſi abſolutione non obtentâ, occaſionéq; ſcandali non ſublatâ, Ordinis, quo initiati ſunt, functiones obierint, irregularitatem incurrent, ſuper qua à nullo alio, quàm à Sūmo Pontifice Romano diſpenſari poterunt.

tis, fratrumq; uxoribus; neq; verò ſervos, ancillâsve, quas Coctrices vocant, in domeſtico uſu inſervientes, aut ſecum quovis modo habitantes habere poſſint quadraginta annis minores, aut quæ vitæ aliqua ratione ſuſpectæ fuerint; ſi ſecùs fecerint, in eos graviter animadvertemus. Si antiquæ legis Sacerdotes ſancti & puri eſſe debent, ut incenſum Domini & panes Dei ſui dignè offerrent, quantò Sanctiores & puriores eſſe tenentur hi, qui non incenſum tantùm, & panes vel animalium carnes, ſed ipſummet Chriſti Domini corpus & ſangvinem offerunt, manibus tractant & ore ſuſcipiunt, nè de eis dicat ipſemet DEUS: Non permanebit ſpiritus in homine, quia caro eſt. *Quid enim magis dedecet Sacerdotem quàm vitæ impuritas & libido? Quare ſi quem cujusvis Ordinis Clericum, Concubinam, mulierémve eo nomine ſuſpectam habere, aut ejus conſvetudine, commerciòve uti compertum fuerit, in eum pœnis à SS: Canonibus inflictis, & alijs etiam arbitratu noſtro irrogandis animadvertemus; Quod ſi monitus ſpeciali monitione ſecundò deliquerit, tertia parte fructuum, proventuumq; ſuorum beneficiorum, quâ ipſo facto privatus exiſtet, fabricæ Eccleſiæ, vel alteri pio loco arbitrio noſtro applicetur. Si autem in eodem delicto perſeverans, ſecundæ monitioni non paruerit, omnibus ſuorum beneficiorum fructibus privatus, prædictis locis ſimiliter applicandis, ab ipſorum etiam adminiſtratione arbitrio noſtro ſuſpendetur; Et ſi ità ſuſpenſus non reſipuerit, contra eum beneficiorum privatione, aliiſq; pœnis & cenſuris*

Digitized by Google

ris agemus. Hæc eadem, quæ de concubinatū, vel alijs impudicitiæ ſordibus Clericorum præſcripſimus, ſervētur etiam, ſi quis Clericus modò cum una modò cū alia impudica muliere deliquiſſe cōprehēdatur. Præterea quoniam Clerici in fornicationē prolapſi, quorum peccatum ejusmodi notorium eſt per ſententiam ſeu per Confeſſionem factam in Judicio, aut per facti evidentiam, quæ aliqua tergiverſatione cælari non poteſt, aliquando ante, & ſæpenumero poſt pœnitentiam actam, Ordinis, quo initiati ſunt, proprium munus obeunt, nulla abſolutione obtenta à ſuſpenſione, quam ex admiſſi delicti notorietate ipſo facto ſubierunt; quippe cum fortaſſe non animadvertant, neq; DEI offenſionem, neq; cenſuram Eccleſiaſticam, quâ ob tale crimen innodati exiſtunt; eos omnes Clericos monemus, qui manifeſtâ concubinatûs, fornicationíſve labe contaminati ſunt, ut verè pœniteant, & abſolutionem ab incurſu ſuſpenſionis cenſura, à nobis, vel ab eo, cui legitimam à tali cenſura abſolvendi facultatem dederimus, obtineant, atq; à malè agendi conſvetudine emendati, cujuſcunq; vel peccati, vel offenſionis publicæ occaſionem cum affectu præcedant; alioquin ſi abſolutione non obtentâ, occaſionéq; ſcandali non ſublatâ, Ordinis, quo initiati ſunt, functiones obierint, irregularitatem incurrent, ſuper qua à nullo alio, quàm à Sūmo Pontifice Romano diſpenſari poterunt.

COAD-

COADJUTOR RECTORIS PAROCHIALIS.

I.

PArocho ob ægritudinem vel infirmitatem animi ſeu corporis facto inutili, dari ſolet Coadjutor temporalis & revocabilis, ut pro eo miniſtret cum congrua portione ex redditibus beneficij ei aſſignanda (*a*). Item Parocho leproſo (*b*) Item paralitico (*c*) Item dementi vel furioſo (*d*) Item illiteratis & imperitis, ſi aliàs honeſtæ vitæ ſint, deputat Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus Coadjutorem pro tempore (*e*). Et Parochi imperiti quoad hunc effectum dicuntur illi, qui inhabiles ſunt ad exploranda ea, quæ incumbunt muneri, & oneri beneficij, quod habent (*f*). Præterea Parocho de Coadjutore providendum eſt propter auctam populi numeroſitatem (*g*), quando enim ſolus Curatus eodem tempore pluribus infirmis providere non poteſt, non datur juſta cauſa dividendi Parochiam, ſed adhibendi miniſtros Coadjutores (*h*).

*(a) *Gonzal: ad reg: 8, Camell: gl: 5. §. 9. ex n. 19.* (b) *cap: de Rectoribus & in cap: Tua nos, illo tit.* (c) *cap: ult. de Cler: ægrot:* (d) *in cap: unic: §. ſi vero de Cler: ægrot:* (e) *Conc: Trid: ſeſſ: 21. de ref: c. 6.* (f) *Aloyſ: Ricc: in praxi p. 4. reſol: 547.* (g) *Caſ: de Graſſ: deciſ: unic: de Parocho.* (h) *Rota in Aquilana nullitatis erectionis 10. Maij, 1613.*

2. Epi-

2. Episcopus in vim Concilij Tridentini ſeſſ: 21. de Refor: c. 4. non poteſt erigere Coadjutoriam, ſed cogere debet Rectorem ad adjungendum ſibi tot Sacerdotes, qui ſufficiant Eccleſijs in Sacramentis adminiſtrandis (*a*). Item Parocho ſuſpecto de dilapidatione bonorum Eccleſiæ providendum eſt de Coadjutore(*b*). Et in his caſibus & alijs, tenentur Coadjutores hujusmodi ad perſonalem Reſidentiam, ſicut Rectores ipſi(*c*). Coadjutores etiam perpetui reſidere tenentur, ſicut veri Curati, etiamſi alijs beneficijs ſervirent in Cathedralibus (*d*). Tenentur etiam Coadjuti reſidere, licet enim Coadjutor ratione infirmitatis Parochi ei datus fuiſſet, nihilominùs Parochus Coadjutus debet reſidere in loco, ubi ſita eſt Eccleſia Parochialis(*e*). Et ſi Coadjutor detur inhabili & illiterato, Coadjutus per hoc abeſſe non poterit, ne ſit melioris conditionis ſtultus, quàm literatus(*f*).

*(a) *Armendar: in addit: ad recopilat: legum Navarræ lib: 1. tit: 18. l. 7. de Epiſcopis n. 43.* (b) *Aloyſ: Rice: in d. praxi p. 4. reſol: 543. ſub n. 7.* (c) *Gonzal: ut ſup: n. 17.* (d) *S. Congr: Conc: teſte Garc: de benef. par: 3. c. 2. n. 167.* (e) *S. Congr: Conc: teſte Armendar: loco cit: ſub titul: Sed an Parochi reſidere debeant n. 129.* (f) *Eod: teſte Gonz: loco cit: n. 30.*

3. Parochis dandus eſt Coadjutor ſeu Capellanus tempore peſtilentiæ, cùm eadem Sacerdotis perſona nequeat ſanis & infectis Sacra-

menta miniſtrare, & propter mortis periculum horrent ſani cum eo Paſtore agere, quem nôrint infectis appropinquâſſe, & aſſignanda eſt illi merces ex redditibus Eccleſiæ Parochialis, ex menſa Epiſcopali, ut unus ſanis, alter infectis vel ſuſpectis valeat deſervire(*a*). Magis autem expedit Coadjutorem, quàm Parochum miniſterio infectorum deſtinare, quia Parochus præſumitur perſona dignior & Reipublicæ utilior, quàm ſit ſimplex Capellanus; tum quia congruum eſt, ut inſerviat majori parti populi ſui, quàm minori; tum quia major prudentia, ſcientia & jurisdictio prærequiritur in gubernatione majoris gregis incolumis, quâm minoris ad interitum ruentis (*b*). Deficientibus tamen Coadjutoribus tenetur Parochus Sacramenta infectis per ipſum miniſtrare, atq; vitam corporalem prodigere relictis ſanis; quia licet major pars ſit cæteris paribus minori præferenda, tamen in noſtro caſu, nō ſunt cætera paria, cùm ſani non ſint in articulo mortis conſtituti, ſicut ſunt ægroti, qui ſi ſinè Sacramentis moriantur, defectu contritionis poſſunt tuâ culpâ damnari (*c*).

*(a) *Noſter Marchin: de bello divino p. 1. c. 6. n. 9.* (b) *Coninck diſp: 25. de Ordine Charitatis dub: 7. ſub n. 102. verſ: nota 3.* (c) *Rutil: Benzon: lib: 1. diſp: 1. q. 1. concl: 4. verſ: Adde quod Rex non tenetur, in fine.*

COG-

COGNATIO SPIRITUALIS.

I.

Cognatio ſpiritualis baptizati, baptizantiſque & ſuſcipientis inter eos matrimonium impedit (*a*). Non contrahitur autem inter Maritum & Uxorem ſuſcipientis, & baptizatum, baptizatiq; Patrem & Matrem & quaſcunque alias perſonas, tam ex parte ſuſcipientis, quàm baptizantis & baptizati, in Concilio Tridentino nominatim non expreſſas (*b*). Cognationem tamen ſpiritualem, quæ matrimonium contrahendum impediat, ac dirimat contractum, contrahit Compater deſignatus, qui in baptiſmo infantis alterutrum præſtitit, id eſt, ſive ipſum infantem Sacerdoti porrexit, ut in ſacrum fontem immergeret, ſive poſt immerſionem, cùm protinus è manibus Sacerdotis ſuſcepit, tametſi in actu baptiſmi non tetigerit; quia eadem ratio militat in porrigente & ſuſcipiente, dummodò puer tangatur ſive ante, ſive poſt, ſive in immerſione, videtur enim unicus actus per continuationem, accedente præſertim conſvetudine (*c*). Deficiente verò contactu cognatio ſpiritualis non contrahitur, qui enim tantummodo aſſiſtit baptizato, vel confirmato, ipſumq; non tangit, vel tangit tantùm extremitatem digiti, cognationem ſpiritualem non contrahit (*d*). Si plures duobus deſignati ſuſcipiant baptizatum de baptiſmo cum omnibus contrahitur cognatio (*e*).

Hæreticus etiam, cùm baptizatus & ſubjectus ſit Eccleſiæ, ſuſcipiendo vel baptizando contrahit cognationem (*f*). Fidelis verò baptizans aut ſuſcipiens filium infidelium non contrahit cognationem aliquam cum parentibus infidelibus (*g*). Levans quoq; in Eccleſia, ubi ſervatæ fuerunt ſolemnitates, verè domi baptizatum nullam cognationẽ ſpiritualem contrahit cum ipſo baptizato vel cum ſuis parentibus(*h*).

*(a) *Pius V. conſtit: 14. incip: Sanctiſſimus, lecta & publicata 20. Aug: 1566.* (b) *Idem conſtit: incip: Cum illius vicem. 4. Calend: Dec: 1566.* (c) *S. Cong: Conc: 27. Septemb: 1601.* (d) *Armendar: in addit: ad recop: leg: Nam. lib: 4. tit: 15. l. 1. de matrim: n. 83.* (e) *Vgolin: de off: & pot: Episc: c. 15. §. 1. n. 5.* (g) *Sanchez: lib: 7. diſp: 60. n. 14.* (h) *Valer: Reginald: lib: 31. n. 154. verſ: Secundum.*

2. Suſceptores in baptiſmo debent eſſe baptizati, & in Confirmatione jam confirmati, aliàs ex tali ſuſceptione nulla contrahitur cognatio (*a*) & cognatio ſpiritualis à viro contracta, eò quod aliquem tenuerit in baptiſmo, vel confirmatione, non transfunditur in Uxorem (*b*). Baptizans autem, etiam laicus in extremo neceſſitatis articulo, contrahit perfectam, ſubſequens matrimonium dirimentem, cum baptizato, ejúsq; parentibus (*c*). Et quando non obſtante ſtatuto antiquo, & Concilio in præſenti, plures quàm duo, quorum nullus ſit deſignatus, tenent, aut ſuſcipiunt in baptiſmo, aut ſi tantum duo,

ambo tamen aut ſunt mares aut fœminæ,omnes contrahunt cognationem ſpiritualem (*d*) contra Sanchez d. lib: 7. diſp: 57. n. 12. & alios exiſtimantes in hoc caſu nullam eorum contrahere, ſive ſimul, ſive ſucceſſivè teneant aut ſuſcipiant. Et quando plures deſignati à parentibus,vel ab alijs curam infantis habentibus,tangunt, omnes contrahunt, modò tangant ſimul, ſi verò ſucceſſivè, ſolùm, primus, qui baptizatum ſuſcepit, vel ad ſummum duo, ſi fuerint maſculus & fœmina, contrahunt cognationem (*e*) ſi verò plures deſignati ſunt à parentibus, ſed Parochus admiſit unum & unam tantùm; cognatio contrahitur tantummodo ab ijs, qui fuerunt à Parocho admiſſi(*f*). E contra cognatio contrahitur à deſignatis à parentibus, non verò à cæteris, qui fuerunt admiſſi â Parocho, quando parentes deſignârunt tantummodo duos & Parochus admiſit plures (*g*). Item contrahitur à deſignatis à parentibus, quamvis ſuſcipiant puerum contra Parochi voluntatem (*h*). Qui tangit baptizatum,cum non ſit deſignatus à parentib⁹,vel ſaltèm à Parocho,quando Parochus poteſt deſignare non contrahit, ſi adſunt alij deſignati à Parocho vel à parentibus (*i*). Si Parochus non admittat deſignatum à parentibus baptizandi, & alium caſu ingredientem in Eccleſiam vocaverit, ut baptizandum puerum ſuſciperet & tangeret, cum eo ſpiritualis contrahitur cognatio (*k*) ſed Parochus in

Digitized by Google

hoc caſu peccat mortaliter (*l*). Non contrahit verò mulier, ex eo quod defert puerum baptizandum uſq; ad januam Eccleſiæ, ubi illam tradit futuro Compatri, à quo puer introfertur, ac de baptiſmo ſuſcipitur, absq; eo quod dicta mulier illum actum in actu baptiſmi præſtet (*m*). Demum ſciendum quod Cognatio ex Cathechiſmo non eſt ſublata per Conc: Trid: cap: 2. ſeſſ: 24. de Reform: matrim: quia voluit tollere ſolummodo ſcandala & peccata, quæ oriuntur per contrahentes, in caſu, in quo non poſſunt permanere ſine peccato & ſcandalo, in reliquis non tetigit impedimenta alia impedientia matrimonium, quia ex illis neq; ſcandalũ, neq; peccatum oriri poteſt (*n*). Cognatio autem ex Cathechiſmo contrahitur ab eo qui gerit perſonam infantis, reſpondendo ad interrogationem factam à Sacerdote circa fidei articulos; præterea iſta cognatio non ſolùm contrahitur à tenente puerum, dum baptizatur, ſed etiam ab eo, qui puero jam baptizato præſtat hoc officium, dum ſuppletur Cathechiſmus & aliæ ſolemnitates in Eccleſia (*o*) adhuc enim iſte dicitur tenere puerum in Cathechiſmo, conſequenter contrahi cognationem juxta reſtrictionem à Tridentino factam in cognatione, quæ contrahitur in baptiſmo (*p*).

*(a) *per text: in cap: de baptiſmate de conſecr: diſt: 4.* (b) *Tolet: in inſtr: Sacerd: lib: 7. cap: 4. n. 5.* (c) *Sanchez: lib: 7. diſp: 62. n. 10.* (d) *Navarr: in*

man:

man: cap: 22. n. 38. (e) *Idem loc: cit: n. 14.* (f) *Bonac: de matrim: q. 3. punc: 5. §. 2. n. 26.* (g) *Idem ibid: n. 27.* (h) *Idem ibid: n. 28.* (i) *Idem ib: n. 30.* (k) *Lud: Beja reſp: caſuum conſc: p. 2. caſu 4. verſ: alterum.* (l) *Idem ibid:* (m) *Aldan: in compunc: canon reſol: lib: 1. tit: 8. n. 53.* (n) *Congr: Conc: 22. Decemb: 1592.* (o) *Sanchez: lib: 7. diſp: 10. n. 7.* (p) *Navarr: loc: cit: c. 22. n. 72.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: De Confirmatione.

PArochi fidelibus exponant, videántq; diligenter, ut omnibus innoteſcat Cognatio ſpiritualis, quæ in hujus Sacramenti miniſterio orta intercedit; Eadem enim eſt, quæ in Baptiſmo contrahitur, nempe inter Confirmantem & Confirmatum, confirmatíque Patrem & Matrem, atq; inter ſuſceptorem & ſuſceptum, ſuſceptíq; Patrem & Matrem.

* *c. 1. & ult: de cognat: ſpirit: in 6. Trid: ſeſſ: 24. c. 2. de Reform: Matrim:*

CONCIO SACRA.

I.

PArochus debet ſaltèm Dominicis diebus & feſtis ſolemnibus in Eccleſia ſua populo prædicare (*a*). Idem per ſe, vel per alios impenſis ſuis prædicet omnibus diebus feſtis; & in quadrageſima & Adventu, ſi non quotidie, ſaltem tribus

tribus in hebdomada diebus & aliàs opportunè Epiſcopi judicio(*b*). Et poteſt per cenſuras Eccleſiaſticas, ſeu aliàs ad ipſius Epiſcopi arbitrium ad hoc cogi(*c*). Debet etiam frequenter inter Miſſarum celebrationem vel per ſe, vel per alios, ex ijs quæ in Miſſa leguntur aliquid exponere, atq; inter cætera Sanctiſſimi Sacrificij myſterium aliquod declarare, diebus præſertim Dominicis & Feſtis(*d*) Concionatoribus alijs Epiſcopus inhibere poteſt, ut à prædicatione abſtineant, eo tempore, quo ipſe prædicat(*e*). Parochi autem poſſunt per ſe ipſos inter Miſſarum ſolemnia ſermonem habere, etiam quando Epiſcopus ipſe prædicat(*f*). De Parochi licentia quidem poteſt approbatus Concionator prædicare in Parochiali(*g*); ſed Parochus non ſatisfecit officio ſuo quoad DEUM prædicationes totius anni alijs comittens; ſicut nec ſatisfaceret, ſi totam curam Vicario committeret, niſi ex conſvetudine immemorabili excuſaretur(*h*) Parochus, quamvis nec valdè doctus nec eloquens ſit, non ideò debet prætermittere plebem ſibi creditam erudire(*i*).

* (a) *Trid: ſeſſ: 5. cap: 2. de Reform:* (b) *Idem ſeſſ: 24. cap: 4.* (c) *Idem d. ſeſſ: 5.* (d) *Idem ſeſſ: 22 de Sacrificio Miſſæ c. 8.* (e) *Congr: Conc: 2. Maij, 1629.* (f) *Eadem in cauſa Ternlen: 11. Junij 1631.* (g) *Barboſ: alleg: 76. n. 25.* (h) *Cajet: 2. 2. q. 185. art: 5.* (i) *Barboſ: de Paroch: p. 1. c. 14. n. 4.*

2. Coram Sacramento in Altari expoſito, nè fiat

ſiat Concio capite tecto (*a*). Finitâ Miſsâ poteſt haberi ſermo in funere(*b*). Falſa miracula prædicantes ſunt excommunicati excomunicatione Papali(*c*). Et prædicantes contra montes Pietatis ritè inſtitutos, ſeu diſputantes, ipſo facto ſunt excommunicati (*d*). Tempore interdicti prædicatio fieri poteſt, etiam pulſata campana (*e*). Concionator in peccato mortali occulto, non peccat læthaliter; Secùs in peccato mortali publico(*f*); ſecluſo ſcandalo quidam dicunt, non eſſe mortale.

*(a)*Congr: Epiſ: 16. Febr: 1630.* (b)*Rubr: Miſſ: tit: 13. cap: 3.* (c) *Navarr: cap: 27. n. 133. Excõ: 30.* (d)*Leo X. 1515.* (e)*Sylv: v. Interdictum q. 5. Sextum* (f) *Svarez: in 3. p. tom: 3. diſp: 16. ſect. 3.*

3. Parochus prædicet & doceat neceſſaria ad ſalutem pro capacitate populi, cum facilitate & brevitate ſermonis, vitia declinare, virtutes ſectari, pœnam æternam evadere, cœleſtem gloriam conſequi(*a*), poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus(*b*). Regulari valde docto gravi & noto, aliàs ibi non approbato poteſt Parochus bis vel ter dare licentiam, ut prædicet in ſua Eccleſia, maximè ſi Prædicator ſit in itinere (*c*). Rectores & Beneficiati alicujus Eccleſiæ Parochialis Secularis ſubjecti alicui Regulari non poſſunt in dicta Eccleſia prædicare ſine licentia Epiſcopi(*d*). Et Parochus in Civitate poteſt inibi in publica Univerſitate Sacram Scripturam legere, ità tamen, ut cura animarum per ipſum exer-

exercenda, nihil detrimenti patiatur(*e*). Parocho verò per ſeipſum concionanti minimè licet ſub prætextu cujuscunq; paupertatis, prætendere ſibi præſtari eleemoſynam ſolitam dari Prædicatoribus alijs ab Univerſitate electis (*f*) Curati qui per ſe volunt munus prædicationis obire, non debent impediri(*g*). Porrò unusquïsq; pro audienda concione, tenetur Parochiæ ſuæ intereſſe, ſi id commodè fieri poteſt(*h*) Et de hoc monendus eſt populus, non tamen excomunicandus ſi non paruerit(*i*). Et excomunicatus poteſt audire concionem in Eccleſia(*k*).

* (a) *Trid: d. ſeſſ: 5. de reform: cap: 2.* (b) *Idem ſeſſ: 24. c. 4.* (c) *Portel: in dubijs Regular: verb: Prædicatores n. 2.* (d) *S. Congr: Conc: in Calaguritana teſte Aldan: in compend: Canon: reſol: lib: 1. t. 23. n. 10.* (e) *Ead: teſte Sall: in ſelect: Canon: cap: 7. n. 25.* (f) *Ead: in Vaſtana 20. Martij 1621.* (g) *S. Congr: teſte Aldan: d. loco tit: 13. n. 4.* (h) *Zerol: in praxi Epiſ: p. 1. verb: Prædicatio §. 4.* (i) *Armend: in recop: legum Navar: lib: 4. tit: 3. de Prædicatoribus Sacræ Scripturæ n. 35.* (k) *Abbas in cap: reſponſo n. 2. & 3. de ſent: excommun.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: De Prædicatione Verbi DEI.

QVicunque, Parochiales vel aliàs animarum curam habentes Eccleſias quocunq; modo obtinent, quive certo vel incerto tempore, etiam aliorum

rum nomine, onus habent Parochialia munera obeundi, per ſe vel per alios judicio noſtro idoneos, ſi legitimè impediti fuerint, diebus ſaltem Dominicis, & Feſtis ſolemnibus; Tempore autem Jejuniorum Quadrageſimæ, & Adventûs Domini quotidie, vel ſaltem tribus in hebdomada diebus, nempe die Dominico, Feriâ quartâ & ſextâ, plebes ſibi commiſſas, pro ſua & earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis, docendo eas, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem; aliquid ex ijs quæ in Miſſa leguntur, exponant; Sanctiſſimi Miſſæ Sacrificij myſterium aliquod declarent, annuntiandóq; eis cum brevitate & facilitate ſermonis, vitia, quæ eos declinare, & virtutes quas ſectari oporteat, ut pœnam æternam evadere, & cœleſtem gloriam conſequi valeant. Si qui autem ad id minùs apti reperiuntur, ad peritos confugiant, quorum auxilium implorantes, vel homilias ſibi præſcriptas vel latinos ſermones Auctoris ab Eccleſia recepti, in vulgarem lingvam converſos, à nobis tamen approbatos, aut memoriter aut deſcripto pronuncient.

Qui concionandi officio fungentur, eam inibunt rationem, ut ne quidquam ab Eccleſiæ Catholicæ ſenſu, aut à conſentiente SS: Patrum auctoritate, alienum proferant; Néve futura ex ſacris literis divinare, vel alicui eventui certum diem ſtatuere audeant.

Nè hiſtorias apocryphas, néve miracula minùs probata narrare aſſveſcant. Ne ridicula aut levia vel inanes fabulas, aliáve riſum monentia recenſeant; ſed graviter, purè, ſincerè, & quâ fieri poteſt facili-

tate,

tate, verbum DEI *pronuncient. Cùm impia hæreticorum dogmata apud imperitam multitudinem erunt confutanda, id non prolixâ diſputatione, ſed gravibus faciant, ac ſolidis rationibus & argumentis, ex ſacræ Scripturæ, & Sanctorum Conciliorum, ac probatæ antiquæ conſvetudinis auctoritate, & Catholicorum Patrum conſenſu depromptis. Hæreticos autem convicijs, ſeu contumelijs non afficiant, ſed eorum ſectam, prætenſámq; Religionem tanquam non ſanam & Catholicæ Fidei & Religioni contrariam damnent & improbent. Ne quid obſcurè vel ambiguè exponant, quod auditores incertos, aut ſuſpenſos reddere, ſeu eis variè intelligendi occaſionem præbere poſſint. Nè fucatâ oratione, aut inanibus utantur verbis, quibus ſe magis oſtentandæ eloquentiæ, vel doctrinæ, quàm ſalutis animarum cauſâ, id muneris obire oſtendant, ſuíq; ipſius eſſe potiùs, quàm* JESU CHRISTI *prædicatores; ſed Evangelia & Epiſtolas, quæ in Miſſa recitantur, dilucidè ac fideliter explicent, oblatíſq; in dicendo occaſionibus, ad Orationis Dominicæ, Apoſtolicíq; Symboli, & Decalogi, nec non ad ſeptem Sacramentorum Eccleſiæ, Sacrorúmq; Rituum, & Solemnitatum explanationem frequenter divertant.*

Cum de Salvatoris noſtri morte verba habere voluerint, eam doctè, graviter & piè eatenus exponant, ut pietatem ac lachrimas commoveant auditoribus, ijsq; externis actibus, qui ex S. Eccleſiæ ritu probati, ad riſum vel ad jocum nequaquam animos commovere poſſunt. In arguendis autem vitijs, ut acriores

res ſe præſtare debent, ità etiam ſe pietatis ac charitatis ſtudio, non hominum, ſed peccatorum odio adductos, id facere ſignificent. In ea autem vitia, in quibus populos frequentiùs peccare intelligunt, vehementiùs invehantur, & præſertim in ebrietates, quæ animas & corpora maximè lædunt, atq; in ludos, ex quibus ſæpè blaſphemiæ, rixæ & homicidia proveniunt; Et inter alia ſæpè declarent populo, uſuram jure divino ac naturali vetitam eſſe, ideò nihil lucri ultra ſortem in contractu mutui vel depoſiti, pacto vel intentione principali interveniente, percipi poſſe absq; peccato mortali & obligatione roſtituendi. Deteſtentur contractus illicitos, & præſertim eos, qui non ſolùm divino Jure, ſed etiam hujus Regni Conſtitutionibus prohibentur. In emptionibus etiam & venditionibus, moneant res non poſſe cariùs vendi juſto pretio ob dilatam ſolutionem, neq; ob anticipatam, minoris emi quàm valeant. Nè quemquam expreſſis aut tacitis verbis cōmonſtrantes inſectentur, ne aliquo odio potiùs, quàm animarum ſalute ad id adduci videantur. Nè ullos in dignitate Eccleſiaſtica aut ſeculari conſtitutos, aſperiùs reprehendant, ſed pia potiùs ac miti moneant Oratione. Populos autem ipſos doceant, Præpoſitis ſuis, qui à DEO ſunt, potiùs obedire, quàm eorum nomini, aut exiſtimationi quicquam unquam detrahere. In id autem præſertim, omni animi contentione, & omnibus Orationis nervis intendant, ut ad ſolidæ Chriſtianæ pietatis ſtudium, animos auditorum incendant, ità ut, ut cum ex his aſſiduis cohortationum

ſer-

ſermonibus, ſui muneris partes intelligant, ſe quisq; pro ſui Ordinis, generis, & ſtatûs ratione, in omnes rectè, Chriſtianóq; more vivendi partes excitent, ac tandem divina benignitate piè factorum præmium ſempiternum conſequantur.

DEI præcepta non ſolùm ſervanda eſſe doceant, ſed & modum oſtendant, quo ſervari illa DEUS voluerit; ſæpe autem fideles ad perfectiorem vitam amplectendam efficatiùs hortentur, ut non mortalia tantum ſed etiam venialia peccata, ſibi fugienda proponant, quod ut faciliùs præſtent, frequenter peccatorum ſuorum Sacerdoti approbato faciendam Confeſſionem, & Sacroſanctam Euchariſtiam ſumendam commemorent, ac ſæpius inculcent. Indulgentias populo ne promulgent, priusquam à Nobis recognitæ ſint, de quibus cum ſermo inciderit, illarum concedendarum poteſtatem, in Eccleſia à Chriſto Domino relictam, & earum uſum fidelibus maximè ſalutarem eſſe doceant. Neminem paupertatis nomine commendent, niſi quem certò ſciunt verè pauperem eſſe, nullamq; fraudem abuſúmve in hujusmodi commendatione intercedere poſſe. Inprimis autem id ſibi cavendum ſtatuant, ne quod verbis ædificaverint, id moribus deſtruant, néve cum alijs prædicaverint, ipſi reprobi fiant.

Abſolutâ concione, Concionatores omnes, ſive Parochi ſint, ſive non ex antiquiſſimo hujus S. Eccleſiæ Pragenſis inſtituto, generalem Confeſſionem linguâ vernaculâ populo indicent, ipſis alta voce inſinuantes, & præces præſcriptas ſuper populum recitent, nem-

Digitized by Google

nempe: Miſereatur, & Indulgentiam &c. *& ſubjungant* Pax & Benedictio ✠ Dei Omnipotentis deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper vobiſcum, Amen.

Videant autem ne ea verba Abſolutionis Sacramenti pœnitentiæ proferant, quæ tantummodo in Confeſſione Sacramentali adhiberi debent. Imò moneant populum hanc confeſſionem generalem ad concipiendam contritionem peccatorum mortalium, & remiſſionem venialium fidelibus prodeſſe, ſed non eſſe Sacramentalem, ideò ijs, qui alicujus peccati mortalis conſcientiam habent, non ſufficere, quod hanc Confeſſionem generatim, & publicè faciant, ſed illud pœnitentiæ Sacramento diluere teneri.

CONFESSIO
SACRAMENTALIS.

I.

PArochus Sacerdos habet Juriſdictionem ordinariam in pœnitentiæ foro circa omnes ſuæ Parochiæ fideles; & cenſetur quoad hoc à lege approbatus, absq; alia deſuper ſibi facienda per Ordinarium licentia (*a*). Approbatus tamen duntaxat ad audiendas confeſſiones cenſetur Parochus in ea Civitiate vel oppido, ubi ſita eſt Parochia, non autem paſſim per totam Diœceſim (*b*). Poteſt ſuorum Confeſſiones etiam in aliena Diœceſi, & ubiq; locorũ audire (*c*). Idem dicendum eſt de Delegato à Parocho (*d*). Di-

Dimiſſo autem beneficio absq; nova approbatione non poteſt confeſſiones excipere neque tempore Jubilei (*e*) ratio eſt, quia Concilium requirit, ut habeat actuale beneficium, ut ſit aptus proximè audire confeſſiones (*f*). Nec poteſt audire confeſſiones, quando ſe de facto intruſit in beneficio ſine auctoritate Superioris, vel nullum titulum bonum aut malum habuit à Superiore (*g*). Secùs ſi communi errore fuiſſet pro vero Parocho habitus, habens titulum putativum à legitimo Superiore, quia tunc confeſſiones à ſuis ſubditis illi factæ eſſent validæ (*h*). Tenetur vel per ſe, vel per alium confeſſiones ſuorum audire, toties quoties expedire illis prudenter judicaverit, nulláq; ſubſit cauſa negandi (*i*). Excuſatur autem à peccato mortali, ſi ſemel & iterum rationabiliter denegat confeſſionem petenti (*k*). Et rationabiliter negat, quãdo tanta frequentia confeſſionis non expediret ſaluti, & profectui Spirituali ſubditi; non raro enim virtus confeſſionis contemnitur, & aliquando expedit conſcientiæ ſubditi, ceſſare à confeſſione propter ſcrupulorum perturbationem (*l*). Item benè denegat, ſi ſubditus tempore inopportuno, horâ ſcilicet prandij, aut ſomni, vellet peccata ſua confiteri, aut quando potiùs expedit Parocho agere negotia alia talis qualis momenti (*m*). Secùs ſi ſubditus aliquâ gravi tentatione aut difficultate premeretur, vel quia longum & laborioſum iter ingreditur, vel

quia

quia tempus eſſet Jubilei; tunc enim graviter peccaret (*n*). Nec ſatisfacit muneri ſuo alterius* Confeſſarij copiam exhibendo, ſi parochiani ſeipſum ſolùm velint adire & confiteri(*o*).

*(a) *Trid: ſeſſ: 23. de Reform: cap: 15. ibi, Niſi aut Parochiale beneficium.* (b) *Noſter Homobon: in exam: Eccleſ: p. 1. trac: 5. c. 3. quæſit. 15.* (c) *Idem ibid: quæſit: 16.* (d) *Noſter Boſſ: de tripl: Jubil: ſect: 3. caſ: 2. §. 11. n. 202.* (e) *Henriq: in ſum: lib: 7. c. 12. §. 3. & 4.* (f) *Noſter Boſſ: dd. ſect: & caſu §. 8. & 9. n. 237.* (g) *Angel: V. Confeſſio §. 2.* (h) *Barboſ: de Parocho cap: 17. n. 27. & ſeqq:* (i) *Noſter Homobon: in reſp: queſtion: moral: p. 2. reſp: 100.* (k) *Nugn: in addit: ad 3. p. tom: 2. q. 8. art. 4.* (l) *Vaſquez in 3. p. tom: 4. q. 93. art: 3. dub: 6. n. 3.* (m) *Joan: Sanc: in ſelect: diſp: 47. n. 16.* (n) *Idem ibid:* (o) *Idem ibid.*

2. Conſtituentes in Parochia domicilium, vel quaſi domicilium, ad tempus non admodum breve, negotij alicujus causâ, ſubijciuntur Parochi Jurisdictioni in foro pœnitentiali(*a*). Eadem eſt ratio de aliorum Sacramentorum adminiſtratione; Item de Jure aſſiſtendi Matrimonio, diſpenſandi in votis, conferendi Eccleſiaſticam ſepulturam, non tantùm quoad Incolas, ſed etiam quoad quaſi Incolas(*b*). Erga perſonam, quæ in duabus Parochijs contrahit domicilium, in quibus diverſis anni temporibus habitare ſolet, Parochus uterq; habet ordinariam poteſtatem (*c*). Quilibet ex Diœceſi poteſt

Digitized by Google

recipere Sacramentum pœnitentiæ in Eccleſiâ Cathedrali (*d*). Non licet tamen Parocho Cathedralis adminiſtrare Sacramenta, vel curam exercere in aliena Parochia (*e*). Advenæ & peregrini poſſunt ex tacita Ordinariorum voluntate per conſvetudinem confirmata, cuicunq; approbato Sacerdoti confiteri, & S. Euchariſtiæ Sacramentum etiam tempore Paſchali ſuſcipere, ſi ad propriam Parochiam facilè accedere nequeunt; Parochis autem poſcentibus ſchedam confeſſionis & Cōmunionis tenentur exhibere(*f*). Vagus autem debet confiteri Parocho illi, in cujus Parochia reperitur tempore perceptionis Sacramenti, dum̄odò non evadat judicium proprij Parochi (*g*). Parochus autem à conſvetudine habet facultatem confitendi cui voluerit ex approbatis absq; alia licentia particulari Epiſcoporum(*h*).

*(a) *Gloſſ: in Clemen: 1. de privil:* (b) *Sanchez: in prac: Decal: tom: 1. lib: 4. cap: 37. n. 24. referente Layman:* (c) *Fernandez in Exam: Theol: moral: p. 3. c: 6. verſ: Dubitatur.* (d) *Piaſce: in prax: Epiſ: p. 2. c. 3. n. 24. verſ: circa Feſtum.* (e) *Congr: Conc: in Eugubina 20. Septem: 1628.* (f) *Noſter Homob: in exam: Eccleſ: tr: 8. cap: 1. q. 4. & noviſſimè in reſp: quæſt: mor: p. 2. reſp: 49.* (g) *Poſſev: tr: de off: Par: cap: 7. & 11.* (h) *Navarr: in cap: Placuit de pœnit: diſt: 6. n. 30.*

3. Fideles habentes uſum rationis, & ſibi conſcij peccati mortalis præcepto annuæ confeſ-

ſio-

ſionis tempore Quadrageſimæ vel Paſchali facienda obligantur (*a*). Non item ſolùm venialium ſibi conſcij, tenentur tamen ſe ſuo Parocho ſiſtere declarando ei ſe non habere mortalia; quia debet Paſtori aliquo modo conſtare, tales non teneri præcepto confeſſionis, ut eos ad communionem poſſit admittere, tenetúrq; Paſtor illud de ſe affirmantibus credere, niſi habeat juſtiſſimas rationes contrarium ſuſpicandi (*b*). Regulares privilegiati & approbati ad confeſſiones, poſſunt Parochis contradicentibus ſecularium confeſſiones audire (*c*) etiamſi Epiſcopi in licentijs Regularibus conceſſis dicant, quòd eis, Parocho renuente, non utantur; quia ipſi Ordinarij Papæ hac in re conceſſa privilegia tollere aut limitare non poſſunt (*d*). Si Regulares autem infirmorum confeſſiones audiunt, tenentur de hoc certiorare Curatum (*e*). Poteſtatem confeſſiones audiendi ſuorum Parochianorum poteſt Parochus alteri Sacerdoti delegare (*f*) dummodò ille alter Sacerdos ſit ab Ordinario ad audiendas confeſſiones approbatus (*g*) quia approbatio eſt quid Juriſdictionis, quam non habent ſimplices Parochi (*h*) ſufficit autem, ut ſaltèm ab aliquo Epiſcopo ſit approbatus (*i*). Et dummodò Parochus delegans non ſit excommunicatus vitandus (*k*). Curatus etiam quæ præſumere poteſt ſubditum habere juſtam cauſam confitendi alieno, debet ipſi petenti licentiam dare (*l*). Si verò Parochus ſubdito juſtè poſtu-

Digitized by Google

lanti licentiam, injuſtè deneget, ſubditus autem ob periculum proprio Sacerdoti, id eſt, Parocho confiteri non poſſit, tunc ſubditus debet ſe habere perindè, ac ſi copiâ confeſſarij deſtitutus eſſet (*m*). Et hæc Sententia eſt probabilior & verior, quàm contraria, quæ eſt, quòd in tali caſu ipſe ſubditus poſſit absq; alia facultate alieno confiteri Sacerdoti. Delegatus etiam Sacerdos tenetur credere pœnitenti, dicenti ſe habere licentiam à proprio Parocho, ut illi miniſtret Sacramentum confeſſionis (*n*). Et Parochus Parochiano fide digno dicenti ſe faſſum eſſe habenti legitimam licentiam ipſum abſolvendi, atq; ità debet illi miniſtrare Euchariſtiam (*o*). Parochianus tamen debet exhibere ſchedulam confeſſionis annuæ Parocho petenti, qui non tenetur credere dicenti, ſe impleviſſe præceptum (*p*)

*(a) *Trid: ſeſſ: 14. cap: 2. Canon: 8.* (b) *Svarez. diſp: 36. ſect: 2. n. 9. tom: 4. de pœnit:* (c) *Tannbur: de Jure Abbatum tom: 2. diſp: 6. q. 13.* (d) *Idem ibid.* (e) *S. Congr: in una Senogallien: 22. Januarij 1616.* (f) *c. Omnis utriusq. ſexus.* (g) *Trid: ſeſſ: 23. de Refor: c. 17.* (h) *Sà in ſum: p. 1. cap: 60. n. 2.* (i) *Joan: de la Cruz in direct: p. 2. de Sacr: pœnit: q. 5. dub: 6.* (k) *Svar: tom: 5. de cenſur: diſp: 11. ſect: 2. n. 15.* (l) *Vgolin. de off: Epiſc: cap: 15. §. 8. n. 2.* (m) *text: in c. Omnis utriusq. ſexus & S. Thom: in ſupplem: q. 8. art: 4. ad 5.* (n) *Noſter Homob: in reſp: q. moral: reſp: 50. in fin: p. 2.* (o) *Gabr: in 4. diſt: 17. q. 2. art: 3. dub: 1.* (p) *Sylv: v. Confeſſio 1. q. 17.*

4. Tem-

4. Tempore peſtis obligati ſunt infirmi, ut è cubiculo aut domo egrediantur, vel ad feneſtrã parocho foris ſtante, portentur, ſi id ſinè gravi eorum incommodo fieri poſſit (*a*). Si fieri non poſſit debet Parochus accedere, & in ſecreto audire, & timens contagionem rogare ut ſtatim dicant quædam graviora(*b*). Vel à longè ſtans hortari infectum, ut clara voce dicat ſaltèm ea peccata quæ ſinè gravi infamia, alióve detrimento poteſt (*c*). Sed vidé quæ habentur ſuperius verbo Abſolutio n. 6. Jure novo Sexti poteſt Parochus ſuis Parochianis Sacramentum hoc miniſtrare tempore interdicti(*d*)non ſolùm morientibus & infirmis, ſed etiam ſanis, dummodò recipiens non ſit excommunicatus, excepto articulo mortis, nec aliquo modo culpabilis in caſu, ob quem latum eſt interdictum, aut non ſit ſpecialiter interdictus (*e*). Et quando inchoata Confeſſio Sacramentalis perfici nequit, quia pœnitens in phreneſim incidit inter confitendum, vel periculum eſt nè mox moriatur, debet ſtatim abſolvi, & poſtea ſi ſupervivat, reliqua peccata audienda & abſolutio denuò conferenda(*f*) quamvis ipſe Curatus cognoſceret illum multa debere reſtituere, vel quia de illis confeſſus eſt, vel quia eſt publicus uſurarius, aut eſt in publica excommunicatione, & non poſſunt imponi quæ veniunt imponenda (*g*).

*(a) *Chappeavill: tract: de mod: miniſtr: Sacram:*

temp: peſt: c. 1. q. 9. & c. 3. q. 29. (b) *Zambr: de caſ: in art: mort: c. 4. dub: 6. n. 12.* (c) *Idem d. dub: 6. 25. cum: ſeqq:* (d) *C. Alma Mater poſt princ: verſ: Quin verò de ſent: excom: lib: 6.* (e) *d. c. p. 2. §. 3. n. 1.* (f) *Victor: de Confeſſ: n. 164.* (g) *Poſſev: cap: 7. n. 87.*

5. Parochus & quilibet alius Confeſſarius ſollicitans in adminiſtratione Sacramenti pœnitentiæ pœnitentem ad turpia, & inhoneſtos actus, eſt de hæreſi ſuſpectus, ſuſpendendus ab executione ordinis, privandus beneficio, dignitate, & officio, & ad illa perpetuò inhabilitandus; Voce activâ & paſſivâ, ſi regularis fuerit, privandus. Item exilio, damnatione ad triremes & carceres in perpetuum absq; ſpe gratiæ, & ſi pro delicti gravitate alias pœnas meruerit, debitâ præcedente degradatione, Curiæ ſeculari puniendus tradatur (*a*). In prædictas pœnas incidet Parochus, qui pœnitentem in Confeſſionali oſculatur, aut eum venerea delectatione manus, vel aliam partem attrectat, aut ictu oculorum vel alio ſigno ad libidinem provocat (*b*). Dictæ pœnæ extenduntur ad omnes ubique locorum exiſtentes (*c*). Sive pœnitens conſenſerit provocationi, & ſollicitationi Confeſſarij, ſive non (*d*). Item ſive Parochus Confeſſarius tentaverit allicere verbis expreſſis, *v. g.* laudando &c. vel tacitis (*e*). Item ſi pœnitentem induxit, ut filiam ſibi proſtituat, ſeu etiam inducat ad peccandum ſecum, vel cum alio, quia

quia in Conſtitutione Gregorij interdicuntur ſermones ſivè tractatus inhoneſti(*f*). Idem ſi maſculum provocaverit ad nefandum peccatum(*g*). Nota quòd prædictis pœnis ſubijciuntur ſolùm illi, qui ad venerea ſollicitant (*h*). Secùs ſi ad alia graviora delicta.

*(a) *Pius IV. in ſua Conſt: in cap: Cum nuper. Paul: V. in cap: Dilecte fili* 10. *Sept:* 1608. *Greg: XV. incip: Univerſi Dominici gregis* 20. *Aug:* 1622. (b) *Bonat: var: tract: diſp:* 6. *de onere & obligatione denunciandi puncto* 3. *n.* 3. (c) *Greg: XV. ut ſupra.* (d) *Idem Bonac: loc: cit: n.* 4. (e) *Idem ibid: n.* 5. (f) *Idem ibid: n.* 19. (g) *Idem n.* 16. *& Fr. Emman: q. reg: tom:* 1. *q.* 59. *art:* 4. *& tom:* 2. *q.* 27. *art:* 3. (h) *Noſter Homob: in conſult: caſ: conſc: vol.* 2. *p.* 5. *reſp:* 130.

6. Ruptio ſigilli Confeſſionis directè vel indirectè, ante vel poſt mortem confitentis, ſemper eſt mortale Sacrilegium, etiamſi aliàs integrum Regnum deberet perire(*a*). Et pœna talis revelantis eſt depoſitio, & in Monaſterium ad agendum pœnitentiam perpetua detruſio (*b*). Ratio autem & obligatio Sacramentalis Sigilli tunc ſolùm pœnitùs ceſſat, ſi pœnitens Confeſſario licentiam det loquendi de ſuis peccatis, ſive coram ſeipſo, ſive coram alijs(*c*). Debet tamen eſſe licentia plenè voluntaria atq; expreſſa, & actu data, non ſufficit verò præſumpta(*d*) Si ſtudioſi Officiales Principis, vel ſubditi Magnatum teneantur ferre teſtimoniū factæ Confeſſio-

feſſionis, Confeſſarius illud dare debet, tametſi ob Indiſpoſitionem, vel ſimilem cauſam, eos non abſolverit (*e*). Nam Confeſſarius graviter peccat, & Confeſſionis ſigillum violat, ſi directè vel indirectè ſignificet, ſe pœnitentem ſuum non abſolviſſe. Hoc ipſum verò indirectè Confeſſarius ſignificat, quando alijs omnibus pœnitentibus ſchedulam teſtimonij dat, & huic ſoli negat. Confirmatur ex eo, quòd tali homini publicè petenti S. Euchariſtiam, perindè ac alijs danda eſt, ad vitandam infamiam ejus; Ergò ob eandem cauſam perindè ac alijs ſchedula teſtimonij dari debet. Neq; verò Confeſſarius in tali caſu mendacium committit, quia non teſtari debet, ſe hominem abſolviſſe, ſed confeſſum ſibi fuiſſe, quod pono verum eſſe; Neq; cooperatur hominis peccato, tametſi is tali teſtimonio munitus ad S. Euchariſtiam accedat: quia ſeriò Confeſſarius illum monere debet, ne ità indiſpoſitus, & à peccatis non abſolutus accedere præſumat ad ſui damnatione. Sin autem ille admonitioni non pareat, culpa ipſius tantum eſt, Confeſſarius autem functus eſt ſuo officio (*f*). Moneo tamen primò: Si res moram patiatur, quia non ſtatim teſtimonium accipere, aut exhibere neceſſe eſt, tunc illi cui abſolutio negatur, etiam teſtimonium negandum fore, additâ exhortatione, ut ſe rectè diſponat, ac poſtea redeat, teſtimonium unà cum abſolutione recepturus. 2. Si aliqui ſimulato ani-

mo ad confeſſionẽ accedant, quia, v.g. hæreſim, quâ adhuc infecti ſunt, abjurare nolunt ſolúmq; pœnæ aut infamiæ cujusdam vitandæ causâ ad S. Synaxin accedere cupiunt, talibus Confeſſarius negare debet ſchedam teſtimonij, ne eorũ perniciosæ ſimulationi coöperetur. Hinc (g) in locis ejusmodi ubi hæretici ad fidem Catholicam convertendi ſunt, in domibus vel Eccleſijs ante Paſchale tempus Cathechiſmus inſtituatur, ijs qui fidem Catholicam amplecti volunt, ejus profeſſio atq; abjuratio prius imponatur, quàm ad Sacramentum Confeſſionis & S. Synaxis admittantur.

*(a) *Henriq: in ſum: lib: 6. c. 19.* (b) *text: in d. c. Omnis utriusq; Sexus* (c) *Adrian: in cap: 4. diſt: de Confeſſ: ubi de Sigillo §. Sed probabilior.* (d) *Reginald: in for: pœnit: lib: 3. n. 59.* (e) *Medin: lib: 5. Instruct: c. 4. caſu 5.* (f) *Layman: lib: 5. tr: 6. c. 14 n. 8.* (g) *Idem lib: 2. tr: 1. c. 13. n. 4.*

7. Parochus & quilibet Sacerdos tenetur pœnitentem in articulo mortis conſtitutum contra propriam opinionem abſolvere (*a*) quia nimis crudele eſſet negare id, quod licitè fieri poteſt in tanta neceſſitate. Poteſt, & debet etiam abſolvi moribundus ſenſibus deſtitutus, qui annotavit ſua peccata in ſchedula ad ea confitenda integrè (*b*). Surdi quoq; & muti, & qui nimiâ ſuffunduntur verecundiâ confitendo propria voce poſſunt adhibitis ſignis doloris per ſigna confiteri Sacerdoti (*c*). Non enim eſt de neceſſi-

ceſſitate Sacramenti proprijs verbis confiteri, cùm peccata poſſint ſufficienter manifeſtari per nutus, ſigna, & ſcripturam. Idem eſt dicendum de pœnitente planè ignaro linguæ patriæ, carente interprete, aut eo uti nolente. Et Confeſſarius tempore quo obligat præceptum confeſſionis, poteſt abſolvere mutum, qui præbet ſigna doloris, etiamſi ex ejus ſignis nullum poſſit intelligere peccatum, & alius non adſit Confeſſarius, qui meliùs intelligat, quod à fortiori procedit in articulo mortis(*d*). Surdi confeſſio excipienda eſt in remotiori loco, ne ab alijs audiatur, & interrogandus ſolûm de puris neceſſarijs in mortalibus, & evitanda tam Confeſſarij, quàm ſurdi defatigatio(*e*). Si ægrotus per gutturis angeram confiteri quidem abſolutè poſſit voce, ſed vix atq; ægrè, compellandus non eſt, ſi peccata facilè ſcribere poſſit, ad vocis confeſſionem (*f*). Si Confeſſarius animadvertit ſe ſubitò obſurdeſcere ut pœnitentem, qui peccata ſua ex ſcripto legit, audire nequeat, niſi etiam adſtantes audiant, eo caſu ſcriptum ſibi à confitente oblatum legere, & abſolvere poteſt(*g*).

*(a) *Noſter Boſſ: variar: moral: p. 1. ſect: 1. §. 22. n. 41.* (b) *Idem §. 25. n. 373. cit: Laym:* (c) *Suar: diſp: 21. ſect: 3. n. 7.* (d) *Fernandez in Inſtr: Confeſſ: p. 1. docum: 4. n. 33.* (e) *Poſſev: de offi: Cur: c. 7. n. 15.* (f) *Canus Relect: 6. de pœn: fol: 332.* (g) *Layman: lib: 5. tr: 6. c. 6. n. 3.*

8. Parochus debet ſanorum confeſiones ordinariè

nariè in Eccleſia, & quidem in patenti loco, ut videri publicè poſſit, audire, & ipſum Confeſſionale, ne pœnitentem videat, debebit habere feneſtellam crate ferreâ occluſam (*a*). Et tenetur deferre ſuperpelliceum & ſtolam, dum audit confeſſiones ſi ſit ſecularis(*b*). In hoc attendenda eſt conſvetudo. Cùm autem fatigatus eſt, aut tempore Jubilei,quando eſt magna frequentia pœnitentium, poteſt dare Jurisdictionem non approbato, ſaltem ex ratihabitione, quando non eſt recurſus ad Epiſcopum longè diſtantem, & urgeat neceſſitas, tunc enim legitimè præſumitur Epiſcopum de præſenti ratam habere illam delegationem Jurisdictionis, & approbare Sacerdotem pro tunc temporis(*c*). Si Parochus ex auditis in confeſſionibus, expertus eſt in pollutiones conſentire,non peccat confeſſiones auſcultando, dummodò determinatus ſit non prolabi, quamvis eas auſcultet (*d*). Si ex ignorantia vel negligentia non monet, aut non cogit pœnitentem ad reſtitutionem, ex probabili ſententia tenetur illatum damnum reſarcire(*e*). Secùs eſt de Sacerdotibus, qui ex officio curam animarum non exercent, quin etiam probabile putat Leſſius, Epiſcopos Parochósq; non teneri, cùm illorum obligatio ex juſtitiæ lege, ſpiritualia reſpiciat (*f*). Deniq; Ruſtici, qui bonâ fide confeſſi ſunt, non expreſſo numero peccatorum, non ſunt poſtea cogendi ab alio Confeſſore numerum omiſſum dicere repetitâ con-
Digitized by Google

confeſſione, ſi facilè deprehendi poteſt, quid ſoleant facere, nec, ſi ſe putant benè confeſſos, de aliquo præteritæ confeſſionis interrogandi, niſi Confeſſor intelligat aliquid neceſſarium defuiſſe(*g*). Et viri hujusmodi non ſunt cogendi ad iterandas confeſſiones (*h*) ſed ad explicandum veriſimilem mortalium peccatorum numerū, & ad hanc interrogationem teneri Confeſſarium (*i*).

*(a) *Vgolin. de off. Epiſc: cap: 15. §. 8. n. 14.* (b) *Congr: Epiſc: in una Albiganen: 8. Novem: 1588.* (c) *Noſter Boſſ: de tripl: Jub: ſect: 3. caſ: 2. §. 4. n. 133. cit: Henriq:* (d) *Jo: Sancius in ſelect: diſp: 21. n. 9.* (e) *Leſſius lib: 2. de Juſt: cap: 3. dubit: 1.* (f) *Idem.* (g) *Sa verbo Confeſſio n: 40.* (h) *Navar: conſ: 12. de pœnit: & remiſſ: n. 2.* (i) *Trid: ſeſſ: 14. de pœnit: cap: 7. omnia, ſingula &c.*

9. Parochus, & quilibet alius Confeſſarius cum Sagis ultrò ad S. Confeſſionem accedentibus, ità ſe gerere debet, nimirum, ſi mulier ad Confeſſionem veniens ob aliqua indicia vel aſſerta ejus, ſibi Confeſſario de maleficijs ſuſpecta ſit, proponat illi ex una parte periculum animæ, in quo verſatur niſi ritè confiteatur, ex altera verò parte obligationem maximam ſigilli Sacramentalis, ut mors potiùs Confeſſario perferenda ſit, quàm peccatum quodcunq; pœnitentis directè vel indirectè ſignificare ei liceat, ideóq; quæ coram Confeſſario tanquam DEI Vicario peccata faſſa fuerit, Sacratiſſima fore, per-

perindè ac ſi nulli hominũ dicta fuiſſent. Quod ſi Confeſſarij exhortatione permotâ confiteatur ſe Sagam eſſe, plurimùm expedit, ut diligenter & exactè exquirat, quo tempore, quâ occaſione in tale crimen lapſa fuerit; cùm enim mulieres tales in dictis ſuis inconſtantes eſſe ſoleant, enarratis circumſtantijs convinci deinde poterunt, ut quod ſemel dilucidè confeſſæ fuerant, retractare facilè non poſſint. Poſtea examinet confeſſam de modo & qualitate ſuperſtitionis; Utrum ex animo fidei Chriſtianæ renuntiârit; Diabolum adorârit; falſa de DEO & æternitate ſenſerit; An rebus Sacris abuſa ſit; hominibus nocumentũ intulerit in bonis fortunæ aut corpore; num etiam læſerit perſonas valdè conjunctas, ùt maritum, parentes, liberos? Item an Viros principes, Clericos, Religioſos, idq; propter cenſuram excommunicationis &c. Utrum alios ſeduxerit, & an hi in tali crimine perſiſtant: quia tenetur illos ad viam veritatis reducere: aut ſi converti nolint, Magiſtratui deferre (*a*). Qua tamen denunciandi obligatione non adſtringetur, ſi exinde probabile periculum immineat in ſuſcipionem atque capturam veniendi. Et quia difficile, quamvis non impoſſibile eſt, è poteſtate diaboli eripere eos, quos ſibi devinxit inito pacto, magnam operam Confeſſarius adhibere debet. I. Ut agnoſcere incipiat hoſtis infeſtiſſimi mendacia, fraudes, & falſa promiſſa. II. Ut abjurato diabolo,

bolo, fidem & ſpem in DEO concipiant, qui peccatores omnes ad ſe invitat, & reverti volentes recipit: Eximenda eſt enim ipſis perſvaſio, quam multæ habere ſolent, propter pactum initum, à dœmone liberari non poſſe(*b*). III. Frequentes præces, ùt Litaniæ Sanctorum, & variæ Collectæ, quæ ſi vel ab ipſo pœnitente, vel alio coram ipſo, Spiritu DEI fervente recitentur, maximam vim habent ad diabolum repellendum. IV. Crucis ſignum, Sacræ Imagines, & Reliquiæ Sanctorum, Aqua, Agni Dei & ſimilia benedicta(*c*). V. Frequens peccatorum Confeſſio, facta apud eundem Confeſſarium, qui ſtatum hominis cognitum habet, ut congruas interrogationes formare, & apta remedia præſcribere poſſit. VI. Fidei Catholicæ ſæpiùs repetita profeſſio, frequens recitatio Symboli Apoſtolici (*d*).

*(a) *Mart: Detr: lib: 6. diſq: Magic: ſect: 3. §. Quo ad interrogatoria.* (b) *Barth: Spineus de Strigibus q. 32.* (c) *Leſſ: lib: 2. c. 44. n. 5.* (d) *Layman in Theol: mor: lib: 3. tr: 6. c. 5. §. Unico. n. 18.*

10. Parochus ſeu Confeſſarius non debet Sagas à Judice captas, vel condemnatas: I. Ante judiciale examen ad Sacram Confeſſionem admittere; quia ſpe liberationis conſequendæ, innocentiam tunc ſuam prædicare ſolent, & vix adigi poſſunt, ut crimen confiteantur, dum timent ſibi à delatione. Quamobrem conſvetudo in plerisq; tribunalibus viget, non admittendi

di Confeſſarios ad Reos, priusquàm omni examine expedito, noxij judicati ſint. Quamvis niſi conſvetudo prohibeat, nihil obeſſe videtur, quò minùs Confeſſarius prudens, etiam ante judiciale examen, Sagas, alióſve Reos ſuſpectos accedat, ad contritionem de peccatis ſuis diſponat, ad patientiam & obedientiam Magiſtratui debitam ſeriò cohortetur. II. Cavere debet ne coram Reo reprehendat, aut in dubium revocet modum procedendi, aut Sententiam Judicis: Igitur quærimoniæ præſertim à fœminis plerumq; mendacibus, de injuria ipſis facta, admittendæ haud ſunt: cum officium Confeſſarij non ſit talia judicare; ſed Reos ad veram pœnitentiam diſponere, ad patientiam & mortem, ſi ità opus ſit, fortiter perferendam hortari, eorundémq; confeſſiones audire. III. Expedit Confeſſario utcunq; cognita habere, quæ in judicio acta fuerunt, quæ indicia & probationes depræhenſæ, quæ mira acciderunt per Aquam benedictam, Agnos Dei &c. Ut ſi poſtea per inconſtantiam ſuam coram Confeſſario crimen negent, refelli poſſint, atq; convinci, additâ exhortatione, ut in vitæ ſuæ termino ſincerè agant coram DEO, ejúsq; Miniſtro Sacerdote; neq; ſinant ſe à dœmone decipi, atq; ad æternas pœnas deduci. Ità enim fiet, ut ſi Sagæ virum prudentem atq; gravem nanciſcantur, qui non facilè earum excuſationibus, & quereſis moveatur, deníque ad cor redeant, atq; ad

DE-

Deum convertantur. IV. Si Saga Confeſſario fateatur crimen, ſtatim illam examinet de modis & circumſtantijs, ut paulò ante dictum eſt, poſtea cohortetur & diſponat illam ad veram pœnitentiam, propoſitâ magnâ Dei miſericordiâ: per quam id jam conſecuta ſit, ut facilè è faucibus dœmonum eripi poſſit, alioquin æternùm cum ipſis arſura, animetur ad fortiter ſubeundum ſupplicia corporis brevi tempore duratura, quibus ſatisfacere poterit pro peccatis ſuis, atque diu duraturas alterius vitæ pœnas redimere. Sin autem Saga in judicio confeſſa, apud Confeſſarium conſtanter dicat, ſe innocentem eſſe & tormentorum metu confeſſione extortam; ſi eam verum dicere conſideratis circumſtantijs arbitretur (præſertim cum in foro interno Confeſſionis credendum ſit Reo, ſicuti dicenti contra ſe, ita & dicenti pro ſe) hoc caſu eam conſolari poteſt; Etiam Martyres paſſos fuiſſe immeritos; pœnam hanc fore illi ad meritum, atq; uberem ſatisfactionem aliorum peccatorum ſuorum: Interim verò ſcire debeat, Deum non decipi, ideoq; caveat, ne ſi innocentem ſe faciat contra ſcientiam & voluntatem Dei, cum diabolo perpetuùm luat. *Layman: ibid: n: 19.*

11. Confeſſarius Sagam de crimine ſuo confeſſam examinet, utrum conſortes, ſive ejusdē criminis Reas, quas novit, Judici prodiderit: quia ad id obligatur, ut pernicioſa flagitia à

Ma-

Magiſtratu impediri, atq; extirpari poſſint. Sin verò Saga conſtanter aſſeveret, ſe per invidiam, aut tormentorum metum innocentes denunciâſſe, urgere eam debet Confeſſarius, expoſitâ graviſſimà obligatione, ut falſam denunciationem coram Judice revocet; etiamſi timeat, quòd ob variationem, & inconſtantiam nova tormenta ſuſtinere cogetur(*a*). Modò Spes aliqua ſit Judicem ejuſmodi revocationi, contra priorem juratam judicialem diſpoſitionem fidem aliquam habiturum(*b*). Si Saga conſtanter Confeſſario ingerat, quòd perſonam innocentem denunciàrit, permittere illi, imò ſvadere poterit, ut publicè coram populo retractet, tum quia tali revocatione conſcientiam criminis commiſſi pacatiorem reddet; tum quia negari non poteſt talem revocationem apertè coram DEO teſte factam à morituro aliquatenùs debilitare priorem denunciationem, ut ſi alia etiam indicia commiſſæ antea falſitatis accedant, contra denunciatam perſonam procedi non debet(*c*).

*(a) *Petr. Navar: lib:2. cap:3. n.251.* (b) *Idem ibid: n.20.* (c) *Idem ibid: n. 23.*

12. Confeſſarius ſigillum Sacramentale violaret, ſi, non acceptâ priùs licentiâ, aut non declaratâ voluntate pœnitentis, Judici vel alteri cuicunq; ſignificaret innocentiam perſonæ denunciatæ; eo ipſo ſignificans injuriam perſonæ denuntiantis. Quare ſi in aliquo caſu Confeſ-

ſarius arbitretur conſultum fore, ut Judicem de hac re admoneat, quia alia etiam indicia innocentiæ habentur, roget mulierem, extra Confeſſionem ſibi dicat, ut hoc ipſum Judici ſignificare deinde poſſit, quippe qui perſuaſum ſibi habere debet, Confeſſarium nihil omninò, eorum, quæ in Sacramentali Confeſſione accepit, ſive pro Reo, ſive contra Reum ſint, indicare (a). Si fœmina coram Confeſſario conſtanter neget, ſe Sagam eſſe, dicátq; metu gravium tormentorum ſe maleficij crimen ſibi in Judicio affinxiſſe, debet Confeſſarius. I. Si talis perſona alia peccata ſua rectè confiteri, ideóq; ſincerè agere videatur, illam abſolvere. II. Hortari mulierem, ut conſiderato dedecore, quod ſibi & familiæ ſuæ inferet, nec non mortis malo, cujus ſibi ipſi cauſa exiſtit, Confeſsionem ſuam coram Judice conſtanter retractet, dummodo ſpes aliqua ſit, quòd Judex ante ſententiam latam, Reum retractare volentem auditurus, aut fidem aliquam habiturus ſit. III. Si mulier vel quicunq; alius Reus, qui falsâ confeſſione ſibi crimen impoſuit, ob quod mortis ſupplicio afficiendus erit, perſvaderi ſibi non ſinat, ut retractet, quia timet graviſſima, qualia ante ſe paſſum, tormenta recordatur, iterum inferenda fore, ideóq; mori mavult, quâm ea ſuſtinere, hanc Confeſſarius deniq; urgere non debet ad retractationem, cum talium tormentorum periculo; quia Reus ſe poteſt conformare Sententiæ pro-

Digitized by Google

probabili Doctorum negantium in hoc caſu, obligationem retractandi ſub peccato mortali incumbere(*b*). Si Confeſſarius ex Sacramentali Confeſſione proſpicere ſe arbitratur, mulierem metu tormentorum confeſſam, reverà innocentem eſſe, conſultum non eſt, ut ipſe Judicem tanquam Internuntius & Advocatus hominis confeſſi ea de re moneat. I. Quia Judex huic retractationi extrajudiciali fidem nullam habebit, poſt publicam Rei confeſſionem, aut convictionem. II. Quia ſi ſciatur Confeſſariũ intercedere pro Reis, quos ipſe innocentes eſſe ex Sacramentali Confeſſione ſuſpicatur, alij verè nocentes exinde occaſionem accipient, facinora ſua Confeſſarium callidè celandi, non ſinè gravi Sacrilegio, & animarum ſuarum damno. III. Quia ſi Confeſſarius plures Sagas, vel alios ſupplicij Reos audire ſolitus, de unius, non item aliorum innocentia conteſtetur; hoc ipſo aliorum nocentiam tacitè confirmare videtur (*c*).

*(a) *Petr: Navar: ut ſupra n. 23.* (b) *Idem ibid: n. 24.* (c) *Idem ibid: n. 25.*

EX SYNODO PRAGENSI.

Tit: de Pœnitentia.

C*Um peccata poſt baptiſmum commiſſa, nullâ aliâ ratione poſſint, niſi per Sacramentalem Confeſſionem, quæ fieri debet non generatim & publicè, ſed ſpeciatim ab unoquoq; pœnitente, qui ad legiti-*

gitimi Sacerdotis aures, peccata ſua, eorúmq; numerum, & circumſtantias neceſſariò explicandas, ſingillatim & ſecretò confiteri tenetur, ut Confeſſarius tanquam Judex actum judicialem ex Divina inſtitutione, in eum exercere, & ſententiam proferre valeat, nullo modo ferendum eſt, plurium confeſſiones ab eodem Sacerdote ſimul & turmatim audiri; Ideò decernitur nè Sacerdos quiſquam id Sacrilegij admittere audeat, ut plures, ſive adultos, ſive impuberes, ità turmatim in Confeſſione Sacramentali, contra Chriſti Domini inſtitutum, & morem in Eccleſia Catholica receptum, ſimul audire attentet, pœnâ excommunicationis propoſitâ, ipſo facto incurrendâ; Meminerint Confeſſarij ſervare ſigillum Confeſſionis Sacramentalis, ità ut neq; verbo, neq; nutu. aliáve quavis ratione, alicui revelent directê vel indirectè, quæ in Confeſſione cognoverunt; alioquin præter graviſſimas pœnas, non ſolùm corporales, ſed etiam infamiæ, à Sacris Canonibus contra hujusmodi inflictas, etiam pœnam depoſitionis incurrent. Nihil à pœnitentibus, quovis modo ſacræ Confeſſionis occaſione exigant; Si quid autem eis Eleemoſynæ nomine ab aliquo ſpontè oblatum fuerit, id illos humiliter acceptare poſſe permittitur.

CONFIRMATIO.

I.

PArochus moneat populum, quod, Si quis dixerit Confirmationem baptizatorum oti-

otioſam cæremoniam eſſe, & non potiùs verum & proprium Sacramentum, anathema ſit (*a*). Doceat quoq; quòd omittens hoc Sacramentū ex contemptu, peccat mortaliter; quia non ſinè gravi DEI injuria tantum ejus donum contemnitur (*b*). Non permittat accedere eos, qui de aliena Diœceſi ſunt (*c*). Ratione ætatis poteſt puer trium annorum confirmari (*d*). Item muti & ſurdi, & etiam perpetuò amentes (*e*). Adulti tamen priùs peccata confiteantur, & jejuni confirmentur, ſi manè miniſtratur; non peccat tamen mortaliter, qui Confirmationem ſuſcipit poſt actum contritionis (*f*). Patrinus debet eſſe alius ab eo qui fuit in baptiſmo (*g*). In neceſſitate tamen poteſt eſſe idem, ſicuti etiam in neceſſitate licitum eſt, fratri ſuſcipere fratrē (*h*) & poſſunt eſſe duo Patrini ſicut in baptiſmo (*i*). Nec refert an Patrinus ſit major ætate (*k*). Patrini tamen non ſint excommunicati, interdicti, facinoroſi, aut ignorantes rudimenta fidei (*l*). Sint autem confirmati (*m*). Nullus verò præſentet nisì unum aut duos, non plures (*n*).

*(a) *Trid: ſeſſ: 7. Can. 1.* (b) *eſt communis omnium DD:* (c) *Sà verbo Confirmatio n. 3.* (d) *Barboſ: & Anton: Genuen: in man: Peſt: c. 54. n. 3.* (e) *S. Thomas 3. par: q. 72. art: 7.* (f) *S. Thomas ibid:* (g) *DD: apud Barbóſ:* (h) *Sà v. Confirmatio n. 14 & 16* (i) *Tolet: lib: 2. c. 24. n. 11.* (k) *DD: apud Barboſ.* (l) *Pontifi: Rom:* (m) *Sylv: v. Confirmatio n. 4. Pontifi: Rom.*

Digitized by

☙. Per Confirmationem contrahitur cognatio ſpiritualis (*a*). Etſi plures adhibeantur Patrini, omnes contrahunt (*b*) non tamen à Procuratore (*c*). In Baptiſmate autem vel in Chriſmate non poteſt alium ſuſcipere in filium ipſe, qui non eſt baptizatus vel confirmatus (*d*) & graviter peccat, qui non confirmatus confirmandum tenet; quia reddit eam cæremoniam irritam, nec contrahit cognationem ſpiritualem (*e*) quia ille non eſt legitimus ſuſceptor. Patrinus verò non contrahit obligationem inſtruendi confirmatum, quia id Jure ſtatutum non reperitur, ſicut de Patrino baptiſmi (*f*). Et amentes poſſunt confirmari (*g*) quia non debent privari gratiâ hujus Sacramenti, cujus ſunt capaces, & per accidens eſt nunquam eſſe pugnaturos. A fortiori dic, ſi quis uſum rationis habuerit, & poſtea in amentiam inciderit; quia adeſt interpretativa hominis voluntas ſuſcipiendi tempore opportuno Sacramenta, niſì conſtet alioquin cum peccato mortali in amentiam incidiſſe (*h*). Porrò frons Chriſmate uncta vittâ ligetur, quæ circumferri debet, & non antea ablutio fieri, quàm unctio ſiccata ſit, quamvìs in ea re cujusq; loci conſvetudo ſervanda ſit (*i*). Nam alicubi mos eſt, ut mox poſt collatum Sacramentum frons abluatur à Miniſtris in fonte baptiſmatis: Si autem id non fiat, circumferri ſolet vitta quibusdam locis duntaxat tribus diebus, quibusdam verò ſeptem, idque

juxta veterem traditionem(*k*). Poſtquam verò frons lota, & vitta depoſita eſt, ea comburi ſolet, & aliquibus locis in profluentem mitti. Quamvis nihil obeſſe videtur, ſi diligenter lota in Sacrario, vel alio honeſto loco aſſervata, deinde ad ſimilem ſacrum uſum adhibeatur. Ad profanos tamen uſus applicari non debet, cum per Sacri Chriſmatis contactum quodammodò ſacrata ſit(*l*).

*(a) *Bonac: diſp: 3. punct: 4. n. 3.* (b) *Svarez l. c. q. 72. coment: art: 10. ex c. Quamvis de cognat: ſpirit:* (c) *Coninck diſp: 33. dub: 2. n. 40.* (d) *Cap: in baptiſmate de conſecr: diſt: 4.* (e) *Coninck. de Sacram: q. 72. art: 10. n. 94.* (f) *Idem ibid.* (g) *Zambran: de caſ: temp: mortis c. 2. d. 5. n. 3.* (h) *Laym: lib: 3. tr: 3. c. 5. n. 3:* (i) *Svarez diſp: 37. ſect: 2.* (k) *Amal: lib: 1. cap: 40.* (l) *Layman. in Theol: moral: lib: 3. tr: 3. c. 8. n. 2.*

3. Matricula debet fieri à Parocho illorum, quibus in Oppidis Epiſcopus confert Confirmationem. *Poſſev: tract: de off: Paroch: c. 12. n. 43.* Titulus libri ſic conficiatur: Liber Confirmatorum Sacramento Chriſmatis in Parochia Sancti N. Deſcriptio modo ſequenti fiat: Die --- Menſe --- Anno --- N. ætatis annorum --- filius N. & N. ex Parochia Sancti N. Chryſmatis Sacramento fuit confirmatus à Reverendiſs: D. Epiſcopo N. Patrinus ſeu Matrina fuit N. ex Parochia Sancti N. adminiſtratum verò fuit hoc Sacramētū in Eccleſia Parochiali Sancti N.

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: de Confirmatione.

QUamvìs ad animarum Rectores non ſpectat hujus Sacramenti adminiſtratio, cùm id Epiſcopis competat, tenentur tamen ſedulò inveſtigare, an in propria Parochia aliqui ſint, qui Confirmationem non ſuſceperint, quos omnis cohortationis officio inducant, ad eam, cùm primùm facultas dabitur, humiliter & devotè ſuſcipiendam. Atq; ut ad hujuſmodi Sacramentũ promptiores ſe reddant, ejus excellentiam & virtutem, ex Cathechiſmi Romani doctrina, atq; monitiones noſtras hoc decreto comprehenſas, tribus diebus Pentecoſtes, & alio etiam tempore, quo illud per Nos, ſeu per Suffraganeum noſtrum miniſtraturi erimus, fidelibus exponant; videántq; diligenter, ut omnibus innoteſcat Cognatio ſpiritualis, quæ in hujus Sacramenti miniſterio orta intercedit; Eadem enim eſt, quæ in Baptiſmo contrahitur, nempe inter Confirmantem & Confirmatum, Confirmatíq; Patrem & Matrem: atq; inter ſuſceptorem & ſuſceptum, ſuſceptíq; Patrem & Matrem. Septennio minores ad hoc Sacramentum non admittantur, ut faciliùs Confirmationis ſuſceptæ memores eſſe poſſint, quæ ſinè Sacrilegio iterari non poteſt. Qui ad annos diſcretionis pervenerint, non ſolùm jejunio & orationibus, ſed etiam, ſi poterunt, Sacramentali Confeſſione atq; Sacræ Euchariſtiæ perceptione, ad illud ſe præparent, ut hujus Sacramenti effectus uberiùs conſequantur. Provideatur

tur autem, ut eo die Miſſæ Sacro omnes devotè interſint, ſi fieri poterit. Ad hoc Sacramentum accedant fideles, fronte non ſordidâ, aut capillis, ùt aliquando ex nimia contigit accedentium incuria, indecenter contecta; Non gladio, aut pugione accincti; Atq; tam qui confirmantur, quàm eorum Suſceptores ab Eccleſia non diſcedant, priusquàm Epiſcopalis benedictio data fuerit. Nulli præterea Patrini, ſuſceptioréſve adhibeantur, qui infideles, hæreitci, excommunicatíve ſint, vel interdicti; Neq; viri Regulares, nec Abbatiſſæ, Monialéſve; neq; item eorum qui confirmantur, parentes, filiíve, aut qui confirmandum levavit de ſacro fonte; Nec qui Sacramentum Confirmationis nondum ſuſceperunt. Permittitur tamen, ut viris Regularibus viri Regulares, & Monialibus Moniales, patrini, matrináve reſpectivè eſſe poſſint. Demùm, niſi aliud neceſſitas poſtulaverit, fœminis viri, ſeu viris mulieres nullo modo adhibeantur.

In hujus Sacramenti ſuſceptione fideles manus ad pectus junctas teneant; quo in ſtatu permanebunt, quoad frons medullâ panis, & aquâ rectè abluta, & mappâ nitidâ abſterſa erit. Nemo autem frontem Sacro Chryſmate illitam attingat, etiam ſigno Crucis ſe muniendi cauſâ, priusquam abluta, ùt ſuprà, ſit, atq; abſterſa, Meminerint autem recenter Confirmati, ob Sacramenti reverentiam, debere eo ſaltem die, à frontis lotione abſtinere. Qui literarum rudes ſunt, ultra ſolitas, orationes, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apoſtolorum

lorum, ſingulis ſeptem diebus, ſaltèm ſemel recitent, memores ſeptem cæleſtium donorum, illius Sacramēti virtute ſibi collatorum, in quibus religiosè conſervandis ſolliciti eſſe debent. Patrini omnes eorum, quos ſuſceperunt, curam gerant, eos Doctrinæ Chriſtianæ rudimenta doceant, & cætera omnia præſtent, quæ de Patrinis in Baptiſmo adhibitis, ſancita ſunt.

CONSENSUS MATRIMONIJ.

I.

PArochus tenetur interrogare contrahentes de mutuo conſenſu, utrum .ſ. fœmina velit ducere virum, & vir fœminam (*a*). Aliàs graviter peccaret (*b*) nisi certus eſſet de mutuo conſenſu illorum (*c*). Verba autem conſenſum conjugalem exprimentia de præſenti ſunt, primò: Si vir coram Parocho & teſtibus dicat fœminæ: *Accipio te in meam Uxorem*, & fœmina reſpondeat: *Et ego te in Virum accipio* (*d*). Et idem eſt, ſi viro dicenti: *Accipio te in meam*, fœmina reſpondeat: *Placet*, vel *Conſentio* (*e*). Si contrahentes coram Parocho & teſtibus dicant ad invicem: Quòd ſe recipiant in virum & uxorem; vel, quòd ſe mutuo conſenſu conjungant, vel dicant eidem Parocho: Quòd ſe mutuo conjungant (*f*). Et ſic erit Matrimonium, ſi vir dicat: *Habeo, teneóq; te in Uxorem ex nunc; Ex nūc reputo te in Uxorē, ipſâ fœminâ conſentiente*: cùm hæc omnia deſignēt cōſenſum de præſenti (*g*). Si vir dicat: *Ex nunc* vel, *ſemper*, vel *omnibus* die-

diebus vitæ meæ, vel *deinceps*, vel, *poſthac*, *vel*, *ab hoc tempore habebo te*, vel *tenebo te in Uxorem*, vel, *volo habere te, & tenere te in Uxorem*, vel, *Providebo tibi ſicuti Uxori*, vel, *Tractabo te ſicut Uxorem*, vel, *Eris mea Uxor, & fœmina conſentiat*, erit Matrimonium; quia licèt hujusmodi verba quoad formã ſint de futuro, ſignificant tamen conſenſum de præſenti ratione adjũcti, ſcilicet propter dictiones, & particulas illas adjunctas: *Ex nunc*, vel, *ſemper*, vel, *Omnibus diebus vitæ meæ*, vel, *deinceps*, vel, *poſthàc*, vel, *ab hoc tẽpore* (*h*). Si verbum *Volo* adjungitur rei ſeu accuſativo rei, ut, *Volo te in Uxorẽ*, judicatur conſenſus de præſenti, & inducitur Matrimoniũ, eò quòd ea verba importent actũ executivũ, nec aliter verificari poſſint (*i*); Tumquia verbum *Volo*, ab eo prolatum, qui habet liberam actus exequẽdi facultatẽ, ſui natura eſt diſpoſitivum (*k*). Tumquia verbum, *habere*, in hac clauſula præſens tẽpus deſignat (*l*). Nec dicitur quis habere id, quod licet poſſit habitu, actu tamen non habet (*m*); Neq; obſtat, quòd ſi quis dicat: *Ex nunc te baptizabo in nomine Patris, & Filij & Spiritûs Sancti*, *ſimul abluens*, non erit verus baptiſmus, quia non ſunt verba de præſenti, quamvis factum ipſum denotet intentionem de præſenti, quia baptiſmus habet verba determinata, qualia non habet matrimonium, ſed ſufficiunt verba, vel ſigna qualiacunque ſint conſenſum de præſenti exprimentia. Idem eſt dicendum, quando quærenti; *Vis hanc*

in

in Uxorem, vel, *Hunc in Virum*, & reſpondeat vir & fœmina, *Placet*, vel, *Volo* (*n*). Et ita ſolet ad interrogationem Parochi communiter Matrimonium contrahi.

*(a) *Valer: Reginald: lib: 31. n. 175.* (b) *Baſil: Pont: c. 26. §. 2. verſ; ex quibus condit: 6.* (c) *Bonac: q. 2. punc: 8. n. 40.* (d) *Cap: Si inter, de ſponſal: & cap: licet, de ſponſa duorum.* (e) *Covarr: n. 1. in epit: ad 4. decretal: p. 2. cap: 4. §. 1.* (f) *Trid: cap: 1. ſeſſ: 24. de reform: Matrim: ibi. Parochus viro & muliere interrogatis &c.* (g) *ex comuni.* (h) *cap: ex parte, de ſponſal: cap: Si quis divinis 30. q. 5. & DD.* (i) *Covarr: ubi ſupra n. 2.* (k) *Oddus tract: de compend: ſubſtitut: part: 5. art: 1. n. 6.* (l) *nomen filiarum §. de verb: ſignifi:* (m) *Clemen: unic: de off: Vicari* (n) *Sylv: v. Matrim: 2. q. 10. verſ: Sextum.*

2. Formulæ iſtæ: *Volo contrahere, conſentire, accipere, ducere te in Uxorem, te habere, tenere in Uxorem, te eſſe Uxorem*, citra omne dubium important conſenſum de præſenti, & inducunt matrimonium (*a*) Primò quidem quando conſtat de mente contrahentium (*b*). Secundò quando præceſſit tractatus de contrahendo matrimonium de præſenti (*c*). Tertiò quoties loci conſvetudo, ſeu communis uſus loquendi trahet, ut per ea verba: *Volo ducere, contrahere*, inducatur Matrimonium de præſenti cæteris neceſſarijs intervenientibus; quia cùm contrahentes conſvetudinis non ignari, his verbis utantur ſatis ſibi ipſis indicant ſe matrimonium velle con-

contrahere de præſenti(*d*). Quartò quoties interveneritParochus & teſtes cum benedictione (*e*). Quintò ſi apparatis nuptijs, convocatis amicis & propinquis, & intervenientibus alijs actibus fieri ſolitis, dum matrimonium de præſenti contrahitur; talia verba quis protuliſſet, quod procederet etiam poſt Tridentinum, ubi obligat, ſi non deeſſent Parochus & teſtes (*f*). Sextò quoties prædicta verba: *Volo tecum contrahere, te accipere in Uxorem*, eſſent deliberatè prolata animo contrahendi, & ad interrogationem alterius, de Matrimonio ineundo agentis, ut ſi mulier à viro interrogata: *Vis mecum Matrimonium contrahere*, vel, *me accipere in Virum*, ipſa reſpondiſſet: *Volo, Placet contrahere*(g). Contra Sanchez & Sotum; quia licet ſecundùm ipſos: *Velle contrahere*, non eſt, *Eſſe contrahere*, tamen ex deliberatione ſupponimus conſenſum contrahendi de præſenti, utpotè, quia de hoc agitur, & ità ſubjecta materia hoc expoſtulat. Septimò quando facto ipſo, aut aliàs tacitè, nedum expreſsè id partes oſtendant. Octavò, quando ſunt aliæ conjecturæ, nam & illæ ad hoc ſufficiunt(*h*).

* (a) *Noſter Boſſius de Matrim: contract: c. 3. §. 43. n. 198.* (b) *Sanchez. diſp: 18. n. 2. & ſeq:* (c) *Rot: in deciſ: Burat: deciſ. 713. n. 2.* (d) *Molin: lib: 1. de ritu nupt: comparat: 20. n. 38.* (e) *Rebell: de obligat: Juſt: p. 2. q. 3. n. 5.* (f) *Idem ibid:* (g) *Molin: loc: cit.* (h) *Rot: in d. deciſ: Burat: 713. n. 2.*

Si

3. Si Vir dicat: *Promitto tibi, me te ducturum in Matrimonium*, vel exprimendo ipſi conſenſum de præſenti dicat: *Accipio te in meam*, & ipſa taceat, nullo neq; Parente, neq; extraneo pro ipſa reſpondente, non valent Sponſalia, vel matrimonium; quia cum puella in tali caſu non teneatur contradicere, taciturnitas non habetur pro expreſſione conſenſûs, juxta regulam Juris: *Qui tacet; nec fateri, ſed nec utiq; negare videtur* (a). Niſì evidenter puellæ notum & compertũ eſſet, matrimonium illi maximè fore commodum; vel niſì à puella alia verba, vel ſigna præceſſiſſent, oſtendentia voluntatem enixam illius, contrahendi cum tali viro; nam tunc taciturnitas poſt conſenſum de præſenti à viro expreſſum, haberetur pro expreſſione conſenſûs, & reputaretur ſilentium puellæ ex ſola verecundia. *Facit caſus ſequens.* Cùm puella nobilis Barcinonæ contradicente Matre, nobili cuidam Viro nuberet, atque adſtantibus Parocho, Teſtibus, & pleriſq; alijs poſt interrogatum Virum, & ab eo præſtitum conſenſum ſolitis verbis: *Ego te in Conjugem &c.* Et cùm ad Eam eſſet ventum, nunquam ob verecundiam, quod Matre nolente nuberet, potuit dicere illa verba: *Ego te in Virum &c.* Et cùm inſtanter à Parocho & alijs urgeretur, nihil aliud reſpondebat, niſi; *Jam dixi*. Rota Romana duplici deciſione judicavit pro Matrimonij validitate, quaſi illa taciturnitate, junctis illis verbis: *Jam dixi*, ſufficienter

ex-

Digitized by Google

expreſſiſſet ſuum conſenſum, quem ob verecundiam verbis expreſſis & conſvetis non potuit exprimere, ex eo quòd ex alijs ſignis præcedentibus potuit conſtare de puellæ voluntate(*b*). Modus loquendi: *Habebo te in Uxorem*, vel, *Tenebo te in Uxorem*, non efficit, nisì Sponſalia, ſeu obligationem contrahendi impoſterum, matrimonium (*c*); quia dicta verba non denotant conſenſum de præſenti, ſed tantùm de futuro matrimonio: Secùs ſi adderetur: *Ex hoc tempore*; quia hæc denotant ſtatim executionem, & conſenſum de præſenti. Neq; Matrimonium contrahitur his verbis: *Nunquam te derelinquam pro alia* (*d*) quia ſonant de futuro, & nullo modo denotant conſenſum de præſenti; Et ſunt tantùm Sponſalia ſub conditione, ſi dicens conjugalem vitam elegerit, quam tamen ex vi dictæ promiſſionis non tenetur eligere. Si uterq; contrahentium dicat nudè & ſimpliciter: *Eſto meus, & eſto mea*, non important matrimonium, quia eſt futurum imperativi, quaſi rogantis & petentis conſenſum: Ut, *Eſto meus hæres*, non ſignificat ſtatim eſſe hæredem; Secùs ſi diceretur: *Poſt hàc*, vel, *Eſto nunc meus, eſto mea*(*e*). In his formulis: *Non ducam aliam, niſi te*, vel, *non habebo aliam in Uxorem nisì te*, vel, *quàm te*, vel *præter te*, *Nolo aliam Uxorem nisì te*, vel, *quàm te*, vel, *præter te*, ſemper eſt attendendus animus promittentis, & ea, quæ antecedunt, vel ſequuntur promiſſionem & matrimonium, vel Sponſalia

ſalia, vel neutrum, ſi ità ex his colligatur, & in hoc conveniunt omnes(*f*). Si nihil certi ex his colligi poteſt, tunc particula exceptiva in prædictis propoſitionibus negativis includit affirmationem, ſeu ſenſum affirmativum efficit, ac proinde inducit Sponſalia, vel matrimonium juxta ſignificationem conſenſûs de præſenti, vel de futuro verbi adjuncti(g); quia particula ſeu dictio exceptiva, *Niſi*, præcedentem negationē ſubſequens, affirmat, ſeu affirmare facit id quod ponit; ſi verò præcedentem affirmationem ſequatur, id negat, ſeu negationem operatur(*h*). Confirmat Sylveſter; quia illa exceptiva, *Promitto, quòd non habebo aliam niſi te*, ſecundùm omnes ſic exponitur: *Promitto, quòd te habebo, & aliam à te non habebo.* Favent etiam modi loquendi Scripturæ Lucæ 11. *Non dabitur ſignum, niſi ſignum Jonæ Prophetæ*, id eſt, dabitur ſolùm ſignum Jonæ &c.

*(a) *DD: comm:* (b) *Molin: lib: 1. de ritu nupt: comparat: 3. n. 72.* (c) *Jo: Andr: in cap: ex parte n. 3. de Sponſ:* (d) *Felix Maleolus in tract: de Matrim:* (e) *Sanchez d. diſp: n. 20.* (f) *N. Boſſius d. cap: 3. §. 45. n. 224.* (g) *Rot: Rom: apud Farinac: in recentioribus 1. pot: deceſ: 772. n. 7.* (h) *Barboſ: de diction: dictione 186. n. 3.*

CONSVETUDO.

I.

CONſvetudo non eſt alteranda ob devotionem

nem (*a*) ſervanda eſt ſolita circa ordinem procedendi in proceſſionibus quæ fiunt per annum (*b*). Item in celebratione Miſſarum in die Nativitatis & Reſurrectionis Domini (*c*). Et, ut campanæ non pulſentur in Salutatione Angelica ante pulſationem in Eccleſia Matrice(*d*). Item ut infantes poſſint baptizari à quibuscunque Præsbyteris, vel Canonicis Civitatis, dummodo id fiat de licentia Ordinarij, & ſinè præjudicio Jurium, & emolumentorum Archipresbyteri, ſive Curati (*e*) ac præterea quod durante tempore Paſchali cereus accendatur in omnibus Solemnitatibus & horis(*f*). Circa thurificationem quoq; Baronis Domini loci(*g*). Et illa etiam univerſalis Eccleſiæ, quod Præsbyteri omnes feriâ 5. in Cœna Domini non celebrent, ſed Communionem ſumant de manu Epiſcopi, vel celebrantis(*h*) ac demum ejusdem univerſalis Eccleſiæ, quod campanæ Sabbatho Sancto non pulſentur, antequam ſint pulſatæ in Eccleſia Cathedrali (*i*).

*(a) *S. Congr: Rit: in Arimin: 16. Octob: 1604.* (b) *Ead: in Cameriens: 30. Auguſt: 1602.* (c) *Ead: in Terent: Crypteliarum 3. Septem: 1605.* (d) *Ead: in Oriolen: 21. Aug: 1601.* (e) *Ead: in Neritionen: 9. Maij, 1608.* (f) *Ead: in Placent: 19. Maij 1607.* (g) *Ead: in S. Agathæ 17. Novemb: 1607.* (h) *Ead: in Civitaten: 27. Septem: 1608.* (i) *Ead. in Marſicons: 21. Martij 1607.*

2. Conſvetudines laudabiles & immemoriabiles

biles non tolluntur per Cærimoniale (*a*) quod habet locum in omnibus Regnis & locis Chriſtianitatis(*b*). Et quæ in honorem DEI & Miniſtrorum ejus introductæ laudabiliter, ſunt ſervandæ & tuendæ(*c*). Secùs quæ ſinè certa auctoritate, & non ad honorem DEI introductæ ſunt(*d*). Conſvetudo quoq; dandi benedictionem in fine Miſſæ defunctorum, & celebrandi commemorationem omnium defunctorum in die Dominico abuſum eſſe declaratur(*e*), niſi conſvetudo ſit immemorabilis, quia tunc ſervanda eſſet (*f*) conſvetudo autem tenendi beneficium curatum vel ſimplex ſimul cum capellania in eadem Eccleſia, eſt ſublata(*g*). Præter cæremonias ſtatas & in Rituali præſcriptas poteſt obſervare Parochus nonnullas conſvetudines in rebus ad munus Parochiale pertinentes, ſi probæ ſint & honeſtæ, & adhuc vigeant, vim enim legis obtinent (*h*). Debet etiam cæremoniarum Sacrarum vim & intelligentiam ſcire, & fidelibus exponere (*i*). Quæ vel ſuperſtitionem, vel mali ſpeciem præſeferunt, vel quibus populus abutitur, non ſunt tolerandæ, ſed abolendæ, vel per Parochum, vel potiùs per Epiſcopum (*k*). Nec Parochus debet conſvetudines vel leges novas inducere, quovis pietatis prætextu. *v. g.* populo jejunia indicere, vacationem à laboribus, publicas extraordinarias proceſſiones inſtituere &c. quia vel ſunt odioſæ in communitate, vel quia propriè ſpectant ad Epiſcopos(*l*).

*(a)

*(a) *Congr: Ritu: in Brunduſina 17. Septemb:* (b) *Ead: in Elborenſ: 17. Junij 1606.* (c) *Ead: in Narnienſ: 16 Julij 1605.* (d) *Laym: lib: 1. tract: 2. cap: 8. n. 3.* (e) *Ead: in Auguſtan: 14. Septẽ: 1605.* (f) *Ead: 7. Octob: 1606.* (g) *S. Cong: Concil: teſte Garc: de beneſ: part: 5. cap: 8. n. 87.* (h) *Manual: Paroch: p. 2. n. 7.* (i) *Cathechiſ: Rom: p. 2. de baptiſ: §. 45.* (k) *Idem: Manual: ibid:* (l) *Idem ibid.*

CORPORALE.

PArochus adhibens Corporalia immunda peccat, & quidem graviter ſi valde notabiliter ſint immunda; facit enim contra reverentiam tanto Sacramento debitam, in re quæ proximè attingit Corpus Chriſti (*a*). Debent eſſe ex lino(*b*). In extima parte eorundem addi poteſt ſericum & aurum (*c*), benedicuntur unà cum palla(*d*). Poſt uſum & lotionem non debent iterum benedici(*e*). Et remanet conſecrata, quamdiu manent integra & non fracta notabiliter(*f*). Non debent tangi à laicis nec à Sacratis fœminis(*g*). Neq; lavari debent in vaſe communi(*h*). Poſt primam lotionem poſſunt tangi & reparari à non Sacris antequam iterum adhibeantur(*i*).

*(a) *Sà ver: Sacra: n. 5.* (b) *cap: conſulto de conſecr: diſt: 1.* (c) *Svarez par: 3. diſp: 81. ſect: 6.* (d) *Pontif: Rom:* (e) *Sylv: v. Corporalia q. 2.* (f) *S. Thom: 3. p. q. 83. art: 3. ad 7.* (g) *cap: Sacratas diſt: 23.* (h) *Ordo Rom.* (i) *Sylv: v. Corporalia q. 1.*

EX SYNODO PRAGENSI

Tit: De Sacriſtia.

Corporale è tela linea pura & candida ſit, ac ſimplex item, nihilq; elaboratum, & nihil ſericum intextum habeat; Ab oris autem acus opere ſimplici punctim ſolùm retortum ſit, longè latéq; pateat ulnam unam, ità verò complicatum, ut nulla ejus extremitas appareat. Palla ex eadem tela conſtet, qua corporale, ſed duplicata, longitudinis & latitudinis tertiæ partis ulnæ. Ea autem magis munda habebitur, ſi nulla ex parte ſerico elaborata ſit, & ſemper cum corporali lavetur. Corporalium capſulæ è ſpecioſo ligno, aut certè condecenter ornato ſint, intus verò ſerico, aut tenui panno lineo circumveſtitæ, formâ quadratâ. Habeantur itidem capſulæ purificatoriorum, quæ quoq; veſtitæ & expeditæ ſint.

EX EADEM SYNODO.

Tit: de Euchariſtia.

Sub veſculo Monſtrantiáve extenſum continuò ſit candidum corporale amido illitum, quod ſingulis ſaltèm duobus menſibus mutetur, ut mundum ſemper habeatur.

CRUX.

Crucem deoſculandam porrigere Epiſcopo ingredienti aliquam Civitatem ſpectat ad digniorem illius loci, etſi non ad illius Eccle-

Eccleſiam, ſed ad aliam Parochialem dirigatur; Cùm verò Parochialem Eccleſiam ingreditur, debet hoc præſtari à digniori illius Eccleſiæ licet ſint præſentes Canonici Cathedralis vel Collegiatæ (*a*). Cruces vel nova inſignia, præter ſolitum, in Proceſſionibus deferre non licet (*b*). In funeralibus unica tantum Crux deferri debet illius Eccleſiæ ad quam corpus defertur (*c*) dummodò non interveniat Capitulum Cathedralis, ſub qua omnes funus aſſociantes incedere debent (*d*). Attenditur autem conſvetudo loci canonice præſcripta (*e*).

*(a) *Cong: Rit: in Calagurgitana 1. Junij 1601.* (b) *Ead: in Caropolitan: Nullius. 4. Martij 1606.* (c) *Ead: in Narnien: Si Gemin: 30. Sepemb: 1614.* (d) *Ead: in Anduen: 22. Novemb: 1631.* (e) *Ead: 29. Julij 1616.*

Ex Synodo Pragensi

Tit: de SS: Imaginibus, Eccleſiarum cultu. Sacriſtia, & S. Euchariſtia.

Præterea pro Sacroſanctæ Crucis cultu, & veneratione, jubemus, nè ea humi exprimatur, néve ſordidis, & aliqua labe inquinatis locis. Quavis in Eccleſia, præſertim Parochiali, loco eminenti, & congruo, Crucis & CHRISTI Domini in ea affixi imago, ligno, alióve genere piè, decoréq; expreſſa, propoſita aptáq; collocata perpetuò habeatur. In qualibet Sacriſtia, loco magis conſpicuo, ſit Sacra Ima-

go, tum etiam Altare, Cruce & candelabris munitum, vel ubi præ ſitûs anguſtia, Altare conſtrui non poſſit, armarium ſeu veſtiarium illius Altaris vicem gerat. Cum S. Euchariſtia ad Infirmos defertur, adhibeatur Crux decens, in qua CHRISTI Domini imago decorè expreſſa, pietatem excitet; Ea autem infirmo porrigatur à Sacerdote, ut ad Sacrorum Rituum præſcriptum, ipſam adoret, priusquam Sacram ſumat communionem.

DECIMÆ.

I.

PArochus de Jure communi habet fundatam intentionem reſpectu omnium Decimarum intra ſuæ Parochiæ limites exiſtentium propter ſpirituale miniſterium; & ità quidem ad eum ſpectare cenſentur ut ſi cum Monaſterio, Clerico vel Laico ſeu quocunque qui Parochus non eſt, ſuper Decimis litiget, non cogatur Jus ſuum probare, ſed Adverſariј debent contrarium oſtendere(*a*). Imò quamvis aliàs ſpoliatus ante omnia reſtituendus, ſpoliatus tamen à Parocho ſuper decimis non reſtituitur, niſi plenè de Jure ſuo docuerit (*b*) quod ſic eſt intelligendum, ſi nimirum ſpoliatus *aliquamdiu* id eſt, modico tempore fuerit in poſſeſſione, & ità non tantùm contra illius Jus decimandi, ſed etiam contra poſſeſſionem præſumatur; aliàs enim daretur anſa Parochis aliorum Jura libe-

liberè invadendi, litem movendi, pacem turbandi, ſcandala violentiarum excitandi &c. quod utiq; Juri & æquitati conſentaneum non eſt, cum regulare ſit, quod etiam vero Domino non liceat violenter poſſeſſionem rei ſuæ apud aliam exiſtentem invadere ſub pœna amiſſionis dominij (*c*) & prædo etiam ſpoliatus reſtitui debeat (*d*) à qua regula æquitate plena & pace Reipubl: conſulente, non ità facilè recedendum eſt, quin potiùs Jura Juribus concordanda (*e*). Debent igitur peti decimæ nec poſſunt propriâ auctoritate capi (*f*).

*(a) *C. cum contingat. & c. cum in tua tit: de decimis.* (b) *c. 2. de reſtitut: ſpoliat: in 6.* (c) *L. ſi quis in tantam 7. C. Unde vi. §. ſed ne. l. de vi bon: rapt:* (d) *c. in literis. 5. de reſtit: ſpol: l. 1. §. qui à me. ff. de vi & vi arm:* (e) *c. cum expediat de elect. in 6.* (f) *Noſter Moneta de Decimis c. 8. q. 3. concl: 1.*

2. Decimæ ſecundùm primam inſtitutionem non ſolis Parochis, ſed alijs etiam Miniſtris Eccleſiæ debentur, tum ad neceſſariam alimoniam, tum ad uſum Templi, & miniſteria. Neq; enim ſoli animarum Paſtores, ſed alij quoque de Clero, ùt Levitæ olim, ſeparati & Divino cultui mancipati ſunt: ob eamq; cauſam Jus habent participandi ea quæ offeruntur, ut qui Altari ſerviunt, de eodem vivant (*a*). At verò poſt factam Diœceſium diviſionem, quæ Apoſtolis adſcribitur, primò & principaliter animarum Curatoribus, Epiſcopis, dico, & Paro-

rochis perſolvendæ ſunt. Ratio ex juſtitiæ debito ſumitur; Quemadmodum enim onus onere majus eſt, ità illi majus ſtipendium debetur, vel ſtipendij vice alimonia. Parochorum verò officium majus, & laborioſiùs eſſe nemo ignorat. Sed eodem nomine & jure Epiſcopi gaudent, qui majores Parochi & Curionum ſunt ad totius gregis cuſtodiam à DEO ordinati(*b*). Capitulo quoq; & Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, ac præbendarijs decimæ conveniunt & debentur(*c*). Ratio petenda eſt ex pia voluntate & fundatione Benefactorum, qui Eccleſijs majoribus bona ſua aſſignârunt, ut divino cultui vacantes non carerent vitæ ſubſidijs. Quocirca non tantùm ex virtute Religionis ſed ex juſtitia quoq; illis præſtandæ ſunt decimæ, quia pro labore & Sacro Miniſterio debentur. Neq; obſtare poteſt quorundam negligentia vel improbitas; quamdiù enim munere ſuo funguntur, & Eccleſiæ deſerviunt, attributum iſti Miniſterio ſtipendium merentur(*d*). Clericis verò non curatis, & Regularibus Jus decimarum per ſe loquendo nō competit juxta S. Thomam, qui, ſolis Clericis curam animarum gerentibus tribuit: Religioſis quoq; negat, niſi fortè Parochorum munere fungantur: dari tamen poſſe ac debere per modum Eleemoſynæ, ut qui charitatem alijs præſtant per orationem, jejunia, & alia pietatis opera, viciſſim experiantur illorū charitatem per ſubſidia temporalia. Clerici quo-

quoq; non curati tunc de decimis capere partem poſſunt, cùm in Eccleſia aliquam præbendam habent, vel in miniſterijs ſe exercent(*e*). Multò minùs Laicis Jus Decimarum convenit (*f*). Aliqui tameu Jus quoq; Decimarũ quamvis ſpirituale Laicis à Papa concedi poſſe exiſtimant, & conceſſum actu quibusdam Regibus eſſe(*g*).

*(a) *C.1. & 2. & c. Non eſt de Dec: Rebuff: q.7. n.1.* (b)*Oſtienſ: Jo: And: Rebuff: q.6. n.6.* (c) *c. ex parte de Dec:* (d)*Bonac: par: 3.* (e) *S.Thom: q.87. art: 3.* (f) *c. quamvis de Dec: in cauſam de præſrip: c. Decimas 16. q.2. & DD. comm:* (g)*Roderic: 1. q. 43. art: 3.*

3. Ad ſolutionem decimarum omnes fideles Parochiani, niſi proponantur exempti, ſunt obligati(*a*). Reges & Principes (*b*) Judæi quoq; & infideles cogendi ſunt ad perſolvendas decimas prædiales reſpectu poſſeſſionum quas ipſi in terris Chriſtianorum titulo emptionis vel alio comparârunt(*c*) quia Eccleſia non debet fraudari à jure quæſito in prædio propter infidelitatem acquirentis (*d*). Nec excipiuntur ipſi Parochi, Epiſcopi, & ipſe Summus Pontifex, ſi prædia poſſideant huic oneri ſubjecta (*e*). Nec Monachi de eorum fundis(*f*) qui verò gravi paupertate laborant à decimarum ſolutione liberi ſunt; Eccleſia enim, quæ Decimarum jus Miniſtris ſuis tribuit, non cenſetur velle ut à quibuslibet etiam indigentibus exigant, quin po-

potiùs ex perceptis ſubvenire deſidérat: quam ob cauſam Decimas alimenta pauperum vocat(g). An verò, cum ad meliorem fortunam devenerint, compenſare debeant, quod paupertatis tempore neglectum eſt, dubitare licet. Non teneri probabiliùs eſt. Eadem enim Eccleſiæ adverſum pauperes benignitas, quâ ab onere Decimarum liberantur, perſvadet, eam velle, ut absq; reſervatione, ſimpliciter & abſolutè liberi maneant, maximè, cùm ejuſmodi compenſatio non exiguis moleſtijs affecta ſit, ſemper ignorantibus, & ambigentibus, quid, quantúmve ex neglectis decimis compenſare debeat.
Contrarium à plerisq; doceri affirmat Filliuci9 (*h*). Nam tributa Regibus pendunt etiam inopes, quidni decimas quoq; Miniſtris Eccleſiæ? Verùm ſequela incerta & infirma eſt, conſiderando Eccleſiæ in pauperes pium affectum, quo ad dandum quàm exigendum propenſior; Dici poſſet cum Benincaſio (*i*) pauperibus Decimas in majori parte remittendas eſſe, ſi id neceſſitas poſtulaverit.

*(a) *C. Ex tranſmiſſa 23. & c. A nobis 24. ibi de Dec:* (b) *N. Moneta de dec: c. 5. n. 26.* (c) *c. de terris, ibi, vel poſſeſſiones pœnitus renunciandas & ibi, Compellas.* (d) *Ibid.* (e) *Tuſchus concl: 66.* (f) *c. Commiſſum de dec:* (g) *c. Quoniam 16. q. 1. c. Paſtor. 1. q. 2. Sylv: v. Decimæ n. 13.* (h) *Filliuc: tr: 27. c. 8. n. 166.* (i) *Benincaſ: de paup: in 6. Spec: de Jud.*

4. Ad

4. Ad eximendos Parochianos à ſolutione Decimarum conſvetudo habet vim & efficaciam, dummodò Parocho remaneat congrua ſuſtentatio(*a*). Et conſvetudo, ut ex certis fructibus nulla Decima ſolvatur introducta, defendenda eſt, manente ſcilicet congruâ ſuſtentatione Miniſtri(*b*).puta ex fœno,oleo,& alijs minutis; De minimis enim non eſt ſolvenda Decima, ſiquidem indecens eſt, & rationi minimè conſentaneum, quod Miniſtri Eccleſiæ ſint Exactores minimorum, cùm id virtuti liberalitatis repugnet,& vitium avaritiæ in perſonis Eccleſiaſticis improbetur(*c*). Nec obſtat generalis, quod de omnibus fructibus eſt ſolvenda decima, ſiquidem appellatione OMNIUM non veniunt minima(*d*) ubi tamen conſvetudo aliud ſvaderet, illi ſtandum erit. Valet etiam conſvetudo, quòd ex eodem prædio una Eccleſia decimas majores percipiat, & alia minores (*e*) & poſſunt ex conſvetudine Decimæ uni Eccleſiæ aliàs debita,alteri adſcribi & ſolvi(*f*) quod tamen non procedit in Decimis, quæ limitibus adhærent, hoc eſt, in prædijs,quæ limitibus proxima ſunt(*g*). Conſvetudo autem non ſolvendi integras decimas ad effectum excludendi Parochi ab illis de jure debitis, debet probari cum requiſitis immemorabilis, ſeu legitimæ præſcriptionis(*h*). In ſolvendis verò decimis conſiderandà eſt conſvetudo, & ad illam inducendam, quando agitur inter duas Eccleſias, ſuffi-

cit

cit ſpatium decem annorum, cùm non ſit contra Ius, ſed præter (*i*). Circa ſolutionem Decimarum etiam attendenda eſt conſvetudo loci vicinioris, vel loci prædominantis, ſi in loco ubi ſita ſunt prædia, aut fit ſolutio decimarum, nulla adeſt conſvetudo, vel ſi adeſt, eſt dubia(*k*). Si in loco ubi fit ſolutio decimarum, vel ſita ſunt prædia, nulla adeſt conſvetudo, & in loco dominanti adeſt diverſa conſvetudo, attendenda eſt conſvetudo loci vicinioris, non verò loci dominantis, aut jus commune(*l*). Si in loco ubi ſita ſunt prædia, adeſt particularis conſvetudo, illa eſt attendenda; Si in loco adeſt aliqua conſvetudo, & in Diœceſi alia, attendenda eſt conſvetudo loci particularis, & non Diœceſis (*m*). Et conſvetudo ſpecialis præferenda eſt generali(*n*). Item attendenda eſt potiùs ea conſvetudo, quæ favet Parochiali, cùm ſit, rationabilior & conformior juri comuni (*o*).

* (a) *Cap: ult: de conſvet.* (b) *Monet: cap. 5. n. 92. in fin:* (c) *cap: Avaritia de elect: in 6.* (d) *arg: l. ſcio. ff. de in integr: reſtit:* (e) *Hoſt: c. cum in tua 5. Reſpondemus.* (f) *c. cum ſint homines. & c. Ad Apoſtolicæ de Dec:* (g) *N. Monet: d. c. 5. n. 97. & 98.* (h) *Rebuff: q. 13. n. 53. & ſeqq: & n. 69.* (i) *Mareſcot. variar: reſolut: lib: 2. c. 95. n. 19.* (k) *Achill: deciſ: 3. n. 2. 6. & 8. ſub tit: de Dec:* (l) *Put. deciſ: 576. lib: 3. in correctis.* (m) *Rot: in Tudert: Decimarum 19. Novemb: 1591.* (n) *Rot: in Calagurgit: Decim: 19. Martij 1610.* (o) *Curt: Jun: in conſol: 2. in fin.*

5. In

5. In prædialibus Decimis non ſunt expenſæ deducendæ(*a*) nam textus ità perſpicui ſunt, ut nullam cavillationem admittant(*b*). Et hoc extenditur etiam ad novalia, & agros, qui perruptis aggeribus inundati ſunt; Neque enim propter reparationem aliquid decernendum eſt ex conſvetis decimis(*c*). Æquitas tamen poſtulat, ut ruſticis, qui novalia recens coluerunt, ut eò libentiùs terris incultis operam ſuam impendant(*d*). Dixi in prædialibus non deduci expenſas; quia in veteri lege DEUS præcepit prædiales decimas integras ſolvi (*e*). Nec conveniens eſt, ut Evangelij & novæ legis Miniſtri deterioris conditionis ſint(*f*). Et iſtæ prædiales decimæ exhibendæ ſunt, quamprimùm fructus ſunt collecti(*g*). Mandamus, inquit, Alexand: 3. hoc titulo quatenus eos cogatis, ut decimam ſtatim collectis fructibus perſolvant, atq; de ſubtractis & retentis dignam ſatisfactionem exhibere procurent. Quod præceptum rationi conforme in primis eſt, neq; aliud tempus magis utrique parti commodum aſſignari poteſt, quàm illud, quo collecti fructus ſunt. Quod ſi bis, térve in anno fructus proveniant, toties facienda decimatio eſt(*h*). Si ex acervo frugum aliquid ſubtractū fuerit, dum ruſticus moram facit, damnum ab eo compenſandum eſt; Mora enim ſua cuilibet noxia eſt (*i*).

*(a) *C. Tua nobis. c. non eſt, c. cum homines. & comm: DD.* (b) *Tiraquell: de retractu gentil. §. 15. Gloſſ:*

Gloſſ: 1. n. 10. (c) *Zypæ: l. 3. Conſult: Canonic: conſ: 2. c. Paſtoralis.* (d) *Eſcobar tr: 1. exam: 14. c. 4.* (e) *Exod: 22. Levit: 27. & alibi.* (f) *c. Tua nobis. c. Commiſſum hoc tit:* (g) *c. revertimini 16. q. 1. c. cum homines.* (h) *c. ex parte hoc tit: Barbo: de offic: Paroch: c. 27. n. 4.* (i) *Sylv: hoc tit: n. 15. Reg: 25. Jur: in 6.*

6. Pro animalium fructibus ſeu fœtu expectandum eſt tempus, quo vituli. ex. gr. aut equorum pulli utiles eſſe incipiunt, & à matre ſeparantur. Nec intereſt corpus an pretium detur modò convenerit (*a*). Agnos decimare non convenit in prædio, nec ſecùndùm illius conſvetudines, ſed in paſcuis, quia Dominum ſuum potiùs, quàm villam & prædium ſequuntur (*b*). Abſtrahendo à conſvetudine ruſtici & conſequenter omnes decimarum debitores gravandi non ſunt onere inferendi decimas in horrea Parochorum, cùm à Jure nihil definitum ſit, & ſatisfacient dando, non importando (*c*). Negantibus autem ſuo loco & tempore, non convenit manus injicere Clericum vel Sacerdotem ut per vim extorqueat; turbas enim & pugnas illata vis excitat: Magiſtratus interpellandi ſunt, ab his compellentur rebelles & inobedientes (*d*) & monendi ſunt primò, ſecundò & tertiò, & ſi non obedierint, anathemate feriendi ſunt uſque ad congruam ſatisfactionem (*e*). Et hoc confirmat Conc: Trid: Qui, *ait*, decimas aut ſubtrahunt aut impediunt, excom-

communicantur, nec ab hoc crimine niſi plenâ reſtitutione factâ abſolvantur (*f*). Eadem excomunicationis pœna manet Religioſos, qui alienas decimas ſibi malis artibus vendicant, vel prohibent, aut non permittunt exhiberi illis, quibus debentur(*g*). Item qui concionibus ſuis vel alio modo fideles avertunt à ſolvendis decimis. Deniq; qui confeſſiones audiendo, nullum ſcrupulum injiciunt defraudantibus, tamdiu ipſo facto ſuſpenſi ſunt, donec eos admonuerint, ut quas debent decimas perſolvant (*h*). Præter excommunicationem alijs quoque pœnis uti poterit Iudex, attentâ perſonarum & delicti qualitate; Neq; enim deſunt, qui pecuniæ, quàm Eccleſiæ ſeparationem magis timeant, Sacris potiùs, quàm denarijs carere malint. Ad id poteſtatem & directionem impertiunt Conc: Trid: & alij (*i*).

*(a) *Sylv: v. Decimæ n. 14.* (b) *Zypæ: l. 3. reſponſor. p. 126.* (c) *Sylv: l. cit.* (d) *c. Omnes 16. p. 7.* (e) *Navar: l. 2. Conſ: 3. de decimis.* (f) *Conc: Trid: ſeſſ: 25. c. 12.* (g) *Clemen: 1. de decimis.* (h) *Clement. Cupientes de pœn:* (i) *Conc: Trid: ſeſſ: 25. c. 3. Sylv: v. Immunitas 11. n. 8. Azor: 1. l. 7. c. 36. Zypæus in Analyt. enarrat: l. 3. pag. 212.*

7. Si quis vendat triticum non decimatum, poteſt Eccleſia decimas exigere etiam ab emptore, quia habet rem Eccleſiæ debitam, & à venditore, quia quantum in ſe eſt, Eccleſiam defraudavit (*a*). De injuſto deſtructore idem

Juris

Juris eſto, ſive in ſolo hærentes fructus deſtruxerit, ſive ſeparatos corruperit(*b*). Compellentur enim ſatisfacere, & compenſare damnum, neq; modo curamus, directa an indirecta actione expertus ſit Decimator, qui damnum paſſus eſt(*c*). Et præteriti temporis decimæ non ſolutæ, ab illis exigi poſſunt, ad quos prædia emptione, donatione, teſtamento, aut alio titulo devenerunt(*d*). In hoc enim Tributis comparantur, quorum onus in nóvũ poſſeſſorem tranſit, ità ut etiam præteriti temporis neglecta tributa ſolvere teneantur(*e*). Imò cogi poſſe Dominos prædiorum, ut non vendant, aut locent, niſi illis, à quibus decimas ſinè contradictione percipere queat Eccleſia(*f*).

* (a) *S. Thom: p. 87. ar: 2. ad 4.* (b) *Innoc: & Abb: in c. Commiſſum hoc tit:* (c) *Laym: l. 4. tr: 6. c. 1. n. 4.* (d) *Svar: l. 1. c. 38.* (e) *l. Imperatores ff. de public: & veſtim.* (f) *Abb: in c. Aliquib: hoc tit.*

8. Decimarum controverſia in petitorio, ubi quæſtio Iuris eſt etiam incidens privativè, ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum(*a*). Ad Secularem verò ſpectat, quando quæſtio eſt meri facti; An nimirùm talis perceperit, vel ſolverit, ſeu etiam an percipiat, vel ſolvat decimas, ad effectum quoque, ut is de quo non dubitatur, an jure ſolvere debeat decimas, eas ſolvere Eccleſiæ, ejusq; Rectori cogatur, vel quia agatur contra detentorem fructuum decimandorum (*b*). In materia decimarum ſi Rector agat contra ſubditum

ditum ad Decimas non ſolutas, incipi poteſt à præcepto cum monitione ſub excommunicationis pœna (*c*). Et is qui ſolvere tenetur decimas, neq; eas ſolvit aut reſtituit Eccleſiæ, debet Eccleſiaſticâ ſepulturâ privari (*d*). De decimis præteritis non ſolùm cum Eccleſiaſticis perſonis, ſed etiam cum Laicis poteſt fieri compoſitio ſinè auctoritate Superioris (*e*) quia tunc non agitur de tollendo, aut remittendo aliquo Jure Eccleſiæ, ſed ſolùm de commodo illius Parochi, ad quem illæ decimæ jam ſpectant. Advertendum quoq; eſt, quod Parochus eſt manutenendus in poſſeſſione exigendi Decimas ratione prædiorum acquiſitorum per Regulares, donec doceant de ſufficienti privilegio (*f*). Sive acquiſiverint per emptionem vel donationem (*g*); quia tranſeunt ad Regularium monaſteria, prædia Decimarum ſolutioni obnoxia cum ſuo onere, ac proinde Regulares tenentur illas ſolvere Parochialium Eccleſiarũ Rectoribus, quemadmodum tenebantur Laici, priùsquam bona ipſa in Monaſterij proprietatẽ tranſiverunt (*h*).

*(a) *C. de fin: de rer: permut: c. Cum nobis. §. fin. de Decimis.* (b) *Covarr: pract: cap: 35. n: 2.* (c) *Noſter Moneta cap: 8. n. 56.* (d) *c. Prohibemus de decimis.* (e) *Gloſſ: & Dd. in cap: ut ſemper de reb: Eccl: non alien.* (f) *Congr: Conc: in Piſaurien: 13. April: 1630.* (g) *Ead: in Ripen: & Urbinaten: & Firman: 18. Decemb: 1627.* (h) *Ead: in Callien: 1. Septemb: 1629.*

Digitized by Google

DENUNCIATIO.

PArochus non denunciando ea, quæ tenetur denunciare, ut dies jejuniorum, dies feſtos, & matrimonia celebranda, peccat mortaliter, quia deficit in re gravi, quæ ſub mortali tenetur populus ſcire(*a*). Denunciare debet vigilias, in quibus eâ hebdomadâ ex præcepto Eccleſiæ, vel ex loci conſvetudine, ſeu ex Ordinarij lege jejunandum eſt(*b*). Item dies feſtos, in quibus à ſervilibus eſt vacandum(*c*). Et proprius contrahentium Parochꝰ debet matrimonium publicè in Eccleſia inter Miſſarum ſolemnia denunciare tribus continuis diebus feſtivis(*d*). Vel alius de Parochi licentia. Tenet praxis. Non tamen debet absq; Epiſcopi licentia denunciare Citationes, præcepta, ac ſimilia judicialia, nec reſignationes beneficiorum(*e*). Nec Indulgentias Papales (*f*). Nec publicare miracula ficta, vel nova, niſi priùs fuerint ab Epiſcopo examinata & approbata(*g*). Jubente Epiſcopo debet publicare & explicare inter Miſſarum ſolemnia Decretum Concilij Tridentini de Reformatione Matrimonij, ut præcipit idem Concilium(*h*). Et Parochus non comendet absq; Epiſcopi licentia quæſtuarios eleemoſynarum, quando petunt pro Hoſpitali, Collegio, vel Conventu, Secùs ſi pro particulari victu (*i*).

*(a) *Barboſ: de off. & pot: Par: p. 1. cap: 16. n. 1.*

(b)

(b) *Trid: ſeſſ: 23. de Reform: in decreto de delectu ciborum, Jejunijs &c.* (c) *Idem ibid: & ſeſſ: 22. in decreto de obſervandis in celebrat: Miſſar. in fin.* (d) *Idem ſeſſ: 24. c. 1.* (e) *Barboſ: d. p. 1. cap. 16. n. 18.* (f) *Idem ſeſſ: 21. de Ref: c. 9. Congr: Conc: ad idem c. 9.* (g) *Idem ſeſſ: 25. in decreto de Invocat: Sanct:* (h) *Idem ſeſſ: 24. c. 1. verſ: Ne verò.* (i) *Poſſevin: de offic: Curati c. 2. n. 29.*

DENUNCIATIONES MATRIMONIALES.

1.

PArochus diligenter debet inquirere, de conſenſu tàm inter Sponſum & Sponſam, quàm inter propinquiores & conſangvineos, & præſertim ipſorum Parentes, ſi ſint filijfamilias, antequam ad primam denunciationem Matrimonij veniat (Honeſtiſſimum enim videtur, & rationi ſummoperè conſentaneum, ut filiusfamilias in re tàm gravi, conſilijs & voluntati Parentum ſubjaceat) quòd ſi quid difficultatis comperiet, admonitò priùs Epiſcopo ſeu Vicario, ejúsq; reſponſo accepto, ad denuntiationem progredietur (*a*). Licet autem denunciationes matrimoniales non ſint de ſubſtantia matrimonij, & earum omiſſione non vitietur (*b*); Parochus tamen omittens eas ex propria auctoritate, ſuſpendendus eſt ab officio per triennium (*c*) & graviter peccat illis prætermiſſis matrimo-

trimonium celebrans ſine facultate aut legitima cauſa (*d*) non verò peccat, ſi timore mortis aſſiſtat matrimonio omiſſis denunciationibus, niſi id faciat in contemptum clavium (*e*). Si probabilis ſuſpicio eſt, impediri poſſe malitioſè matrimonium, tunc vel una tantùm denunciatio fiat, & reliquæ ante conſummationem, niſi Ordinarius judicet expedire, ut remittantur (*f*).

*(a) *Barboſ: de off: & pot: Paroch: p. 2. c. 21. n. 1.* (b) *N. Boſſ: de Matrim: contr: c. 7. §. 2.* (c) *Bonac: de Matrim: q. 2. punc: 6. n. 3.* (d) *Idem ibid: n. 8. & 9.* (e) *Galet: in magar: caſuum conſc: v. Parochus 4.* (f) *Trid: ſeſſ: 24. c. 1.*

2. Cauſæ juſtæ remittendi denunciationes ſunt:

Prima. Suſpicio malitioſi impedimenti (*a*); quæ ut ſit ſufficiens cauſa ad diſpenſandum, debet eſſe probabilis & prudens (*b*) *v. g.* quando omninò creditur, vel probabiliter eſt ſuſpicio per maleficium, aut per conſangvineorum ſeu Parentum, vel aliorum factionem injuſtè impediendum fore matrimonium, ut ſi vel filia volens contrahere, excederet 25. ætatis annum, cùm tunc Parentes videantur in mora conſtituti; vel filij eſſent ſub poteſtate novercali, ſeu novercam haberent, quo in caſu præſumeretur matrimonium ad eum finem, ut deficeret Soboles, & hæreditas ad filios ſecundi matrimonij perveniret, impediri, & ſic malitioſè & injuſtè

ſtè(*c*). Vel cum Parentes vel Tutores nollent puellam vel filium matrimonio collocare, conſummandi matrimonij causâ (*d*). Vel ſi Virgo volens nubere Viro convenienti & pari, ſit ſub tutela iniqui Tutoris, qui eam Viro ignobili & diſpari tradere vellet(*e*).

*(a) *Trid: ſeſſ: 24. c. 1.* (b) *Menoch: conſ: 63. & 69. lib: 1.* (c) *DD: apud noſtrum Boſſium c. 7. de matrim: contr: n. 80. §. 23.* (d) *Sanchez diſp: 9. n. 11.* (e) *Navarr: in man: c. 16. n. 37.*

Secunda cauſa omittendi denuntiationes eſt Pudor, ut cum inter contrahentes eſt diſparitas conditionis, ætatis, divitiarum & qualitatis, ut quando Nobilis cum Ignobili, vir honeſtæ vitæ cum turpi vel infami, ſenex cum adoleſcentula, dives cum paupere vult contrahere((*a*).

Tertia eſt infamia, ut quando concubinarij diu ſunt habiti pro conjugibus, vel quia matrimonium priùs contractum reperitur nullum ob occultum impedimentum (*b*).

Quarta cauſa eſt vicinitas temporis clauſi, quo prohibitæ ſunt nuptiæ, ità ut non ſit tempus faciendi dictas denunciationes, quoad Solemnitatem, nempè nuptiarum benedictiones (*c*); quia ex una parte non expedit ob periculū fornicationis vel diſſolutionis differre matrimonium ad tempus apertum, & ex alia etiam juxta Trid: c. 1. expedit etiam ut benedictio conſummationi præmittatur(*d*), quinimò ſufficiens cauſa eſt, ne differatur contractus matrimo-

nij, vel conſummatio, quamvis nullus ſit timor nec periculum (*e*).

Quinta cauſa eſt, Matrimonium contrahendum inter Magnates, in illis enim ceſſat omne periculum occultationis impedimentorũ (*f*). Vel quia non eſt conſvetum eorum matrimonia bandiri (*g*).

Sexta cauſa eſt, Damnum notabile temporale, vel ſpirituale evitandum; Ut *primò*. In exiſtente in articulo mortis volente contrahere cum Concubina ad legitimandam prolem, vel ut in bono ſtatu decedat (*h*). Idem dicendum eſt, ſi aliquis longè profecturus ſtatim ſit, & neceſſarium ſit ob eoſdem fines ſtatim contrahere (*i*). *Secundò*, Si Virginis deflorator ad reſarciendum damnum, velit eam ducere, periculumque ſit fortè ut mutet animum (*k*). *Tertiò*, In caſu repentino, in quo aliqui tanquam concubinarij de præſenti à Judice eſſent plectendi, vellentq; matrimonium contrahere, ut poſſent dicere ſe eſſe conjugatos (*l*). *Quartò*, Ubi eſt periculum animæ, ut ſi duo concubinarij velint matrimonium contrahere, ut in bono ſtatu conſtituantur, periculúmq; ſit fortè, dum denunciationes præmittuntur, commiſceantur; Vel ſi meretrix in lupanari poſita, vellet cum aliquo matrimonium inire (*m*). *Quintò*, Ubi omiſſis denunciationibus, & ſtatim contrahendo matrimonium evitari poſſunt Scandala oritura ob aliquam factionem.

Digitized by Google

*(a) *Ricc: deciſ: 59. n. 3.* (b) *Navarr: in man: c. 16. n. 37.* (c) *Cong: Conc: apud Bellarm: & Farinac: in declar: ad 1. cap: Trid: ſeſſ: 24. de reform:* (d) *Hurtad: diſp: 5. diff: 20. n. 69.* (e) *Cong: Conc: apud eundem* (f) *Palud: in 4. diſt: 28. q. 3. art: 2. concl: 3.* (g) *Henr: Boich: in cap: fin: ad finẽ de clandeſt: deſponſ:* (h) *Navar: in d. c. 16. n. 37.* (i) *N. Boſſ: d. §. 23. n. 50. Segura c. 16. n. 16.* (k) *Sanch: diſp: 9. n. 16.* (l) *Idem ibid:* (m) *Idem n. 18.*

3. Parochus poteſt licitè & impunè omittere denunciationes absq; diſpenſatione in omnibus caſibus, quoties Ordinarius tenetur diſpenſare, & absq; ratione aliqua, ſeu injuſtè id denegat, aut non poteſt commodè adiri, ſeu periculum eſt in mora (*a*). (caſus autem ſunt qui continentur ſub numero antecedenti ſub cauſa ſecunda & ſexta per totum); quia prædicti caſus, in quibus agitur de evidenti malitioſo impedimento probabili, vel alio notabili detrimento temporali vel ſpirituali, continent urgentem neceſſitatem, neceſſitas autem caret lege (*b*). Et quãdo injuſtè denegatur diſpenſatio cùm ſit debita, perinde eſt ac ſi concederetur (*c*). Et hoc verum eſt quoad forum conſcientiæ tantùm; Secùs verò quoad forum judiciale, quia propter contemptum & contraventionem denegationis ab Ordinario poterunt ſic contrahentes puniri arbitrariè. In prædictis caſibus urgentis neceſſitatis, in quibus Epiſcopus ratione probabilis vel imminentis periculi, damni notabilis ſecuturi

turi ob dilationem Matrimonij, tenetur diſpenſare, poteſt Parochus easdem denuntiationes omittere absq; diſpenſatione ſeu licentia Ordinarij, licet coṁodè adiri poſſit, nullaq; ſit probabilis ſuſpicio, quòd injuſtè ſit denegaturus (*d*); quia talis licentia Epiſcopi tunc ſolûm requiritur de conſilio, & cum in prædictis caſibus valdè nocivum & conſequenter iniqvum ſit expectare tempus denunciationum, ideo ejusdem legis obligatio omnis per Epichejam, ſeu benignam interpretationum ceſſat, & conſequenter ex natura rei, non eſt neceſſaria diſpenſatio, vel licentia Superioris, etiamſi ad eum ſit recurſus, & ſit paratus diſpenſare. NB. Hoc procedit in foro animæ ſeu conſcientiæ; Secùs verò quoad forum judiciale; quia cum eſt facilis & commodus recurſus ad Superiorem, videretur ipſe contemptus, ſi eodem in conſulto matrimonium celebraretur, & ſic contrahentes & Parochus poſſent pœnâ arbitrariâ puniri (*e*). Item Parochus, cum cauſa diſpenſandi eſt, vel ſolus Pudor, vel quia contrahitur inter Magnates, vel quia nullius impedimenti ſubeſt timor, vel quia adeſt vicinitas temporis, quo nuptiæ prohibentur, & nullum ex dilatione contractûs vel conſummationis Matrimonij timetur periculum incontinentiæ, poteſt Denunciationes licitè absq; ulla diſpenſatione omittere, ſi Epiſcopus haberi & adiri non poſſit, vel ſi petitam diſpenſationem ſine cauſa denegaverit (*f*).

Con-

Contrarium tenent alij,& eſt opinio eorum certiſſima quoad forum judiciale,in quo Parochus, & ſic contrahentes poſſunt puniri pœnâ arbitrariâ (g).

*(a)*DD: apud noſtrum Boſſium d. tract: de Matrim: contr: §. 27. n. 107.* (b) *cap: 1. de obſerv: jejun:* (c) *DD: apud Sanchez diſp: 10. n. 26. quos ſequitur Gutier: de Matrim: c. 57. n. 6.* (d) *DD: apud eundem Boſſium ibid: n. 108.* (e) *Idem ibid: n. 109.* (f) *Sylv: v. Matrim: 2. q. 17. d. 3.* (g) *Boſſ: d. §. 27. n. 112.*

4. Denuntiationes poſſunt fieri eo tempore quo nuptiæ prohibentur(*a*). Et in magno hominum concurſu ad Eccleſiam in die profeſto (*b*). Immò & extra Eccleſiam(*c*). Sed in feſtis de præcepto & in Eccleſia intra Miſſam ait Tridentinum. Si una ſola Denunciatio concedatur, non tamen ſtatim fiat Matrimonium(*d*). Denunciationes novæ debent omninò præmitti,quando Sponſi intra quatuor menſes poſt peractas denunciationes non contraxerunt matrimonium(*e*), quia longo tempore poſt trinam Denunciationem elapſo poteſt ſupervenire impedimentum ex affinitate aliqua. Parochus autem non debet inter unam & alteram Denũciationum multos dies feſtos interponere(*f*) quia peccabit mortaliter(*g*).Quando Sponſi ſunt diverſarum Parochiarum, tunc in utraq; Sponſi & Sponſæ Parochia Denunciationes ſunt faciendæ(*h*). Ob parvam verò diſtantiam Parochia-

chiarum ſufficit fieri in Parochia unius, ſive viri ſive fœminæ, ut poſſint impedimenta manifeſtari; vel quando conſvetudine introductum ſit, ut in una tantum Parochia, ſcilicet, in qua matrimonium celebrandum eſt, fiant(*i*). Præterea Denunciationes faciendæ ſunt in ijs Parochijs, ubi Sponſi diutiùs verſati ſunt, non ubi perbrevi tempore morati ſunt ut poſſint detegi impedimenta(*k*). Nec eſt opus, ut fiant in Parochia modernæ habitationis(*l*). In locis ubi eſt conſvetudo ut Denunciationes non fiant, debet Parochus, antequam âliquos conjungat, inquirere ex officio, an obſiſtat aliquod impedimentum dirimens vel impediens(*m*). Exteros verò nequaquam denunciabit, niſi eorum conditionem noverit legitimo in ſcriptis teſtimonio, quòd alium virum, vel uxorem non habeant (*n*). Antequam ad denunciationes matrimoniales deveniat, inquirere etiam debet, an contrahentes eo anno in Paſchali ſolemnitate confeſſi fuerint, & Communionem ſumpſerint; ſin minùs debet abſtinere à denunciationibus, & hortari, ut ſaltem triduo ante Matrimonij conſummationem id præſtent(*o*). Quando denunciationes ante nuptias factæ non fuerūt, poſt nuptias faciendæ ſunt ex Concilio Tridentino, ut ſi fortaſſe impedimentum dirimens ſubſit, ante copulam fornicariam detegatur, niſi Epiſcopo conſulto videatur eas omninò intermitti (*p*). Notandum quod Vicarius Generalis non poteſt

poteſt impedire, quod Parochi denunciationes faciant absq; ſua licentia(*q*).

*(a) *Congr: Epiſc: 12. Decemb: 1589.* (b) *Sanchez lib: 3. diſp: 6. n. 9. & 10.* (c) *Idem ibid:* (d) *Idem loc: cit: n. 8.* (e) *reformat: deciſum Rebell: de oblig: Inſt: p. 2. lib: 4. in declar: ſect: 2. n. 8. Bonac. q. 4. punc: 6. n. 1. verſ: 4.* (f) *Sanchez d. diſp: 6. n. 8.* (g) *DD. apud Boſſium de Matrim: contrac: c. 8. n. 13.* (h) *Bonac: de Matrim: q. 2. punc: 6. n. 10.* (i) *Laym: lib: 5. tract: 10. p. 2. cap: 4. n. 10.* (k) *DD: communiter. Innocent: in cap: fin: de claudeſt: deſponſ:* (l) *Sanchez diſp: 6. n. 7.* (m) *c. Cum inhibitio de claudeſt: deſponſ:* (n) *Barboſ: de off: & pot: Oaroch: c. 21. p. 2. n. 6.* (o) *Idem ibid: n. 7.* (p) *Layman: lib: 5. tract: 10. p. 2. cap: 4. n. 11.* (q) *Cong: Conc: 26. Maij 1617.*

5. Formula Atteſtationis denuntiationum factarum poteſt eſſe talis. Die --- Menſe --- Anno --- Teſtor ego N. Parochus Sancti N. à me denunciatum fuiſſe in mea Eccleſia prædicta, intra Miſſarum ſolemnia Matrimonium contrahendum inter N. ex mea Parochia, & N. ex Parochia Sancti N. tribus infraſcriptis feſtivis diebus: hoc eſt, Prima denunciatio facta fuit die --- ſecunda die --- tertia die --- neque aliquod impedimentum cognitum eſſe, quo minùs matrimonium celebrari poſſit. In quorum fidem &c. Ego N. Parochus &c.

EX

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: de Matrimonio.

SI alter è ſponſis alienæ Parochiæ fuerit, in utraq; Parochia denunciationes fiant; Parochus verò nè Matrimonium celebret, priusquam teſtimonium acceperit ab altero Parocho, quod in ſua Eccleſia denunciationes fecerit, & nullum ſibi propoſitum ſit impedimentum; Si verò ille alienæ Diœceſis ſit, teſtimonium illud non Parochi ſolùm, ſed etiam Epiſcopi ſigillo ſit munitum. Quo die tertia denuntiatio ſit, ne matrimonium celebretur abſq; facultate Ordinarij in ſcriptis obtenta, ut faciliùs percipi poſſit, an inter eos intercedat aliquod impedimentum. Cùm autem veriſimilis ſuſpicio fuerit, matrimonium aliquod poſſe malitioſè impediri, vel alia extiterit cauſa accelerandi Matrimonij celebrationem hujusmodi impedimentum Ordinario ſignificetur, ut præſcriptas denunciationes, vel in totum, vel in partem remittat, prout judicabitur expedire.

DOCTRINA CHRISTIANA.

PArochus tenetur Dominicis ſaltèm, & alijs feſtivis diebus pueros Parochiæ ſuæ fidei rudimenta & Doctrinam Chriſtianam, & obedientiam erga DEUM & Parentes, bonóſq; mores docere (*a*). Qui nimiùm negligens fuerit in hujusmodi doctrina Chriſtiana edocenda peccat mortaliter (*b*). Et conſtito de Parochi negli-

Digitized by Google

gligentia, vel inſufficientia in docenda doctrina Chriſtiana, poteſt Epiſcopus ex fructibus Parochialis Eccleſiæ aſſignare partem congruam alteri, qui hoc miniſterium loco ipſius adimpleat (*c*). Et poteſt & debet Parochus per viam præcepti pœnalis obſtringi ad docendam doctrinam Chriſtianam, non item pœna peccati mortalis (*d*) Debètq; Parochus ſæpè admonere Parentes, propinquos, tutores & alios, quorum curæ pueri ſunt commendati, ut eos mittant ad Parochias omnibus diebus feſtis, vel ſaltem Dominicis ad doctrinam Chriſtianam addiſcendam (*e*).

* (a) *Trid: ſeſſ: 24. de reform: c. 1. verſ: Iidem etiam.* (b) *Sà v. Parochus n. 2.* (c) *Trid: ſeſſ: 5. de reform: c. 2.* (d) *Congr: Epiſc: 22. Novemb: 1592.* (e) *Barboſſ de off: & pot: Par: p. 1. c. 15. n. 7.*

EX SYNODO PRAGENSI.

Tit: de Doctrinæ Chriſtianæ initijs.

AD æternam vitam cùm nati ſint fideles, illud diligenti, Sanctáq; ſolicitudine providendum fuit, ut ab ineunte uſq; ætate Doctrina Chriſtiana, quæ ad illam cæleſtem vitam hominum mentes in terris inſtruit, rudimentis atq; inſtitutis planè imbuantur. Quamobrem & SS: Patrum ſanctionibus, & Generalibus Concilijs piè & ſalubriter ſancitum eſt, ut ſaltèm Dominicis alijsq; feſtis diebus Chriſtianæ fidei initia in unaquaq; Eccleſia fidelibus tradantur.

tur. Quod neceſſarium, ſalutareq; inſtitutum, ut vehementiùs excitaret Pius V. Pontifex Maximus, Chriſti fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, vel firmum propoſitum habentibus confitendi temporibus à Sacris Canonibus ſtatutis, qui aliquam Chriſtianæ Doctrinæ ſocietatem ingredientur, & in diſcendo vel docendo articulos fidei, & S. Matris Eccleſiæ præcepta, operam ſuam navaverint, quoties in hoc ſancto Exercitio ſe occupaverint, quadraginta dies de ſibi injunctis pœnitentijs relaxat.

Ut igitur pro debito Archi-Epiſcopalis vigilantiæ noſtræ munere, ijs ſalutariter conſulamus, quibus in Domino miniſtramus, Parochis omnibus, etiam Regularibus edicimus, ac jubemus, ut Dominicis, feſtíſq; diebus, à prandio, in ſua quiſq; Eccleſia, dato de more Campanæ ſigno, fideles ſibi commiſſos, ad doctrinæ Chriſtianæ Scholas convocent, ad Petri Caniſij Cathechiſmi præſcriptum, ipſis rudimenta fidei tradant, & vernaculâ linguâ exponant. Præterea Parochorum cura in omnibus Eccleſijs Parochialibus, ubi Doctrinæ Chriſtianæ ſocietas erecta non eſt, intra duorum Menſium ſpatium erigatur, & adjutores, operarijq;, ac officiales convenienti numero eligantur, ac Regulæ præſcriptionéſq; obſerventur, quæ juſſu noſtro edentur. Scholæ autem puellarum diſtinctæ ſint, & ſeparatæ, quoad fieri poterit, à Scholis puerorum. Pius V. in Conſt: edita die 6. Octob: A. 1572.

ECCLE-

Digitized by Google

ECCLESIA.

I.

PArochus, nec quivis alius Eccleſiæ Rector debet inſolitas imagines ponere in Eccleſia, non priùs approbatas ab Epiſcopo (*a*). Repræſentationes Sacræ prohibentur fieri in illa (*b*). Arma, Sagittæ & ejusmodi ne appendantur (*c*). Parochus ergo debet ſtudere ut ſuæ Eccleſiæ debitus deferatur honor, nec quicquam in ea indecens aut inhoneſtum fiat (*d*). Negotia ſecularia ac placita vel contractus ibi ne fiant (*e*). Nec ſeculare judicium etiam civile (*f*) nec etiam Citatio, quia eſt actus judicialis (*g*), nec lubricæ feſtivitates & Chori ſæcularium, vel cantica puellarum & profana hujusmodi (*h*). Nec ſaltationes (*i*). Nec ſtrepitus & clamores (*k*) nec convivia cum irreverentia loci ſacri, niſi aliquid frugale & parculum in angulo Eccleſiæ ſine tumultu, ſine luxu & perturbatione aſtantium ſumatur ex cauſa rationabili: *v. g.* quia non eſt alius locus ſufficienter accomodatus (*l*). Nec in ea fiant pernoctationes & vigiliæ, ut olim fiebat ad Martyrum corpora (*m*). Nec utenſilia domus ibi reponi debent, niſi propter hoſtiles incurſus, aut incendia repentina, vel ſimilem neceſſitatem id fieri oportet (*n*). Nec in ea accubitus ſterni debent (*o*). Et imagines vanæ & nugaces, aut inhoneſtæ in illa fieri, aut haberi omninò prohibentur (*p*). Actus tamen Eccle-

cleſiaſtici ad Juriſdictionem voluntariam pertinentes poſſunt in Eccleſijs celebrari, ut ſunt, promoveri aliquem ad Doctoratũ & ſimilia(*q*).

*(a) *Trid: ſeſſ: 27. de Sacr: Imag:* (b) *DD. apud Barboſ: alleg: 24. n. 25.* (c) *Congr: Epiſc: 19. Mart: 1585.* (d) *Trid: ſeſſ: 22. de obſervand: & evitand: in celebr: Miſſ:* (e) *cap: 1. & cap: Cum Eccleſia de Immun: Eccleſ:* (f) *Rebuff: ad l. appellat: 72. verſ: Item ſicuti pag: 350.* (g) *cap: Quoniam 11. de prob:* (h) *c. Cantantes 92. diſt: c. cum decorem de vit: & Cleric:* (i) *Pined: in monarch: Eccl: p. 3. lib: 19. cap: 17. *. 1. f. 180.* (k) *S. Aug: ſerm: 215. de tempore.* (l) *c. Multi 42. diſt:* (m) *Pined: lib: 12. cap: 12. §. 2.* (n) *cap: Reliqui de cuſtod: Euchariſt:* (o) *c. Non oportet cum ſeqq: 42. diſt:* (p) *Conc: Nic: 2. art: 4. in epiſt: B. Nili & in 6. Synod: Conſtant: canon: 100* (q) *Sylv: v. Immunitas 1. n. 3. in fin.*

2. Parochus debet Excommunicatos & nominatim interdictos ab Eccleſia ejicere; Item & illos quibus ſpecialiter interdictus eſt Eccleſiæ ingreſſus; Infideles verò permittentur ingredi Eccleſiam ad verbum Dei audiendum & ibi ſtare poſſunt, uſq; ad Miſſam Cathechumenorum (*a*). Et debet efficere, ne violentia aliqua fiat, ſive ipſi Eccleſiæ per deſtructionem vel incendium, aut quamlibet violationem (*b*). Sive perſonis aut rebus quæ in ea continentur, id enim ſub pœna criminis Sacrilegij perhibetur(*c*). Debet etiam præmiſsâ monitione puniẽdos deferre Ordinario eos, qui in Eccleſia, dum ibi

ibi Sacrificium Miſſæ, & Divina celebrantur officia, & verbum DEI prædicatur, deambulant, vociferantur, terga SS: Sacramento irreverenter vertunt, cum mulieribus impudicis, ſive etiam honeſtis colloquium ſcurrile habent, aut alios inhoneſtos actus faciunt ſub pœna duorum aureorum (*d*). Mendicantes ad portam Eccleſiæ ſtare faciat tempore Miſſarum, Prædicationum, aliorúmq; divinorum officiorum ſub pœna aurei dimidij (*e*). Capſas & cadaverum depoſita ſuper terram exiſtentia amoveat (*f*) & in tumbis profundis infra terram collocet. Intra Presbyterium non det locum Magiſtratibus, aut laicis Officialibus (g).

*(a) *c. Epiſcopum nullum de conſecr: diſt: 1.* (b) *c. 2. & c. in literis de Raptoribus.* (c) *in c. Sicut antiquis, & in c. quisquis inventus 97. q. 6.* (d) *Pius V. 1566.* (e) *Idem ibid:* (f) *Idem ibid:* (g) *Congr: Epiſc: 12. Januarij 1604.*

3. Eccleſia nova nè conſtruatur ſinè licentia Epiſcopi (*a*), ſufficit autem tacitus conſenſus (*b*). Neq; Regularium in loco non exempto (*c*). Attenditur autem præjudicium Parochialis Eccleſiæ (*d*). A domibus vicinis non pateat feneſtra in Eccleſiam (*e*). Sedilia ſi fiant ad proprios uſus, nullum Jus acquiritur Dominis eorum in Eccleſia (*f*). Eccleſia etiam non conſecrata, auctoritate Epiſcopi fundata gaudet immunitate (*g*) etiam interdicta & cœmeterium (*h*). Idem dicendum de Eccleſia polluta & interdicta (*i*).

*(a) *DD. apud Barboſ: de pot: Epiſc: alleg: 26. n.1.* (b) *n. 2.* (c) *n. 3.* (d) *n. 5.* (e) *Congr: Epiſc: 5. Martij 1619.* (f) *Sylv: v. Sepultura q. 3. ſecundum.* (g) *Idem v. Immunitas q. 1.* (h) *Ibidem.* (i) *Svarez de Relig: tom: 21. l. 3. c. 9. n. 6.*

4. Patroni, quatenus Eccleſia de Jure Patronatus ſit, tenentur contribuere ad refectionem Eccleſiæ (*a*) quia percipiũt emolumentum à dicto Jure Patronatûs, quod in præſentatione conſiſtit, & habent honorantias primi loci in proceſſionibus & in ſeſſionibus, ac percipiũt alimenta ab ipſa Eccleſia in neceſſitate. Et Parochiani quoq; (*b*). Etiam nullâ exiſtente conſvetudine contribuendi (*c*) & hoc onus ſpectat ad Dominum & non ad conductores domûs (*d*). Imò Parochiani, licet Nobiles & exempti ad hoc cogendi ſunt, quacunq; appellatione remota (*e*). Idem dicendum omninò de domibus Parochialibus, id eſt, habitationibus Parochorum quod de reparatione & reſtauratione Eccleſiarum (*f*). In hac tamen obligatione attendenda eſt conſvetudo (*g*). Si conſvetudo legitimè præſcripta fuerit, quòd vel Epiſcopus, vel Rector, vel Beneficiarijs, vel etiam Laici Parochiani præſtent ſumptus fabricæ, vel quód Rector Eccleſiæ, & Beneficarij reficiant Capellam majorem, Parochiani verò corpus Eccleſiæ, talis conſvetudo, nõ obſtantibus Canonibus, ſervanda erit (*h*). Verum quidem eſt etiam Parochum teneri ad reparationem Eccleſiæ pro rata redditu-

um

Digitized by Google

um (*i*). Sed deducto priùs neceſſario ad ſuam ſuſtentationem (*k*). Idem dic de Beneficiarijs alijs.

*(a) *Bellet: de Cleric: debitor. §. 14. n. 10.* (b) *Aloyſ: Rice: reſol: 426. n. 7.* (c). *Idem reſol: 349.* (d) *Cabed: deciſ: 91. n. 8. p. 1.* (e) *Gonzal: ad reg: 8. Canc: Gloſſ: 9. annot: n. 218.* (f) *Congr: Conc: ad cap: 7. ſeſſ: 21. de reform:* (g) *Valaſc: conſ: 179. à n. 7.* (h) *Petr: Greg: Syntag: Jur: lib: 2. c. 1. n. 12.* (i) *Surd: conſ: 62. à num: 1.* (k) *Sarmient: de reddit: p. 1. mon: 82. n. 3.*

5. Eccleſia Parochialis licet ſit in loco, ubi minor pars Parochianorum inhabitat, & major pars habitat longè in Oppidis, nihilominùs Parochus habitare tenetur propè Eccleſiam in Civitate, ſuccurrendo illis qui longè habitant ſecundùm loci antiquam conſvetudinem (*a*). Et Parochiales duas habens, quarum altera eſt beneficio ſimplici, vel dignitati in perpetuum unita, alteram dimittere non tenetur. Et Parochiales Eccleſias obtinentibus poſt: Conc: Trid: ſtudendi licentia, ac in abſentia ſtudiorum cauſa fructùs percipiendi non datur (*b*). Parochiali in Eccleſia quantumvis pauperi debet aſſervari S. Euchariſtiæ Sacramentum; Et Parochialium nullius Diœceſis Rectores tenentur accedere ad Synodum viciniorem (*c*). Parochialis Eccleſiæ Rector non debet in proceſſionibus ire cum Archipresbytero Eccleſiæ Collegiatæ, ſed cum ſuo Clero (*d*).

*(a) *Per c. 4. ſeſſ: 21. de reformat: S. Congreg: Conc: teſte Garc: de benef: par: 3. cap: 2. n. 179. n. 20. declarat:* (b). *Eadem teſte eod: par: 12. c. 2. n. 24. Ead: par: 3. teſte eod. c. 2. n. 84.* (c) *Ead: in Euchar: Urbinaten: 22. Maij 1594. Ead: in Sorſinaten: teſte Sall: in ſelect: c. 7. n. 11.* (d) *S. Congr: Rit: in Syracuſana 17. Novemb: 1607.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: De Eccleſiarum cultu.

Eccleſias, quæ domus DEI ſunt, decet Sanctitudo, omnisq; honeſtas & cultus; Quare Sacri Canones, Apoſtolicæ Conſtitutiones, Sacráq; Concilia, multa Eccleſiarum cultum concernentia conſtituerunt Decreta quæ ab omnibus executioni ſunt demandanda. Inter alia autem hæc proponimus atq; mandamus.

Nemo novam Eccleſiam, ſeu Oratorium, Capellámve atq; Altare ædificare, vel conſtruere audeat absq; noſtra, noſtríve Officialis facultate ſcriptis obtenta. Mendici, nè eleemoſynæ causâ in Eccleſijs verſentur, ſed ad Januam conſiſtant; Præterea nè quis quovis tempore in Eccleſijs deambulet, aut negotijs ſecularibus operam det, ſin cum mulieribus colloquatur, vel ad SS. Sacramentum terga vertat, aliúdve quidpiam, quo divina impediantur, aut turbentur officia, excitat, nec ſuper Altare ſe ponat, aut quod abſurdiùs eſſet, ſuper illo ſedeat. Ne in Eccleſijs, earúmq; ambitu, ſeu in Cæmeterijs res aliquas

quas

quas venales, vel proponere, ſeu emere aut vendere cuivis liceat; néve commeſſationes, choreæ, ſeu prophani quidam ludi fiant. Permittimus tamen, ut candelæ ceréive, Eccleſiæ uſui, officijsq; Eccleſiaſticis deſtinandi, extra Eccleſiam vendi & emi poſſint. Nè quis aliquam Eccleſiam ingrediatur cum haſtis, ſclopetis, baliſtis, aliíſve hujusmodi armis, niſi Magiſtratuum publici miniſtri ſint. Nè item cum venaticis, vel cujusvis generis canibus, accipitribus, ejusmodíve volucribus. Nulla ſepulcra conſtruantur ſub Altaribus, Altariúmve gradibus; ſed loco ità remoto ſint, ut eorum os à cujusvis Altaris gradu diſtet ſaltèm dimidiâ ulnâ; Lapides autem ſepulcrales ſolum Eccleſiæ adæquent, illúdq; nullo modo ſuperent, Non Sacerdotibus, aliíſve per Eccleſiam incedentibus, ullo ſint impedimento aut incommodo. Cùm in Epitaphijs conſtruendis, alicujus defuncti imago ſuper Sepulcri operculo, alióve loco ſculpenda eſt, ea ineatur ratio, ut nullam præbeat offenſionem; ſed tota hujusmodi ſculptura eâ formâ ſit, ut verè fideles ad pietatem movendi vim habeat.

In uniuscujusque Eccleſiæ frontiſpicio, à Superiori ſcilicet parte portæ majoris, extrinſecùs pingatur, aut ſculpatur decorè ac religiosè Imago Beatiſſimæ MARIÆ Virginis, JESUM Filium in complexu habentis; à cujus latere dextro exprimatur effigies Sancti, Sanctæve, cujus nomine Eccleſia illa nuncupatur; à ſiniſtro alia item Sancti, cui præ cæteris illius Parochiæ populus venerationem tribuit. Aut ſaltèm, ſi totum id triplicis Imaginis opus fieri non

poteſt, Sancti ſolius figura fiat, cujus nomine ipſa Eccleſia appellatur.

Cujusvis Eccleſiæ Rector, illius tanquam Sponſæ ſuæ cariſſimæ decorem & ornatum ſummoperè diligere debet; Quare omnem in eo curam ponat, ac diligentiam, ut tùm ex Eccleſiæ redditibus, ſi ſufficiunt, tùm ex piorum hominum oblationibus, tùm ex ære publico, debitis temporibus provideatur, ut illa ſemper undequaq; ſarta tectáq; ſit, & ab omni ſorde ità expurgata, ut nihil in ea appareat, quod intuentium oculos poſſit offendere. Præcipua autem cura adhibenda erit, ut à Superiori parte tegulis, aſſeribúsve decentibus benè ſit tecta, ab intus verò vel fornice, vel tabulatis. Ejus parietes ſi nõ picti, ſaltèm non rudes ſint, neq; inæquales, ſed incruſtati, & decenter calce liniti.

Clave ſemper & ſerâ in foribus munita ſit, ut tutò opportunis temporibus obſerari poſſit. Feneſtræ, ex quibus à foris ſtantibus in Eccleſiam introſpicere, & Miſſam videre licet, tollantur omnes, neq; impoſterum ædificentur; Aliæ autem clathris ferreis, clauſæ ſint, & vitreis ſpecularibus munitæ.

Eccleſiæ omnes ſummâ munditie ſemper excellant, octavo quoq; die, & ſæpiùs item ſcopis mundentur; pulveres è Sedibus, parietibus, feneſtris, Altaribus ac picturis, vulpium caudis, aut panno aliquo, vel ſcopis ad id aptatis, abſtergantur, atq; aranearũ telæ undiq; ſtudiosè tollantur. Frumenta, ſiligines, ligna, fœnum, & omnem prophanam ſuppellectilem, inſtrumentáve cujusvis artificij ab Eccleſijs, Orato-

ratorijs, locíſve Sacris, ubi illa aſſervata ſint, quam primùm exportentur, Neq; in poſterum illa ibidem recondi cuſtodiríve à quoquam liceat.

Parochi, cæteríq; Eccleſiarum Præfecti ab earum Cœmeterijs, atrijs, veſtibulis, parietibus, tectisq;, ſordes, aliámq; omnem fœdam turpitudinem per eos amoveri quamprimùm curent, ad quos pro officij munere pertinet; videántq; in futurum, ne ſordibus inquinentur, obſordeſcántve, quæ loca cum ſancta ſint, ab omni labe pura eſſe debent.

ECCLESIÆ RECONCILIATIO.

I.

PArochus poteſt celebrare in Eccleſia polluta ad communicandum infirmum morti proximum, & quamvis in Eccleſia polluta, Sacramenta adminiſtrari non poſſint, ſi tamen Eccleſia ſit Parochialis, licebit in ea celebrare & ſervare Euchariſtiam pro communicandis infirmis(*a*). Nam ſi in quocunque Interdicto hæc omnia permittuntur (*b*) quantò magis hæc licebunt tempore violatæ Eccleſiæ, ubi non intervenit propriè Interdictum. Extra hunc caſum celebrans in Eccleſia polluta, quæ erat conſecrata ab ingreſſu Eccleſiæ eſt ſuſpendendus (*c*). Si hodie polluitur Eccleſia & ignoratur, & poſt octo dies venerit ad notitiam, intereáq; fuit ibi celebratum, nõ eſt opus reconciliatione(*d*). Polluitur autem Eccleſia effuſione ſangvinis & ſeminis

minis peccaminoſâ & notoriâ (*e*). Excipitur tamen effuſio ſangvinis, quæ de naſo proflueret, pugno, alapâ, & ſimilibus, quia naſus eſt organum ſangvinis facilè ab hac parte fluentis (*f*). Item polluitur ob Sepultum ibi excommunicatum, hoc eſt, nororium Clerici percuſſorem, vel denunciatum niſi ſigna pœnitentiæ dederit (*g*). Præterea ob Sepultum infidelem vel hæreticum (*h*). Et in hoc caſu abradendi erunt parietes (*i*). Et ob infantem non baptizatum ibi ſepultum (talis enim ex uſu Eccleſiæ in locis ſacris non tumulatur) qui ſaltem negativè dicitur Infidelis, Secùs qui mortuus eſt in utero matris ſimul cum matre ſepelitur quia ut pars matris reputatur (*k*).

* (a) *Vgolin. de off: & pot: Epiſc: cap: 29. §. 7.* (b) *cap: fin: de Sent: Excomu:* (c) *Sylv: v. Conſecratio 2. q: 9.* (d) *Alphon: Caſtr: lib: 2. c: ult: in fin. leg: pœnal:* (e) *DD: comm:* (f) *Graff: deciſ: aurear: lib: 2. cap. 48. n. 25.* (g) *Eſt communis.* (h) *Azor: p. 2. lib: 9. cap: 5. q. 1.* (i) *Idem verſ: 5.* (k) *Noſter Marchin: tract: 3. par: 3. cap: 10. n. 12.*

2. Eccleſia conſecrata non poteſt reconciliari niſi per Epiſcopum (*a*). Neq; poteſt delegari ſimplici Sacerdoti (*b*). Abſente tamen Epiſcopo & longè diſtante poteſt idem ex juſta cauſa concedere ut in Eccleſia conſecrata ante reconciliationem celebretur (*c*). Tutiùs autem eſt in tali caſu concedere, ut in loco non ſacro celebretur attento Jure communi, vel poſt Trid: in pri-

Digitized by Google

privatis Oratorijs, aut locis deſtinatis ad Divina (*d*). Ante reconciliationem verò nemo poteſt ibi ſepeliri; Neq; poſſunt ibi recitari Divina officia(*e*). Prædicta autem de pollutione Eccleſiæ non habent locum in Oratorijs(*f*).

* (a) *N. Marchin: tract: 3.p.3.c.10.n.12.*(b) *Barboſ: de pot:Epiſc: alleg:28.n.56.* (c)*Idem n.61.* (d)*Idem n.62.* (e)*Sylv: v.Conſecratio2.q.7.&9.* (f)*Svarez tom: 3.diſt: 81.ſect: 4.col: 8.*

3. Ut Eccleſia indigeat reconciliatione, opus eſt, delictum eſſe publicum, vel per Sententiam Judicis, vel per Confeſſionem partium, vel per legitimam teſtium depoſitionem in Judicio, vel per publicam famam; quod procedit in effuſione ſeminis, ſangvinis, & de homicidio voluntario; quia purificatio Templi, cùm ſit actus publicus, ſupponit delictum publicum, nam publicè purificatur ad publicum ſcandalum, & publicam injuriam Eccleſiæ factam, tollendam (*a*). Quod dicitur de homicidio voluntario intelligitur de Injurioſo in Eccleſia patrato quocunq; modo etiam per ſuffocationem aut occiſionem ſui ipſius(*b*). Unde per homicidium vel caſu, vel causâ defenſionis, vel ab amente, aut infante factum, non cenſetur fieri pollutio, quia cum non ſit delictum in occidente, non videtur fieri irreverentia Eccleſiæ; volunt tamen DD. quod ſicut Clericus & Sacerdos, qui Templum DEI ſpirituale eſt, ex homicidio caſuali, ubi culpa intervenit; Item & ex homicidio neceſſariò

ſariò ſi modus inculpatæ tutelæ excedatur, pollutus & irregularis cenſetur; Ità etiam Templum materiale, ob homicidium culpabile (quamvis non doloſum) reconciliatione egeat (*c*). Polluta etiam cenſebitur Eccleſia, ſi quis aliquem in generale bannum declaratum, in cujus vitam poteſtas omnibus data ſit & quidem ſub promiſſione præmij, in templo occidat; licet enim reſpectu perſonæ occidentis, & occiſi tale homicidium ſupponatur licitum & non injurioſum, eſt tamen injurioſum reſpectu loci ſacri, ſicut de alio malefactore juſtè condemnato, & in Eccleſia promerito ſupplicio affecto ſentiendum eſt (*d*). Notandum autem eſt, raró & non nisì ob gravem cauſam licere dare publicam poteſtatem cuilibet occidendi reum (*e*). Tùm ob alia incommoda; Tùm quod tales Rei Sacramentis deſtituti in corpore & anima pereant, quod utiq; Chriſtianæ manſvetudini repugnat; Ideò etiam datâ poteſtate à Magiſtratu fori externi, non videtur facilè ejus uſus in conſcientia & in foro interno admittendus, niſi ex vita malefactoris proſcripti quotidianum periculum Reipubl: immineret; tunc enim publica ſalus ab occiſionis peccato, ſicut in quocunque hoſte, excuſaret. Affirmant etiam Auctores idem de occiſione alicujus Sancti & juſti Viri in Eccleſia, eam ſcilicet pollui, eò quód licet ſangvis Sanctorum Martyrum conſecrat potiùs quàm fœdet Eccleſias (*f*). Ipſa tamen

men nefaria & Sacrilega actio occidentis injurioſa eſt Eccleſiæ (g). Ait tamen Gl: in fin: locum ubi ſangvis effuſus eſt, non eſſe in reconciliatione abluendum.

*(a) *Fagund: de 5. præc: Eccl: lib: 3. c. 14. n. 5. p. 1.* (b) *c. Propoſuiſti de conſecr: Eccl: & Gl: in c. Unic: Eod: in 6.* (c) *DD. cum Barboſ: de off: Epiſc: p. 2. alleg: 27. n. 15.* (d) *Zoëſ: ad tit: de conſecr: Eccleſ: n. 5. Barboſ: d. l. n. 25.* (e) *Molin: de I. & I. tract: 3. d. 7.* (f) *tex: in c. fundamenta de Elect: in 6.* (g) *Gl: in c. unde conſecrat: Eccl: in v: Sangvinis. Zoëſ: d. l. Vall: eod: tit: n. 5.*

4. Si quis intra Eccleſiam morbo correptus, aut extra Eccleſiam vulneratus, in eadem moriatur, non polluitur Eccleſia; non enim ipſa mors per ſe irreverentiam infert Eccleſiæ, ſed cauſa ſivè occiſio in eo facta. Et ſi quis in Eccleſia exiſtens foris prætereuntem, vel è converſo foris exiſtens ſtantem in Eccleſia jaculo conficiat, ex communiori ſententia, poſteriore tantùm caſu, quo conſummativè homicidium in Eccleſia contigit, cenſetur Eccleſia polluta, non priori, in quo non propriè verificantur textus Canonici (*a*). Qui in pollutione Eccleſiæ loquuntur de morte aut ſangvinis effuſione in ipſa Eccleſia contingente (*b*) non tamen requiritur, ut ſangvis ipſam Eccleſiam contingat, dummodò intra Eccleſiam effuſus, licet in veſtimentis abſorptus, vel in vaſe collectus ſit (*c*).

*(a) *c. Unic: de conſecrat: Eccl: in 6. c. Tuarum de*

de privil: (b) *Zoëſ: d. l. in 6. Barb: d: l. n. 26.* (c) *Idem d. l. Navarr: in man: c. 27.*

5. Nomine Eccleſiæ pro hoc actu veniunt Capellæ, Chorus, etiamſi ſit è terra elevatus, qualis eſt Chorus Monialium, Confeſſionalia, Locus organorum, Cœmeteria ab Epiſcopo benedicta, & ſepeliendis mortuis deſtinata, Clauſtra Religioſorum ſepulcris plena, quæ ſunt veluti Cœmeteria; Non autem Campanile, Sacriſtia, Cubicula ad latus Eccleſiæ poſita, ſpatium interjacens inter primum tectum & ſecundum; Nec Oratoria privatæ domûs, nec tribunæ ejuſdem Eccleſiæ ſecundùm partem exteriorem (*a*). Quod ſi polluta ſit Eccleſia, cenſetur etiam pollutum Cœmeterium tanquam acceſſorium, non verò è converſo, quia acceſſorium non trahit ad ſe principale (*b*). Si contingeret durante Miſsâ pollutionem evenire *v. g.* per homicidium aut vulnerationem, communiter diſtingvitur, an ante conſecrationem, vel poſtea id accidat, ità ut priori caſu Miſſa etiam cœpta deſerenda ſit, non verò poſteriori (*c*).

*(a) *Sanchez lib: 9. diſp: 15. de Matrim:* (b) *C. Unic: de conſecr: Eccleſ: in 6.* (c) *Vgol: de off: Epiſc: c. 29. §. 7. n. 3.*

EUCHARISTIA.

I.

PArochus tenetur Euchariſtiam miniſtrare, quando ſubditi debent ex obligatione commu-

municare, hoc eſt, in Paſchate(*a*) & quando rationabiliter petunt, *nè parvuli petant panem, & non ſit qui frangat eis.* Cui præcepto ſatisfacit communicans in hebdomada Sancta, vel infrà Octavam Paſchæ(*b*). Non tamen danda eſt alijs in die paraſceves, quàm infirmis(*c*). Si Parochus, priusquam Euchariſtiam adminiſtret, habeat conſcientiam peccati mortalis, debet ſe præparare ad gratiam per Confeſſionem, vel ſaltèm per Contritionem. Non peccabit tamen mortaliter ſic in peccato mortali miniſtrans, quia qui miniſtrat Euchariſtiam conſecratam, non eſt miniſter DEI ad juſtificationem proximè, ſicut in alijs Sacramentis, ſed tantum eſt velut applicans activa paſſivis, in alijs namq; Sacramentis Sacerdos ſimul conficit, & miniſtrat Sacramentum, non autem in hoc, non enim eſt idem conficere & miniſtrare(*d*). Alij non improbabiliter ſuſtinent contrarium(*e*). Licet præceptum Eccleſiaſticũ ſumendæ Communionis obliget omnes fideles utriúsq; Sexûs, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerint(*f*) & hoc de fide definitum eſt(*g*); Tamen certa ætas definiri non poteſt, in quâ pueri & puellæ ad Communionem idonei ſint, ſed prudentium, id eſt, Parentum, multò magìs Confeſſariorum judicio æſtimandum eſt; Nam alij citiùs, videlicet circa annum ætatis decimumquartum, ſufficientem rationis uſum, & ſpiritualium rerum intelligentiam aſſequuntur(*h*). Et eſto, quòd

quòd pueri neq; in articulo mortis ante dictam ætatem, Maſculi quidem ante decimumquartum vel decimumquintum, fœminæ verò ante duodecimum ad S. Communionem obligati ſint(*i*). Tu Paroche tamen, eo ipſo quod puer eſt capax confeſſionis, nè differas in articulo mortis illi Sacram Euchariſtiam porrigere(*k*). Extra hunc caſum pueri & puellæ priùs ad S. Confeſſionem, quàm ad Communionem admittendi ſunt (*l*) quia ex una parte Sacramentum pœnitentiæ ipſis magìs neceſſarium eſt, ſi fortè uſum rationis adepti in peccatum mortale lapſi ſunt; Deinde in Confeſſione puerorum nullum irreverentiæ periculum timeri poteſt, quandoquidem Sacerdos ſi animadvertat aliquem doli capacem non eſſe, Sacramentalem Abſolutionem ipſi impertiri non debet; Ex altera verò parte Sacramentum Euchariſtiæ, ob eximiam dignitatem, majorem animi præparationem requirere videtur.

*(a)*Text. in c. omnis utriúsq; Sexûs.* (b) *Quarant: in ſumm: Bullar: v. Comunio.* (c)*S. Rit: Cōgr: 19. Febr: 1522.* (d) *Petr: de Royna in ſum: Sacr: tract: 4. n. 6.* (e) *Valent: tom: 4. diſp: 9. q. 10. punc: 1.* (f)*C. omnes utriúsq; Sexûs.* (g)*Conc:Trid: ſeſſ: 13. can: 9.* (h) *Bonac: diſp: 4. q. 7. punc: 2. à num: 1.* (i) *poſt Navarr: 40. Chapeaville de modo adminiſtran: Sacram: temp: peſt: cap: 4. q. 9.* (k) *Diana p. 3. tract: 14. reſol: 50. cit: Svarez in 3 par: tom: 3. diſp: 70. ſent: 1. in fin:* (l) *Idem ibid.*

2. Pa-

2. Parochus communicare non poteſt perpetuò & abſolutè fatuos, ſed tantùm ſemifatuos, & non continuò amentes, tempore quo habent lucida intervalla (*a*). Amentibus tamen vel furioſis, aut carentibus actu ſenſu & uſu rationis, quem tamen aliquando habuerunt, danda eſt Euchariſtia in articulo mortis (*b*) dummodò non conſtet fuiſſe notorios excommunicatos vel notorios peccatores, qui non dederint ſigna pœnitentiæ (*c*). In dubio an peccator ſit publicus, danda eſt (*d*) quia in pari cauſa & delicto melior eſt conditio poſſidentis ſuam libertatem. Item dummodò non conſtet clarè, eos in complacentia peccati mortalis uſum rationis amiſiſſe (*e*). Item dummodò poſſint eam recipere ſine irreverentiæ periculo, *id eſt*, vomitionis, vel expuitionis, aut alicujus ſimilis ſpecialis indignitatis (*f*). Non eſt tamen neceſſe, ut amentes prædicti, tempore uſus rationis petierint expreſsè Euchariſtiam, ſed ſat eſt eos in ſanitate debitis temporibus eam ſumpſiſſe, & vixiſſe non immemores ſuæ ſalutis (*g*). Energumenis & dœmoniacis quoq; non eſt deneganda Euchariſtia, ſi aliàs habent ſufficientem diſpoſitionem (*h*). Peccatoribus tamen notorijs, veluti uſurarijs publicis, & meretricibus, non eſt danda Euchariſtia; nam etſi eos peccatorum pœnituerit, quia tamen adhuc non manifeſtè conſtat de ſua pœnitentia, ne ſcandalum detur, deneganda eſt eis (*i*). Peccator verò notorius dici-

dicitur, qui manifeſtus eſt, vel per ſententiam, vel per confeſſionem in Judicio, aut per evidentiam rei, quæ nulla tergiverſatione celari poteſt(*k*). Peccatoribus autem notorijs, qui ſecretò Euchariſtiam petunt, eſt danda, ex quo verè eos pœnituit, & confeſſi ſunt, nec ſcandalum tunc præbent pro primò, pro ſecundò ubi manifeſtè conſtaret eos vitam mutâſſe, quia ſcilicet honeſtè vivunt, idq; notiſſimum eſt omnibus(*l*). Et peccatores occultos à communione quam petunt, repellere non poteſt Parochus, licet ipſis in Confeſſione abſolutionem non dederit, ne videatur detegere eorum peccata occulta(*m*). Etiam infirmo deliranti, qui febri incidit in amentiam ſeu phreneſim, poteſt Parochus præbere Viaticum, ſi ille tempore uſus rationis expreſsè petijſſet, & ſigna contritionis, Confeſſionis, & Cōmunionis oſtendiſſet, etiam multò antè, modò non ſit periculum irreverentiæ(*n*) *v.g.* Si ex infirmitate cibum ſumptū, ſive modicum, ſive multum non patiatur ſtomachus retinere, ſed ſtatim repellat in propria ſpecie, aut per vomitum, aut per ſeceſſum, tunc non eſt dandum Viaticum; Secùs ſi modicum retineat cibum, imò etſi modicum non retineat, tamen judicio Medicorum credatur Hoſtiam conſecratam non moturam ſtomachum propter ejus exiguam quantitatem, cùm parùm pro nihilo reputetur; Et in hoc caſu adminiſtrari poterit Euchariſtia (*o*). Si autem vo-

vomitus ſit talis naturæ, ut etiam nullo cibo ſumpto perduret, miniſtrari nullomodo debet (*p*). Si ceſſaverit ægrotus per ſex horas à vomitu, judicio Medici Euchariſtia miniſtrari poterit, & ipſo abſente, quia fortè Oppidum exiguum eſt, vel alia de cauſa, adhuc Parochus poſſet Euchariſtiam porrigere (*q*).

*(a) *Henriq: lib: 8. cap: 42. §. 3.* (b) *Zambran: de caſ: in art: mort: c. 3. dub: 4. per: totum.* (c) *Idem ibid:* (d) *Ochagan: tract: 3. de Euchariſtia q. 10. n. 4.* (e) *Idem Zambran: ibid:* (f) *Idem n. 7.* (g) *Idem.* (h) *Idem n. 6.* (i) *Navarr: in man: cap: 21. n. 55. & in cap: pœn: §. Sacerdos. n. 61. & n. 102. de pœnit: diſt: 6.* (k) *Vgolin: de offi Ep: c. 15. §. 7. n. 2.* (l) *Idem ibid:* (m) *Navarr: d. cap: 21. n. 55. & d. §. Sacerdos n. 84.* (n) *Zanard: in direct: confeſſ: p. 1. tract: de Euchar:* (o) *Joan: Sancius in ſelect: diſp: 38. n. 2.* (p) *Idem ibid.* (q) *Diana p. 5. tract: 3. reſol: 55.*

3. Parochis obligatio incumbit, ut intelligere curent, an ſint aliqui Infirmi conſtituti in articolo mortis, quos inviſere & ſpiritualiter paſcere oporteat (*a*). Et onus deferendi S. Euchariſtiam ad infirmos eſt de pertinentibus ad curam animarum (*b*). Etſi verò magis deceat, idque curandum ſit, ut Sacra Euchariſtia interdiu ad ægrotos deferatur, ſi tamen neceſſitas ſvadeat, quia periculum in mora eſt, etiam de nocte deferri debet (*c*). Debet autem deferre habitu decenti, ſuppoſito mundo velamine, &

ſuperpelliceo, lumine præcedenti cum omni reverentia & honore, vultu demiſſo ante pectus ſimiliter cum vaſe argenteo, vel ſaltem in calice, vel ſerico cooperto, non tamen in vaſe vitreo; deferre quoq; debebit duas particulas, ut in regreſſu adoretur ab hominibus, cum pallio honeſto præcedenti tintinabulo, ut cuncti genuflectant, Pſalmos ſeu orationes intereundo recitando(*d*). Euchariſtia tamen non eſt deferenda per plateam in qua habitant Judæi (*e*). Et quando extra Civitatem defertur ægrotis in loco longinquo, aut per vias difficiles & periculoſas, omittitur umbella, & portatur pyxis continens unam tantùm Hoſtiam, & reponitur in burſa ſerica decenter ornata, collocando eam ad collum Sacerdotis ad evitandam irreverentiam aut Scandalum quod oriretur, ſi contingeret, quod Sacerdos in via caderet (*f*). Si conſvetudo loci permitteret, poſſet Parochus ruralis ferens communionem infirmo longè diſtanti, ire equo, ſi eqvùs eſſet manſvetus (*g*) & ferenda eſſet in ſacculo ſerico albo cum cordulis ad collum appenſo(*h*). Pro communicando infirmo jam jam morituro licitum eſt Parocho ſummo mane ante lucem notabiliter Miſſam celebrare (*i*) & eodem die iterum quando non adeſt Euchariſtia conſecrata pro morituris, nec adeſt alius qui celebret(*k*). Contrarium tamen eſt probabilius(*l*) quia Eccleſiæ conſvetudo hoc non permittit: præterquàm quod gravia

via incommoda ſequi poſſent, ſi interdum Parochis benè pranſis ac cœnatis ſacrificare licitum eſſet. In raro tamen neceſſitatis caſu, ſi infirmus moriturus aliud Sacramentum, videlicet pœnitentiæ, aut extremæ unctionis ſuſcipere non poſſit, & ſcandalum ceſſet, probabile eſt, non malè acturum Sacerdotem, ſi ob ejusmodi hominis communionem non jejunus ſacrificet (*m*).

* (a) *Ex cap: 1. de celebrat: Miſſar:* (b) *Rot: in Recanatenſi Parochialis coram Cantuccio decis: 52. n. 10. 21. & 22. p. 2. diverſ.* (c) *Svarez diſp: 66. ſect: 5. paulo poſt principium.* (d) *Cened: ad Decretal: collect: 51. n. 2. cùm ſeqq:* (e) *Congr: Rit: coram Epiſcopo Anconitano 22. Febr: 1593.* (f) *Steph: Grat: diſcept: Forenſ: tom: 3. cap: 492. n. 2.* (g) *Poſſev: de off: Curat: c. 8. n. 4.* (h) *Idem ibid:* (i) *Svarez tom: 3. diſp: 66. ſect: 5.* (k) *Major in 4. diſt: 9. q. 3. ad 3. Card: Tolet: lib: 1. c. 3. n. 7.* (l) *Victor: in ſum: n. 83. Navarr: in man: cap: 21. n. 53. & Palud. in 4. diſt: 8. 42. n. 1. concl: 2.* (m) *Zambran: dub: 6. n. 2. cap: 3.*

4. Euchariſtiam, qui ſemel in mortis articulo conſtitutus, per modum Viatici accepit. perſeverante eodem periculo poteſt iterum accipere per eundem modum Viatici (*a*). Non jejuno licitum eſt dare ob ſolam neceſſitatem, aliàs enim licitum foret, ubi nullum probabile periculum mortis, vel ſupervenientis diuturnæ phreneſis imminere videtur (*b*). Neceſſitas au-

tem communicandi infirmum non jejunum exiſtentem in mortis periculo habet ſe tàm ex parte infirmi indigentis auxilio Eccleſiæ, quàm ex parte præcepti Divini adimplendi, quod ſi unquam obligat, maximè obligat in mortis articulo, tum quia hoc privilegium conceſſum eſt infirmo (*c*). Et hoc procedit non ſolùm in caſu mortis naturalis, verùm etiam in eventu mortis violentæ, ſi communio commodè nequeat anticipari vel differri; & ſi aliquis ſit damnatus ad mortē, illúmq; Princeps jubeat eo die inferri absq; dilatione(*d*) etiamſi poſt horam ad patibulum eſſet ducendus(*e*). Nec ex eo reverentia Sacramenti minuitur, ſed utilitati Rei conſulitur; Intellige, licet Reus pridie ſumpſiſſet Euchariſtiam, adhuc poſſe Reum devotionis causâ ipſo die communicare (*f*). Et adverte, quod infirmus, ut communicet jejunus, non tenetur differre ſumptionem medicinæ vel cibi cum gravi incommodo (*g*). Et difficulter abſtinenti ab ea propter devotionem & deſiderium, poteſt infirmo non jejuno in periculo mortis ſæpiùs Viaticum præberi, ſaltem poſt dierum intervallum(*h*). Imò altero ſtatim die, dummodò mortis periculum inſtare videatur(*i*). Non debet tamen deferri ad ægrotū Euchariſtia adoranda, ſi eam ob tuſſim, aut aliàs ſumere non poſſit pro Viatico(*k*). Si tamen ſumere poſſet, & adhæreret palato Laici comunicantis, repetenda eſſet ablutio vini vel aquæ, quan-

quando alia ratione deglutire non valeret, quia convenientius & decentius eſt, Hoſtiam vel ejus reliquias trajicere per novas & iteratas ablutiones, quàm digito dimovere, cum facilè aliquid Hoſtiæ, vel reliquiarum poſſit intrare inter carnem & ungvem, ut inde nisì cum indecentia aliqua queat extrahi & deglutiri (*l*). Si infirmus omninò non poſſit deglutire ſub ſpecie panis Euchariſtiam, non poteſt miniſtrari ſub ſpecie vini contra praxim Eccleſiæ univerſalis (*m*). Præterea Parochus non tenetur deferre Euchariſtiam ad infirmum propè moriturum, ſi timeat fore, ut eam non poſſit adminiſtrare, niſi valdè feſtinanter currat; Secùs dicendum eſt de baptiſmo, & pœnitentia, quia proximus cenſetur in extrema neceſſitate propriæ ſalutis, tunc enim quilibet tenetur, non ſolùm honorem & famam; verùm etiam vitam prodigere, ad ſalvandum proximum in extrema neceſſitate exiſtentem (*n*).

*(a) *Caſtald: in prax: carem: lib. 2. ſect: 14. cap: 8. n. 5.* (b) *Zambran: cap: 3. dub: 5. n. 1.* (c) *in cap: Liquidò, in cap: Sacramenta de conſecr: diſt: 2.* (d) *Bonac: diſp: 4. q. 6. punc: 2. n. 21. & 22.* (e) *Sancius in ſelect: diſp: 40. n. 4.* (f) *Idem ibid:* (g) *Bonac: loc: cit:* (h) *Poſſev: de off: Curati cap: 8. n. 21.* (i) *Laym: lib: 3. tract: 4. cap: 5. n. 20.* (k) *S. Congr: per Zerol: in prax: Epiſc: p. 1. v. Euchariſtia §. 5.* (l) *N: Boſſ: var: moral: tom: 3. tit: 22. n. 105.* (m) *Svarez tom: 3. diſp: 71. ſect. 7. Squillante de*

te de oblig: Cler: p. 2. n. 76. Et praxis Eccleſiæ Univerſalis. (n) *S. Thom: 2. 2. q. 185. art: 8.*

5. Parochus tempore peſtis debet infirmos propria manu & non aliquo inſtrumento communicare (*a*). Contra Venerum in examine Epiſcoporum (*b*) qui tenet poſſe cochleari argenteo oblongo tunc temporis licitè Euchariſtiam miniſtraro peſtilentibus. Nec eſt licitum Parocho, tempore peſtis Euchariſtiam in loco decenti ponere, ut inde ab ipſis peſte infectis, ore, vel proprijs manibus capiatur, quia hoc eſt contra uſum & praxim Eccleſiæ, quæ habet vim legis, & quia in maximam cedit irreverentiam tanti Sacramenti (*c*). Si Parochus peſtilentem confeſſiones audivit & abſolvit, non eſt in rigore cogendus ſub mortali, ad miniſtrandum illi Euchariſtiam & Extremam Unctionem cum admodum veriſimili vitæ ſuæ periculo, quia talis ritè confeſſus & abſolutus jam in gratia eſt, etſi non receperit dicta Sacramenta (*d*). Deficientibus particulis fas eſt Sacerdoti partem hoſtiæ à ſeipſo conſecratæ Laico præbere, ſive causâ infirmitatis, ne ſine Viatico decedat, ſive causâ devotionis iſte S. Synaxim ſumat (*e*) quia hoc non obſtat integritati Sacrificij, & Sacerdos non tenetur conſumere totam quantitatem materiæ ab eodem conſecratæ, ut patet in eo caſu, quando unam Hoſtiam & plures particulas, vel duas Hoſtias, quarum una in Sacrario ſit reponenda, conſecravit. Tempore interdicti localis poteſt Pa-

Parochus Euchariſtiam, quatenus Viaticum morientium, miniſtrare, non tantùm ſemel,ſed quoties expedierit, cum pompa & ſolemnitate conſveta(*f*).Et in hoc propoſito articulus mortis non eſt ſtrictè intelligendus, ſed favorabiliter, ſufficitq, probabile periculum mortis, etiam violentæ, quamvis evidens non ſit, veluti mulieris prægnantis, vel ſuſcipientis; periculoſam navigationem, aut intrantis periculum, vel ſi obſeſſi ſunt à validis hoſtibus(*g*).

*(a)*Svarez tom: de pænit: diſp: 44. ſect: 3. n. 17.* (b)*Venar: lib: 4. c. 46. n. 47.* (c)*Barthol: à S. Fauſto de Sacr: Euch: lib: 1. q. 212.* (d) *Tabiena v. Epiſcopus n. 65. & Jo: Major in 4. diſt: 17. q. ultima. Greg: XIII. 10. Decemb: 1577.* (e)*N. Homob: de Exam: Eccl: p. 1. tr: 4. c. 11. q. 110. & Fagund: de 5. Eccl: praec: p. 1. l. 3. c. 20. n. 8.* (f) *Covar: in cap: Alma Mater p. 2. §. 3. n. 7.* (g)*Idem cum alijs.*

6. Sacerdos dubitans an noctis medium cœnando exceſſerit, altera die ſacrificare poterit, etiam propter devotionem, ac nulla cogente neceſſitate, quia Lex Eccleſiaſtica de Jejunio communicaturis ſervando non videtur tàm arctè conſtringere conſcientias in caſu dubio; Idem dic ſi dentibus quidpiam maſticans dubitet an deglutierit(*a*). Si diverſa ſunt horologia, & aliquorum ſonuerit hora duodecima noctis, aliquorum non ſonuerit, poteſt, qui tunc ſolvit jejunium naturale, communicare die ſequenti; & ſivè illa dies, ſive ſequens ſola ſit jejunij, poterit

terit dubitans cœnare, & edere carnes, perinde ac ſi eſſent duæ opiniones probabiles, quarum utramq; licet ſequi(*b*). Si tantùm ſit unum horologium, ubi cœperit ſonare duodecimam, aliquis biberet, licet quando ſonaret ultimus pulſus, deſiſtat bibere, non poterit die ſequenti communicare; quia quando primus pulſus auditur, jam eſt expleta hora, & horologium eſt tantùm teſtis indicans illud; & licet diverſi ſint pulſus, id evenit, quia nequit uno pulſu hora duodecima indicari, ſicut uno pulſu hora prima indicatur(*c*). Qui buccellam habet maſticans, & audit primum pulſum duodecimæ noctis, tenetur incontinenti de ore ejicere, ſi die ſequenti Euchariſtiam vel ſumere, vel celebrare velit(*d*). Si reliquiæ cibi, quæ hærent inter dentes, ex induſtria deglutirentur, impedirent ſumptionem Euchariſtiæ quia ſumerentur per modum cibi(*e*). Contraria eſt probabilis(*f*). Dictæ reliquiæ debent exſpui, ne viderentur de novo comedi (*g*). Si quis aliquantulum aquæ per nares attrahat, quæ in ſtomachum transmittatur, non manet impeditus ad ſumptionem Euchariſtiæ, quia non fuit per modum cibi, aut per modum potûs transmiſſa. Idem dicendum ſi quid per modum reſpirationis attrahatur, etiamſi poſſit nutrire vel alterare, ut muſcam vel quid ſimile(*h*). Si quis parùm papyri, vel alterius rei non commeſtibilis deglutîſſet, poteſt communicare; Solus enim cibus & po-

potus impedit Communionem (*i*). Contraria eſt etiam probabilis, & utramq; ſequi poſſumus (*k*).

* (a) *Laym: l.1. tr: 1. c.5. §.4. n.36.* (b) *Fagund: de 5. præc Eccl: 4. præc: l.1. c.10.* (c) *Sancius in ſelect: diſp: 42. n. 18.* (d) *Idem ibid: n. 20.* (e) *Idem ibid.* (f) *Gabr: Vaſq: in 3. p. tom: 3. diſp: 11. c. 4. n. 30.* (g) *Svar: in 3. p. tom: 3. diſp: 68. ſect: 4.* (h) *Filliuc. tom: 1. tr: 4. c. 8. n. 256.* (i) *Fagund: ut ſupra præc: 3. c. 5. n. 14.* (k) *Sancius in ſelect: diſp: 42. n. 23. Ledoſma in ſumm: tom: 1. de Sacr: Eucharist: c. 23. concl: 4.*

7. Parochus Sagis, quæ ad ſupplicium mortis ducendæ ſunt (Secus & alijs Reis damnatis) Sacrum Viaticum, ſi pœnitentes & confeſſæ ſint, negare non poteſt (*a*). Si mulier de veneficijs valdè ſuſpecta crimen confiteatur (ſive torta ſit, ſivè non torta propter corporis infirmitatem, fœtum in utero &c.) S. Euchariſtia illam privare non poteſt Parochus, ſi petat, & Sacramentaliter confeſſa ſit (*b*). Et probatur ex regula Canonica: *Cui Sacramentum reconciliationis ſeu pœnitentiæ datur, neq; Viaticum negandum eſt.* Extende *primò* ut locum habeat quoq; , etſi mulier crimen in tortura confeſſa ſit, ſed poſtea in publico judicio revocarit: quia confeſſio in tortura, niſi poſtea ratificetur, non cenſetur eſſe alicujus momenti. *Secundò*, Et ſi mulier coram Judice & Notario extra torturam crimen confeſſa ſit, poſtea tamen revocarit, allatis indicijs falſi-

ta-

Digitized by Google

tatis, ob quæ Judex propter variationem & inconſtantiam, ad nova tormenta devenerit; ſi ea mulier conſtanter pertulit, cenſetur expurgaſſe priorem Confeſſionem. Quare ſi poſtea in dicta retractatione ſeu conteſtatione innocentiæ perſeverat, non debet in mortis periculo conſtituta Sacramentis privari. Neq; his obſtat, in quibusdam tribunalibus conſvetudinem eſſe, ut Confeſſio ſemel facta, non niſi per tres torturas purgetur: Nam, ut taceam, hanc praxim Juri conformem non eſſe, quia tortura expurgat antecedentes criminis præſumptiones (*c*). Saltem illa extendi non debet ad Sacramentorum ſubractionem; Etenim Sacramenta morituro negari non poſſunt, niſi conſtet eum eſſe in ſtatu peccati mortalis: de tali autem muliere, quæ crimen ſemel confeſſa, poſtea retractavit, non conſtat eſſe in ſtatu peccati mortalis, videlicet, falſæ & pertinacis revocationis; Alioqui enim Judex non debuiſſet eam torturæ ſubijcere: cùm tortura adhibenda ſit tantum in cauſa dubia ad cognoſcendam veritatem. Si mulier de crimine confeſſa, vel ſecundùm præſumptionem fori externi convicta eſt; ſi tamen coram Confeſſario, poſt ſeriam admonitionem, conſtanter negat, fides ei habenda eſt in foro conſcientiæ, ideóq; à peccatis abſolvenda, & Sacro Viatico ante diem ſupplicij munienda eſt (*d*) videlicet in ſecreto. Si enim poſt Confeſſionem Sacramentalem palàm dixit, ſe innocen-

centem; Communio ei neganda eſt propter ſcandalum, quia publicè præſumitur mendax, pertinax, atq; impœnitens. Si Sacra Euchariſtia ad Sagas, & alias ejusmodi perſonas infames deferenda ſit, cum minore id Solemnitate fieri convenit; ideóq; pulſus campanæ per plateas, & magnus comiratus omitti poteſt. Neq; tamen omninò clàm S. Euchariſtia deferenda eſt; perindè ac ſi id indecens ſit, ideóq; nemo ſcire debeat. Simili ratione dicendum eſt, in caſibus quibus Sagæ, vel ſimiles Rei in carcere decedentes, vel ultimo ſupplicio affecti ſacræ ſepulturæ tradi poſſunt; non eſſe id agendum magna cum ſolemnitate, & cum publicis exequijs; neq; tamen omninò clanculum atque furtivè: ſed cum cæremonijs ſaltem præcipuis & quaſi ſubſtantialibus, quæ in Rituali præſcriptæ ſunt. Interim pietatis opus exercent ſangvine juncti & amici, ſi pro condemnatis & ſupplicio affectis privatim orent, Sacrificia offerant, vel offerri curant, modò non conſtet, aut vehemens præſumptio ſit, impœnitentes deceſſiſſe (*e*).

*(a) *Laym: in Theol: mor: lib:5. tr: 4. c. 6. n.13.* (b) *Comm: DD:* (c) *Farinac. q. 40. n.2. Delrius lib:5. ſ. 9. §. Cæterum.* (d) *Laym: lib: 3. tr: 6. c.5. n. 32.* (e) *Idem ibid: in fine.*

8. Euchartſtia in Parochialibus retineatur in Altari majori (*a*). Rectores in aliena Parochia exiſtentes tempore Paſchatis ſumere valent in

ea

ea Euchariſtiam (*b*). Parochus qui Miſſæ Sacrum non fecit, ſibi ipſi poteſt Euchariſtiam miniſtrare(*c*). Non autem Laicus, quia ipſi prohibitum eſt eam tangere (*d*). Niſi in extrema neceſſitate mortis, & in abſentia Sacerdotis(*e*). Pro communicandis infirmis debet Parochus Euchariſtiam ſub fideli cuſtodia, & in loco decenti cõſervare(*f*). Et pyxides duas in Sacrario tenere, in quarum una conſervatur S. Sacramentum, in altera deferatur ad infirmos, & iſtæ pyxides non niſi ſuper Altari viatico, vel ſuper Corporali collocentur (*g*). Et lampas ante SS: Euchariſtiam noctu diuque ardere debet, tam propter ejus reverentiam, tam etiam ut ingredientes Eccleſiam ſciant, ubi primùm adorare debeant præſentiam Salvatoris noſtri. Ad manutenendum oleum hujus lampadis tenetur quidem Parochus; ſed obſervari debet conſvetudo, quod populus faciat hos ſumptus (*h*).

* (a) *Congr: Epiſc: 6. Decẽb: 1594.* (b) *Fuſc: in viſit: lib: 2. c. 3. n. 44.* (c) *Vgolin: c. 15. §. 7. n. 9.* (d) *arg: cap: tribus de conſecr: diſt: 2.* (e) *Svar: tom: 3. q. 82. diſp: 72. ſect: 3.* (f) *C. Sanè 10. de celebrat: Miſſ:* (g) *Piaſce: in prax: Epiſc: p. 2. c. 3. n. 24. verſ: Unde primò* (h) *Poſſev: de off: Curat: cap: 12. n. 68. & Rip: conſ: 2. n. 4. & 5. de conſvetud.*

9. Putrefactis Hoſtijs (*quod abſit*) in pyxide, cuſtos earum, qui eſt Rector, pœnes quem debet eſſe clavis, triginta diebus pœniteat (*a*) ſumendæ verò erunt à jejuno, maximè in Sacrificio

Digitized by Google

ficio ante purificationem Calicis (*b*). Et clavis cuſtodiæ SS: Sacramenti, feria quinta in Cœna Domini unica debet eſſe, retinenda per Sacerdotem in craſtinum celebraturum, & nullo modo apud perſonas laicas & ſeculares cujuſcunq; ſtatûs, gradûs & conditionis exiſtant, non obſtante conſvetudine contraria, & hoc in omnibus Eccleſijs, tam ſecularibus, quàm regularibus quovis modo à Jurisdictione Ordinariorũ exemptis(*c*). Si venenum Calici Sacerdos deprehenderit immiſſum, nullo modo ſumere debet, nec alijs dare, ne Calix vitæ vertatur in mortem; Sed debet diligenter in aliquo vaſculo ad hoc apto cum reliquijs conſervari (*d*). Idem dicendum ſi dubitetur ſangvinem fulmine de cœlo tactum fuiſſe; quia fulmen liquores quos tangit reddit peſtiferos & venenatos; & in dubio pars tutior eligenda eſt (*e*). Hoſtiolæ peſte tactæ, & â Parocho pertractatæ eadem infirmitate laborante, ſervandæ ſunt uſq; ad naturalem illarum corruptionem, quia maximè abſurdum & Sacrilegum eſt, Hoſtiam, quoties adhuc corpus Chriſti continet, velle flammis irreverenter mandare, tùm quia in Rubrica 2. *de defectibus Miſſæ*, hæc regula habetur; Si aliquid venenatam contigerit Hoſtiam conſecratam, tunc alteram conſecret, & ſumat eo modo, quo dictum eſt, & illa ſervetur in tabernaculo loco ſeparato, donec ſpecies corrumpantur, & corruptæ deinde mittantur in Sacrarium.

*(a)

*(a) *Sylv: v. Euchar: 2. q. ſextum.* (b) *N. Gavart: Comment: in Rubr: Miſſ: p. 3. tit: 10. n. 14.* (c) *Congr: Rit: in Caurien: 15. Decemb: 1632.* (d) *S. Thom: 3. par: q. 83. art: 6. ad 3.* (e) *Januenſ: c. 49. ſub. n. 2.*

10. Parochus ferens infirmo Cōmunionem, ſi in reconciliatione inveniat illum multas confeſſiones invalidas feciſſe, & mors timeri poſſit ex dilatione Confeſſionis & Abſolutionis in aliud tempus, faciat diligentias aliquas audita confeſſione per dimidiam horam & craſſa accuſatione de alijs peccatis, conveniat cum pœnitente de ejus reditu ad perficiendam dictam Confeſſionem ſumpta occaſione alicujus negotij; Si autem infirmitas non eſſet ita periculoſa, & Confeſſionem per dimidiam horam integrè fieri poſſe probabiliter non ſperetur, tunc curet, ut faciat actum veræ contritionis, & det ei Euchariſtiam, monens illum de obligatione, quam habet integrè confitendi, eo, vel ſequenti die & ſic ceſſat ſcandalum, & minùs inconveniens eſt, communicare ſine Confeſſione præmiſſa, quàm ea facta præpoſterè & non integrè(*a*). Præberi poteſt Euchariſtia per modum viatici, ei, qui manè communicavit, vel Miſſam dixit, & poſteà eadem die incidit in periculum mortis, etiamſi non eſſet jejunus; quia in articulo mortis omnes tenentur cōmunicare per modum viatici, quæ obligatio eſt propria illius temporis(*b*). Contraria eſt etiam pro-

probabilis; quia tunc præceptum ſumendi Eucharistiam tempore mortis videtur moraliter impletum(*c*). Surdus & mutus à nativitate videtur, ſaltem in periculo mortis poſſe Communione muniri, ſi aliquam judicetur reverentiam concipere(*d*). Imò etiam extra periculum mortis in vita(*e*). Sacerdos ſciens ex confeſſione aliquod delictum alicujus non emendatum, ſi occultè petat Euchariſtiam, non poteſt eam denegare; quia non poteſt uti notitia Confeſſionis ad dirigendos actus externos; & illa negatio, quamvis occultiſſimè petat, cum ſit quædam exprobatio delicti non emendati, proindè in tali caſu ſigillum frangeretur(*f*) Si Sacerdos ſtatim poſt Introitum recordetur peccati mortalis, non tenetur accerſere Confeſſarium; ſed conſultiùs eſt elicita Contritione & confitendi propoſito ob honorem Sacrificij pergere & cœptum perficere(*g*). Et Laicus qui ad linteum Altaris adſtat paratus communicare, & Confeſſionem præmiſerat, excuſatur propter reverentiam Sacramenti, ne ſtatim redeat ad Confeſſarium, ut directè abſolvatur à peccatis, quórum fuerat oblitus, & hoc etiam ſecluſa nota, & ſcandalo (*h*).

*(a) *Zambran: de Sacr: pœnit: cap: 4. dub: 6. a. 6.& 7.* (b) *Hurtad: de Sacr: diſp: 10. de Euchar: diffic: 2.* (c) *Jo: de lugo Card: de Sacr: Euch: diſp: 16. ſect: 2. n. 17.* (d) *Marchant: de Sacr: reſol: qq: Paſtor: de Euchar: tract: 4. c. 3. q. 1. caſ: 4.* (e) *Dian: p. 5.*

p. 5. tr: 6. reſ: 7. (f) *Fagund: de 5. Eccl: præc: 3. c. 10. n. 23.* (g) *Petr: Matth: in annot: ad Rubr: Miſſ: p. 1. c. 8. n. 5.* (h) *Henriq: l. 8. c. 46. n. 3. in gloſſ. lit: A.*

EX SYNODO PRAGENSI.
Tit: de Sacra Euchariſtia.

GEneratim decernimus & ſancimus, ut in omnibus Eccleſijs Parochialibus Sacræ Euchariſtiæ Sacramentum continuò ſervetur. Tabernaculum verò in quo recondendum eſt ità ſit poſitum, ut ſemper Altare minimè aſcendere oporteat ad extrahendam S. Euchariſtiam; Oſtiolo ſic aptato ut in eo Sacramentum ipſum cum vaſculo ad continendas particulas pro fidelium communione deſtinato, Monſtrantiáve reponi. aut ex eo etiam extrahi commodè valeat; quod oſtiolum à parte anteriori panno ſerico ſit adornatum, Vacuum ſit omninò à ſacris reliquijs, atq; à Sacrorum liquorum vaſis, alijsq; quibusvis rebus, ut nè inane quidem vaſculum, Monſtrantiáve in eo reponatur.

In unaquaq; Parochiali Eccleſia unum ſaltem habeatur vaſculum ad retinendas particulas conſecratas ad uſum communionis fidelium, etiam infirmorum; Et quinq; ſaltem particulæ conſecratæ ſint ſemper in prædicto vaſculo, vel etiam plures, ubi Parochiæ frequentia, vel magnus graviter ægrotantium numerus id requirit; quæ ſaltem ſemel in menſe mutentur. Hoſtia magna conſecrata nunquam

rolin-

relinquatur, niſi cùm, vel populo orationis publicæ cauſa ad orandum exponenda fuerit, vel in proceſſionibus deferenda. E regione SS: Sacramenti præluceat continuò, etiam noctis tempore, lampas munda, loco convenienti poſita, vel appenſa.

Cum Sacra Euchariſtia ad infirmos defertur per vias aſperas ſeu glacie vel luto lubricas, habeatur Burſa ex ſerico ornatiſſima, ad includendum Vaſculum S. Euchariſtiam continens, quæ burſa Cordulas habeat è ſerico, Sacerdotis collo decenter appendendas; Non deferatur autem ad ægrotum, niſi is eam verè ſumpturus ſit. Si verò aliquando occurrat, ut dum ad illum Parochus venit, morbo ita affectum eum inveniat, ut illam tunc ei miniſtrare ritè non poſſit, collocato vaſculo ſuper corporali in menſa eo nomine apparata, paululùm moretur, dum flexis genibus unà cum cæteris, qui adſunt, ac potiſſimùm cum ægroto ipſo ſanctè oret; ac poſtea receſſurus Euchariſtiâ vaſculo incluſâ infirmo benedicat. Quod ſi ægrotus ipſe id vehementer exoptat, Sacramentum, aperto etiam vaſculo, liceat oſtendere adorandum. Præmoneat eos ad quos infirmi cura ſpectat, ut ægrotantis cubiculum ab omni ſorde expurgetur, & amotâ omni re profanâ, pio apparatu ac Sacris Imaginibus, ubi poteſt, exornetur: Tum præterea menſa mappa munda conſtrata apparetur, in qua ſuper corporali vaſculum cum SS: Sacramento collocari poſſit. Antequam ægroto Sacram præbeat Euchariſtiam, illius fidem & devotionem pro perſonæ & temporis ratione, gravi & brevi ſermone ad

libri ritualis Pragenſis præſcriptum excitare curet. Statim ac ſacram Communionem infirmo miniſtraverit, digitos vino vel aqua abluat, & ipſi infirmo hujusmodi ablutionem prabendam curet.

Ad ſaluberrimum hujus Sacramenti frequenter ſumendi uſum, Parochi, Concionatores, & Confeſſarij fideles continuò cohortentur; atq; ex citatis naſcentis Eccleſiæ inſtitutis ac exceptis, & omnium SS. Patrum conſentiente Doctrina, atq; Oecumenicæ Synodi Tridentinæ ſententia (quæ optaret quidem fideles in ſingulis Miſſis, non ſolùm ſpirituali affectu; ſed priùs confeſſos, Sacramentali etiam Euchariſtiæ perceptione communicare) curabunt certè, ut præter Paſchalem Communionem, quæ S. Eccleſiæ præcepto neceſſaria eſt, ſaltem in præcipuis ſolemnitatibus, veluti Die Natali Domini, Epiphania, Pentecoſte, Aſcenſione Domini, Celebritate Corporis Chriſti, Feſto omnium Sanctorum, ac præterea in Feſtis majoribus DEIparæ Virginis, Sacra Euchariſtia ſe reficiant. Crebris etiam monitis illud, quod Beatiſſimus Silverius Pontifex ſtatuit, in conſvetudinem ſtudebunt revocare, ut qui ſæpius non communicant, Diebus ſaltem Dominicis Quadrageſimæ & Adventûs, ac Feriâ quintâ Cœnæ Domini, prævia Sacramentali Confeſſione Corpus Domini ſumant. Eam quoq; conſvetudinem introducant, ut quoties quis iter longum, aut infeſtum, rémq; arduam & difficilem, etiam in qua nullum mortis periculum extimeſcendum ſit, aggreditur; qui itidem aliqua gravi perturbatione, vel ex filiorum, Conjugíſve obitu,

vel

Digitized by Google

vel ex bonorum amiſſione, vel ex alia re adverſa affligitur, ſacram Communionem confeſſus ſuſcipiat; Idémq; faciat, itinere vel negotio difficili, quod ſuſceperit, confecto, vel quocunq; beneficio accepto, gratias DEO acturus, hujus Sacramenti ſumptione, in quo præcipuè quædam ratio ineſt, qua omnipotenti DEO pro immenſis in nos collatis beneficijs, aliquam gratiam piè referamus. Curent item ut mulieres proximè pituræ hoc ipſum præſtent; ac præterea cum primùm à puerperio ad Eccleſiam accedunt.

Ad ſacram Communionem non admittantur Hæretici, Schiſmatici excommunicati, Interdicti, publicè Criminoſi, Meretrices, publici Concubinarij, Fœneratores, Magi, ſortilegi & alij in peccatis, & Statu damnationis perſeverantes. Si verò ejusmodi ab eo damnationis ſtatu reſipiſcentes, ſervatis ſervandis à cenſuris Eccleſiaſticis & peccatis admiſſis legitimam obtinuerint abſolutionem ad S. Communionem admitti poterunt. Pueris item & infantibus, qui propter ætatis imbecillitatem, nondum hujus Sacramenti cognitionem habent, S. Euchariſtiam nemo audeat miniſtrare ſub pœna ſuſpenſionis à Divinis ipſo facto incurrenda. Ij autem cum ad annos diſcretionis pervenerint, qui, ut plurimùm duodecim anni ſunt ad Communionem admittantur, dummodò prius à Parocho, Confeſſarióve diligenter examinentur, atq; de vi, & ratione hujus Sacramenti piè inſtruantur, ut ad illius virtutem, & admirabiles affectus cognoſcendos, piámq; animi reverentiam amplectendam excitentur.

Non ſolùm monendi ſunt fideles, ut jejuni (niſi ob infirmam valetudinem in periculo mortis ſint conſtituti; ijs enim etiamſi jejuni non ſint S. Cōmunio per modum Viatici miniſtrari poteſt) ad S. menſam accedant; ita ut ſaltem à media antecedentis diei nocte, uſq; ad illud temporis punctum, qua Euchariſtiam ſumunt, nihilominùs per modum cibi, potúsve, aut medicinæ, comederint ſeu biberint aut ſumpſerint, alioquin peccatum mortale admitterent; ſed etiam cohortandi, ut pridiè quo illam ſument, jejunium celebrent, aut ſaltem parciùs cœnent, & partem noctis in orationibus, pijsq; meditationibus vigilent, aut ſaltem prolixius orent, quàm ſoliti ſunt: ſumma reverentia, omníq; humilitate, ac genibus flexis, ad eam ſumendam accedant, oculis non vagis, ſed in Chriſti corpus piè conjectis, & gladio, pugione, alijsq; armis omnino depoſitis.

Raro Communicantes non ante ad S. Communionem Parochus admittat niſi ijs diligenter explicaverit, quàm immani ſcelere, ex Apoſtoli Sententia, obſtringatur, qui indignè illam ſumit. Debet enim ſe ipſum probare, quicunq; ad ſalutem, non autem ad judicium & condemnationem, cœleſtem illum Panem manducare voluerit.

Omnem adhibeant diligentiam Parochi, ut unusquisq; in ſua Parochiali Eccleſia, hoc Sacramentum in Paſchali celebritate ſumat, quemadmodum eſt S. Matris Eccleſiæ præceptum; Ideo in Quadrageſima populo promulgabunt, atq; adeò explanabunt Conſtitutionem illam in Concilio Lateranenſi ab Innocen-

centio Tertio Pontifice Max: editam, cujus initium eſt: Omnis utriúsq; Sexûs. Tempus autem Paſchalis Communionis eſt à Dominica Paſſionis uſq; ad Octavam Paſchæ incluſivè. Quod ſi feſtum Annuntiationis B. Virginis ante Dominicam Paſſionis occurrerit; qui eo die à proprio Parocho Sacram ſumpſerint Euchariſtiam, Eccleſiaſticæ illi obligationi ſatisfacient. Moneant Parochi Patresfamilias de cura per eos adhibenda, ut eorum filij, aliíve, qui de eorum familia ſunt, debito tempore peccata ſua Sacramentaliter confiteantur, & Sacram ſumant Euchariſtiam. Videant Parochi diligenter, an aliqui ſint qui præſtituto tempore Paſchali in propria Parochia non communicârint; ſi quos compererint, eos ſtatim ad Nos deferant, ut ad SS: Canonum præſcriptum ingreſſu Eccleſiæ interdicti declarentur; & ſi ſic deceſſerint, careant Eccleſiaſticâ ſepulturâ. Qui tempore S. Communionis Paſchalis in carcere detenti fuerint, eos Parochi, intra cujus Parochiæ limites carceres conſiſtunt, viſitent, & ad illos, poſtquam peccata ſua ſacramentaliter confeſſi fuerint, ſacram deferant Communionem, aut ſi Sacella fuerint conjuncta, ibi ad illos communicandos celebrent. Si qui ob infirmam valetudinem, etiamſi in Hoſpitalibus ſint, tempore præſtituto, ad Eccleſiam accedere non poſſint, ut Sacram ſumant Euchariſtiam, illam intra eundem terminum Parochus domum deferat, ut Eccleſiæ præcepto ſatisfaciant, & fructus uberrimos, ſpiritualéſq; utilitates, ex hujus Sacramenti perceptione provenientes, non amittant.

Qui tempore Paſchæ à Parochia abſuerit, cùm primum domum redierit, vel atteſtationem legitimam Parocho exhibeat, ſe prævia Confeſſione Sacramentali, S. Communionem ſumpſiſſe, vel intra ſex dierum ſpatium, confeſſus à proprio Parocho illam ſumat; alioqui interdicti Eccleſiaſtici pœnam ſubeat, & ſic decedens careat Eccleſiaſticâ ſepulturâ.

EXCOMMUNICATIO.

I.

PArochus excommunicatione majori irretitus non poteſt ſolemniter baptizare, aliàs peccabit mortaliter, & fiet irregularis, imò nec in extrema neceſſitate, ſed debet in tali caſu absq; ſolemnitate baptizare(*a*). Quod intelligitur, ſi non ſit alius qui baptizet; nam ſi adeſſet Laicus non excommunicatus, eſſet præferendus Sacerdoti excommunicato; quia tunc non eſt neceſſitas, cum poſſit tale Sacramentum conferri à Laico (*b*). Neq; Parochus Excommunicatus poteſt diſtribuere Euchariſtiam in Eccleſia, nec eam deferre ad infirmos, contraveniendo enim peccat mortaliter, & fit irregularis; ſed in extrema neceſſitate poterit excommunicatus contritus Euchariſtiam indigenti miniſtrare, ſi nō ſit alius qui miniſtret; Nam poteſt eſſe ut per illud Sacramentum recipiat primam gratiam, quam ante non habebat (*c*). Si Parochus habeat pœnes ſe ſcripturam denunciatoriam, qua ſpe-

ſpecialiter & nominatim quis ſit excommunicatus, ſibiq; præcipiatur, ut ſtatim viſis literis teneatur eundem vitare, & denunciare, non tenetur eum vitare, donec eum denunciaverit, aut denunciatum eſſe conſtiterit(*d*). Abſolutum ab excommunicatione per Laicum poteſt Parochus ſepelire in loco Sacro, & Miſſam pro eo publicè celebrare, maximè ubi defacili non poteſt adiri Judex excommunicans, ut ab eo abſolutio impetretur, antequam corpus ſepulturæ tradatur(*e*). Excommunicati autem notorij & denunciati ſepulturâ careant Eccleſiaſticâ(*f*). Si tamen excommunicatus etiam denunciatus dederit ſigna pœnitentiæ in articulo mortis, ſepeliatur in Eccleſia(*g*). Et ſufficit unus teſtis(*h*). Et poteſt excommunicatus dans ſigna contritionis poſt mortem abſolvi ab eo qui excommunicationem tulit(*i*).

*(a) S. *Thom: in 4. diſt: 5. q. 2. art: 2. p. 5.* (b) *Sylv: v. Baptiſmus 3. n.* 1. (c) *Navarr: in man: c. 22. n. 4.* (d) *Guttier: q. canon: l. 1. c. 1. n. 41.* (e) *Dian: tr: 4. de Sacr: reſol: 133.* (f) *cap: Sacris de ſent: Excom: c. 15. qui eod: tit: in 6. Clem: l. de ſepult:* (g) *Congr: Epiſc: 17. Maji, 1583.* (h) *Sylv: v. ſepultura q. 9.* (i) *Sayr: cap: 21. n. 4. in fin.*

2. Matrimonium contractum ab excommunicato valet, ſi nullum ſubſit aliud impedimentum, illud irritans, cum ad matrimonium ſufficiat legitimus conſenſus (*a*) peccat tamen mortaliter ſic contrahens, cum hæc excommuni-

nicatio privet participatione Sacramentorum ſub mortali, utpote in materia graviſſima(*b*). Non excommunicatus autem, qui ſcienter contrahit cum excommunicato majori excommunicatione, non nominatim denunciato, vel non notorio percuſſore Clerici, ipſum inducens ad ſic covtrahendum, non peccat (*c*) quia poſt extravagantem: *Ad evitanda*, fideles poſſunt licitè communicare cum excommunicatis non neceſſariò vitandis ſeu toleratis, acſi non eſſent excomunicati. Ipſo facto excommunicati ſunt locorum Domini & Magiſtratûs cujuscunque conditionis ſint, qui cogunt directè vel indirectè minis vel pœnis ſubditos ſuos, vel alios qnoscunque, quò minùs liberè matrimonium contrahant(*d*).

*(a) *C. Significaſti, de eo qui duxit.* (b) *Com: DD:* (c) *Sanchez lib: 7. diſp: 9. n. 8.* (d) *Trid: ſeſſ: 24. de Reform: matr: cap: 9.*

3. Irretitus aliquâ cenſurâ, etiam Irregularitatis ex homicidio, vel excommunicatione, aut ſuſpenſione poteſt celebrare, ne alioqui infametur(*a*). Nam lex naturalis de tuenda fama, potior eſt lege humana. Et licentia data à Paſtore, etiam denunciato excomunicato, de ijs quæ aliàs poterat, valet; Ut quod poſſit audire confeſſiones, prædicare, vel aſſiſtere loco ipſius matrimonio &c. (*b*). Verus etiam eſt baptiſmus, qui datur à Parocho excommunicato, etiam denunciato, etiam hæretico, obſervata forma,

&

& alijs ad baptiſmum neceſſarijs (*c*). Et excommunicatus verè conſecrat & ſumit Euchariſtiam (*d*) quia conſecrandi poteſtas fundatur in charactere Sacerdotali, qui deleri nequit (*e*). Poteſt quoq; ab excōmunicato Extrema unctio ſumi, & miniſtrari, cum illius capax ſit quilibet Chriſtianus, ad eámq; miniſtrandam Sacerdos etiam excommunicatus ſufficiens miniſter eſt, quamvis excommunicatus, ſcienter eam ſumens peccet, nec fructum alioquin inde reportet (*f*). Præterea Sacramentum pœnitentiæ in extrema neceſſitate licitè ab excommunicato denunciato, etiam hæretico peti & adminiſtrari poteſt (*g*). Et hoc apertè docet Trid: *ſeſſ: 13. c. 7. de caſuum reſervatione*, ubi ſine exceptione: Omnes Sacerdotes tunc quoslibet pœnitentes à quibusvis peccatis & cenſuris abſolvere poſſe permittit, ne quis hac occaſione pereat, ſcilicet, ſi abſolvi non poſſit à quocunq; Sacerdote in mortis articulo, etiam hæretico; Sicut igitur in extrema neceſſitate quilibet à quolibet Sacerdote baptizari poteſt & debet, ita etiam à quibuscunq; peccatis & cenſuris abſolvi à quolibet Sacerdote poteſt & debet, cum utrumq; Sacramentum neceſſitatis ſit, & de Jure Divino præceptum; Baptiſmus quidem ſimpliciter nondum regeneratis, Sacramentum verò pœnitentiæ lapſis omnibus poſt baptiſmum (*h*). Et non cenſetur Eccleſia taliter excōmunicatis jurisdictionem auferre vel ſuſpendere;
ne ob

ne ob delicta hæreticorum, vel aliorum excommunicatorum filij ſui ſalutis remedio injuſtè priventur, id quod verba Concilij *loc: cit:* ſatis manifeſtè declarant. De confitendo hæreticis intelligi debet, quando non timetur periculum infectionis, & perverſionis, nec pœnitens communicando in Sacramentis videtur conſentire, vel approbare Sectam hæretici, nec ſit periculũ ex parte hæretici abutendi Sacramento, & præſertim ubi malè de Sacramento pœnitentiæ ſentiret, & in hoc hæreticus eſſet, & quando alius Sacerdos haberi non poſſet; Si enim aliquid horum ſit, non licebit hæretico confiteri, ſed erit, acſi copiam Confeſſarij non haberet (*i*), Deinde Parochus, & quilibet alius Sacerdos expoſitus poteſt ex tacita commiſſione latoris excommunicationem, ab illa non reſervata, abſolvere (*k*) quia conditor Canonis ejus abſolutionem ſpecialiter ſibi non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem alijs relaxandi. Hanc tamen ab excommunicatione abſolvendi facultatem non poteſt Parochus alteri Clerico propriè & directè delegare, ſed tantum indirectè conferre; dum enim alicui Sacerdoti v. g. Cooperatori ſuo delegat poteſtatem Confeſſiones audiendi, eo ipſo efficit, ut eidem à Jure committatur poteſtas ab excom̃unicationibus non reſervatis abſolvendi (*l*).

*(a) *Navarr: c. 27. n. 129.* (b) *Palud: in 4. diſt: 23. q. 2. art: 2.* (c) *Sayr: lib: 2. c. 3.* (d) *arg: c.*

Tunc

Tunc valere &c. ſive hæretici, & c. ſi quid apud hæreticos cum ſeqq: & c. oſtenditur de conſecr: diſt: 4. (e) *arg: c. de homine de celebrat: Miſſ: & 1. q. 1. Intra Catholicam.* (f) *Trid: ſeſſ: 7. can: 9. de ſacram: in genere.* (g) *Sayr: lib: 2. cap. 1. n. 7.* (h) *Idem ib: cap. 2. Trid: ſeſſ: 14. c. 1. & 2.* (i) *Sayr: loc: cit: n. 20* (k) *c. Nuper de ſent: Excom̃: ibi.* (l) *Laym: in Theolog: mor: lib. 1. tr: 5. p. 2. c. 6. n. 1.*

4. Bona Eccleſiaſtica quovis modo uſurpantes ſeu impedientes, ſubjacent anathemati, donec fiat reſtitutio, & abſolutio Papæ reſervatur (*a*). Et notandum quod excommunicatus non debet in Eccleſiæ officijs permitti, & ſi non poſſit pelli, omittenda ſunt officia, etiam Miſſa, ſi nondum ſit cœptus Canon; ſin autem, tunc pergendum eſt, & poſt Communionem finienda Miſſa in Sacriſtia, niſi excommunicatus eſſet ingreſſus ad orandum ſeorſim, tunc enim cum eo non communicatur, & nec com̃unicat cum eo, qui aliud, quàm ipſe, Sacrum audit (*b*).

*(a) *Trid. ſeſſ. 22. cap. 11.* (b) *Sayr. lib. 2. c. 3.*

EXPAROCHUS.

PArochus fit Exparochus, ſeu deſinit eſſe Rector Parochialis, *per mortem*; evidens enim eſt per mortem beneficiati vacare beneficium (*a*). Et itá vacat per mortem beneficium, ut ſi miraculosè reſurgeret beneficiarius, non recuperaret illud (*b*). Fit etiam ExParochus, & ipſo

ipſo Jure amittit Parochialem per aſſecutionem alterius ſimplicis beneficij, in tantùm, ut ſi Parochus illam retinere contenderit, etiam ſecundo ſpolietur(*c*). Secùs ſi obtineat Parochialem ſimul cum Monaſterio, cui cura imminet animarum, dato in commendam ad vitam, quia obtinens alterum dimmittere non tenetur (*d*). Quicunq; verò de cætero plura curata, aut aliàs, incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica, ſive per viam unionis ad vitam, ſeu commendæ perpetuæ, vel alio quocunq; nomine & titulo contra formam Sacrorum Canonum(*e*) recipere, ac ſimul retinere præſumpſerit, beneficijs ipſis(*f*) ipſo jure privatus exiſtat(*g*). Et non dimittens unam ex duabus Eccleſijs curatis juxta tempus à S. Concilio aſſignatum, debet condignas pœnas ſubire & puniri prout in eo ſtatuitur(*h*). Secùs ſi eſſent ſibi invicem unitæ, cum non comprehendantur ſub decreto Concilij, ſed legitimè retineri poſſint tanquam beneficia non incompatibilia(*i*). Parochialem Eccleſiam habenti poteſt Ordinarius alteram Parochialem conferre; ſed poſt adeptionem poſſeſſionis pacificæ ſecundæ, vacat prima ipſo jure(*k*). Si Parochialis Rector aſſequatur poſſeſſionem Canonicatùs incompatibilis cum Parochiali, deſinit eſſe Rector ipſo jure(*l*). Secùs ſi Parochialis eſſet in Civitate, & in eadem obtineret Canonicatum in Cathedrali dummodò utriq; inſervire poterit(*m*). Quod debet intelligi

ligi, ſi moleſtia obtinenti inferatur forsàn ex gratia; Cadunt enim ſub incompatibilitate Parochialis & Canonicatus in eademmet Civitate exiſtentes (*n*). Parochus fit etiam ExParochus renunciatione Parochialis (*o*) per quam amittitur omne Jus in ea competens, proprietas, titulus, & poſſeſſio. Renunciatio autem ex cauſa permutationis, eſt vera renunciatio (*p*). Et omnia beneficia poſſunt renunciari, niſi contrarium reperiatur expreſſum (*q*). Et Parochus factus ExParochus debet de novo emittere profeſſionem Fidei, ſi novum beneficium Parochiale, ſeu Canonicale acquirat (*r*). Et tenetur etiam ad emiſſionem profeſſionis Fidei, ſi denuò adipiſcatur Parochialem, quam antea habuerat, & dimiſerat (*s*).

*(a) *C. ſuſceptum de Reſcript: in 6*. (b) *Gonzal: ad reg: 8. Canc: Gloſſ: 15. à n. 3. ubi n. 6. citat: Fran: Pavinū.* (c) *par: text: Capitalem in c. de multa de prabend:* (d) *Gonzal: ad d. reg: 8. Gloſſ: 5. §. 8. n. 65.* (e) *d. c. de multa.* (f) *Trid: ſeſſ: 7. de reform: c. 4.* (g) *S. Congr: Concil: teſt: Armend: in addit: ad recop: legum Navarræ lib. 4. tit: 7. de benef: incompatib: n. 91.* (h) *Garc: par. 12. c. 2. n. 42.* (i) *Armend: d. loco. n. 69. & 79.* (k) *Gonzal: ad d. reg: 8 Gloſſ: 15. n. 15. Rot: in Mutinen: Canonicatus 13. Junij 1624. coram D. M. Ubaldo.* (l) *Armend: de loco n. 49.* (m) *Jo: Cockier in Comment: ad reg: 52. Canc: à n. 4.* (n) *tot. tit. de renunciatione.* (o) *per text: in cap: 1. de rer: permut: lib: 6. & in Clement: 1. eod.*

viperæ,ob vulnus,ob morſum rabidum &c.(*t*). Nè tangatur rabidi ſputum, ſeu ſaliva (quia habet vim inficiendi rabie tangentem) ungi autem debet loco oris pars vicina (*u*). Tempore peſtis ad vitandum contagium inſervire poteſt uſus virgæ, ſive argenteæ ſive ligneæ, ſive ex alia materia confectæ oblongæ ad ungendum è loco remotiori(*x*) quia uſus hujus inſtrumenti non infert huic Sacramento irreverentiam (*y*). Senibus, qui ſenectute conficiuntur absq; alia infirmitate tenetur Parochus hoc Sacramentū miniſtrare; Idem dicendum de mulieribus in partu jam jam deficientibus & ſimilibus(*z*).

* (a) *Poſſev: de off: Curati q. 9. n. 9.* (b) *Sot: in 4. diſt: 23. q. 2. art: 1.* (c) *Lud. à S. Joan: de adminiſtr: Sacr: art: 5. de Extr: Unc: c. 22.* (d) *Henriq: lib. 3. c. 13. n. 4.* (e) *Idem in ſum̄: l. 1. c. 27. §. 2.* (f) *Bonac: q. unic. punc: 4. n. 9.* (g) *Svar: diſp: 44. ſect: 2. n. 8.* (h) *Zerol: in prax: de Sacr: pœnit. c. 15. q. 7.* (i) *Zambran cap: 5. dub: 3.* (k) *Idem n. 2.* (l) *Idem dub: 6.* (m) *Sylv: v. Extrem: Unct.* (n) *Sot: d. loco art: 2. concl: 4.* (o) *Sancius in ſelect. diſp: 27. per totum.* (p) *Idem n. 17.* (q) *Dian. 2. p. tr: 4. reſol. 169.* (r) *Henriq. l. 3. c. 13. §. 1.* (s) *Zambran. d. cap. 5. dub. 2. n. 4.* (t) *Bonac. d. punc. 5. n. 6.* (u) *Poſſev. d. cap. 9. n. 4. verſ. Rabido.* (x) *Idem ibid. Svar. diſp. 44. ſect. ult. in fin.* (y) *Poſſev. d. c. 9. n. 22.* (z) *Bonac. d. c. & punc. 5. n. 6. in princ. Lud. Miranda q. 49. art. 2. concl. 8.*

2. Ad exhibendum hoc Sacramentum non

Digitized by Google

eſt expectandus articulus, quo infirmus omni prorſus ſenſu careat, aut ipſius eſt deſperata ſalus(*a*). Et poteſt ſtatim in principio morbi miniſtrari, etſi, diuturnior morbus videatur, ſi tamen ſalus deſperata ſit, ut quia morbus fallax eſſe ſolet, qui interdum hominem inopinatò occidit, vel quia in progreſſu majus contagionis periculum timetur, idq; peſtis tempore obſervandum(*b*). Miniſtrari quoq; poteſt quamvis adhibito Medicorum judicio probabiliter dubitetur, an homo in periculo mortis, vel peſte infectus ſit, nec nè (*c*). Si infirmus, dum inungitur, moriatur debet Parochus ab Unctionibus deſiſtere (*d*). Si dubium ſit, num adhuc vivat, danda eſt unctio ſub conditione, ſi non es mortuus(*e*).

*(a) *Nald: in ſum: v. Extrem: Unct: n. 1.* (b) *Svar: tom: 4. de pœnit: diſp: 44. ſect: ult: in fin.* (c) *Chapeaville de mod: adminiſtr: Sacram: temp: peſt: cap: 5. q. 11.* (d) *Bonac: q. unic: punt: 5. n. 8.* (e) *Sà v. Extrem: Unc: n. 15.*

3. Materia Extremæ Unctionis remota eſt Oleum ex olivis ab Epiſcopo prius benedictum (*a*) quod ex commiſſione Papæ etiam à ſimplici Sacerdote poteſt benedici (*b*). Hoc Sacramentum validum non eſt, ſi aliud oleum per errorem adhibeatur præter Oleum infirmorum (*c*). Et peccat, qui alterius anni oleum in adminiſtrando adhibet, niſi aliud ſvadeat neceſſitas(*d*) quia debet eſſe benedictum eo anno ut

præcipitur(*e*). Si neceſſitas urgeret poterit Parochus vetere Oleo morituros ungere, uſque dum novum ipſi ab Epiſcopo tranſmiſſum fuerit; Quod ſi adventante novo, ex vetere aliquid remanſerit, in lampadibus Eccleſiæ, quæ ante Venerabile Sacramentum ſunt, ponendum eſt, ut comburatur(*f*). Oleum conſecratum pro Extrema Unctione miniſtranda ſi creditur non ſufficere pro toto anno, licitè poterit Parochus miſcere aliquam minorem quantitatem olei non conſecrati(*g*). Materia proxima hujus Sacramenti, eſt Unctio ſaltem quinq; ſenſuum facta à Sacerdote (*h*). Neceſſitate autem Sacramenti non eſt neceſſarius ordo in ſenſibus ungendis, quia adhuc mutato ordine completa manet ſignificatio (*i*). Unctiones pedum & renum non ſunt de neceſſitate Extremæ Unctionis; ſervanda eſt tamen cujusq; Eccleſiæ conſvetudo(*k*). Unctio autem in renibus convenientiùs omittitur in fœminis & viris Religioſis(*l*). Infirmus ſi careat manibus, ungenda eſt caro propinqua, ſi oculis careat, locus oculorũ ungi debet; quia licet homo, qui perpetuó caruit viſu, non potuerit eo ſenſu peccare quoad effectum, potuit tamen peccare ſecundùm concupiſcentiàm videndi (*m*). Sacerdotes non in palmis, ubi ſacro Oleo uncti ſunt, ſed infra palmam, vel in exteriori manûs parte ungi ſolent (*n*). Nihil refert etiam in ipſis palmis inungi cum hæc unctio ab altera diverſa ſit (*o*). Hac au-

autem in re cujusq; Eccleſiæ conſvetudo ſervanda eſt. Dato periculo in mora poteſt ſine culpa una auris vel una manus inungi (*p*). Nihil etiam obſtat propter periculum inſtantis mortis Unctiones ſine cruce fieri(*q*). Et extra caſum neceſſitatis non eſt mortale ſine cruce inungere; & in neceſſitate poteſt dari Extrema unctio à ſolo Sacerdote ſine Miniſtro (*r*).

*(a)*Trid: ſeſſ: 17. de Extrem: Unc: cap: 1.* (b) *Coninck: diſp: 19. dub: 2.* (c)*Bonac: d. q. Unic: punc: 2. n. 5.* (d) *Idem ibid: n. 6.* (e) *cap: literis de conſecr: diſt: 2.* (f) *Laym: in Theol: mor: lib: 5. tr: 8. c. 2. n. 4.* (g)*Barboſ: de off: & pot: Ep: p. 2. alleg: 31. n. 17.* (h)*S. Thom: in 4. diſt: 23. q. 2. art: 3.* (i) *Poſſev: de off: Curati c. 9. n. 14.* (k) *Paluda in 4. diſt: 23. q. 3. art: 3. concl: 1.* (l)*Em: Sà v. Extrem: Unct: n. 12.* (m)*Idem n. 13.* (n)*Idem n. 16. verſ: Sacerdotes.* (o)*Palud: ibid: concl: 3.* (p)*Zambran: de caſ: in art: mort: cap: 5. in princ: n. 21.* (q)*Idem n. 22. & n. 24.*

4. Forma hujus Sacramenti eſt: *Per iſtam Sanctam Unctionem & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi DEUS quidquid deliquiſti per viſum, Amen.* (*a*) Et ſimiliter de alijs membris (*b*). Et forma iſta ad ſingulas Unctiones ſenſuum repetenda eſt, ſaltem ex neceſſitate præcepti(*c*). Dato periculo in mora, vel quando morbus eſt contagioſus putà tempore peſtis, ſatis eſt, ſi ungatur organum ſenſûs magis obvium, dicendo: *Per iſtam ſanctam Unctionem & ſuam*

piſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquiſti per Viſum, Auditum, Odoratum, Guſtum, Tactum & Greſſum(*d*). Forma per modum indicativum videtur inſufficiens, niſi aliquid ei deprecatorium addatur, dicendo: *Ungo te Oleo ſancto, ut DEUS tibi remittat, quidquid peccâſti*(*e*). Extrema Unctio ex conſvetudine ubiq; ferè obtenta, ultimo loco inter Sacramenta morituro confertur (*f*). Hanc conferre infirmo antequam Sacramentum Pœnitentiæ & Euchariſtiæ receperit, non eſt peccatũ mortale(*g*). Servanda tamen eſt conſvetudo. Et Parochus non poteſt prætermittere Orationes & Pſalmos, qui in Extremæ Unctionis adminiſtratione præſcribuntur ab Eccleſia absq; peccati mortalis incurſu, niſi periculum ſit in mora propter mortis accelerationem, quia tunc ſtatim debet incipere ab unctionibus, & orationes & Pſalmos poſtea recitare (*h*). Septem Pſalmi tamen pœnitentiales non ſunt neceſſarij ex præcepto Eccleſiæ (*i*) advertat quoq; Parochus quòd non licet in neceſſitate adminiſtrare hoc Sacramentum ſine veſtibus ab Eccleſia præſcriptis (*k*).

*(a) *Concil: Florent: in decreto Eugenij §. Quintum Sacramentum.* (b) *Bonac: d. q. unic: punc. 3. n. 1.* (c) *Laym: d. tr: 8. cap: 3.* (d) *Victoria de Extrem: Unct: §. de ſingulis Unctionibus.* (e) *Laym: d. c. 3 n. 1.* (f) *Durand: de rit: Eccl: lib: 1. c. 20. n. 23.* (g) *Barboſ: de Parocho p. 2. cap. 21. n. 37.* (h) *Bo-*

Bonac: d. q. unic: punc: 6. n. 6. (i) *Idem ibid. n. 7.* (k) *Ibid: n. 9.*

5. Tempore peſtis propter periculum contagionis, ſatis eſt adhibere ea quæ eſſentialia ſunt cum breviſſima mora quoad fieri poteſt; ſi tamen tempus patitur, conſultum eſt orationes & pſalmos poſtea in Eccleſia ſupplere(*a*). In deferendo Extremam Unctionem, vel cum, vel ſine lumine, obſerventur in hoc proprij Epiſcopatûs conſtitutones(*b*). Nulli Laico vel etiam Clerico aut Religioſo danda eſt extrema unctio tempore interdicti ſecluſo privilegio(*c*). Et niſi infirmus non poſſet aliud recipere Sacramentum(*d*). Et dato hoc caſu continet neceſſitatem præcepti(*e*). Dato probabiliſſimo vitæ periculo non tenetur Parochus peſtis tempore miniſtrare Extremam Unctionem(*f*). Secùs ſi timeretur æterna peſtiferati damnatio(*g*). Ubi Parochus peſtilentum confeſſiones audivit & abſolvit, non eſt in rigore cogendus ſub mortali ad miniſtrandum illis Extremam Unctionem cum admodum veriſimili periculo vitæ ſuæ(*h*) Infectus enim cum ſolo Sacramento confeſſionis ſalvari poteſt; Multò minùs tenetur cum vitæ periculo eam peſte infectis conferre, quando ejuſdem vita populo eſſet neceſſaria deficientibus alijs Sacerdotibus, qui confeſſiones infectorum exciperent(*i*). Secùs ubi eſſe magna copia Sacerdotum, & peſtis admodum leviter ſæviret, & pauciſſimi ex Sacerdotibus expoſitis de-

Digitized by Google

deperirent. Idem dicendum in principio cujuslibet peſtis, in his enim caſibus & ſimilibus poteſt Epiſcopus cogere Parochos ut etiam ad ſolatium populi & ſcandalum vitandum præter alia Sacramenta hoc infectis miniſtrent, cùm tunc non agatur de certo Parochorum diſcrimine(*k*). Peſtiferato morti proximo non eſt neganda Extrema Unctio, ſi alia Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ non receperit, nec ea tunc in tali caſu recipere valeat, etiamſi ſigna contritionis & Confeſſionis non dederit, & ſenſum amiſerit, Chriſtianè tamen vixerit(*l*). Parochus non benè agit timens de nocte ſe vocandum pro infirmo periculoſo, ſi veſpere ferat Oleum Extremæ Unctionis ad ſuum cubiculum, ut vocatus expeditiùs vadat, vel ſi reverſus, non referat ad ſolitum locum; non peccat tamen mortaliter citra ſcandalum, & periculum alicujus irreverentiæ(*m*).

*(a) *Laym: d. tr: 8. cap: 8. n. 1.* (b) *Poſſev: d. cap: 9. n. 12.* (c) *cap: Quod in te de pœnit: & remiſſ: Covar: in c. Alma.* (d) *Henriq: lib: 3. c. 10. §. 3. lit: F.* (e) *Svar: tom: 4. diſp: 44. ſect: 1. n. 7.* (f) *Navarr: in man: cap: 24. n. 10. & cap: 25. n. 133.* (g) *Armill: v. Epiſcopus n. 6.* (h) *Jo: Major in 4. diſt: 17. q. ult:* (i) *Svar: ſect: 3. n. 79. in fin:* (k) *N. Marchin: de bell: diu: par: 3. cap. 2. n. 17.* (l) *Palud: in 4. diſt: 22. q. 1. art: 3. concl: 4.* (m) *Barboſ: de off: Paroch: c. 12. n. 44.*

EX

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: de Extrema Unctione.

Licet hoc Sacramentum neceſſarium non ſit ad ſalutem, à nullo tamen negligi poteſt absq; gravi peccato; Ideò Parochi omnes animarúmq; Rectores, ejus fructus & utilitates ſæpe ad Cathechiſmi Romani præſcriptum fidelibus explicent; doceántq; hoc Sacramentum peccata, ſi quæ ſint adhuc expianda, & eorum maculas abſtergere, ægroti animum alleviare & confirmare, magnam in eo Divinæ miſericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus ſublevatur, & morbi incommoda, ac labores meliùs fert, & tentationibus dæmonis calcaneo inſidiantis faciliùs reſiſtit, atq; ſanitatem corporis interdum, ubi ſaluti animæ expedierit, conſequitur. Omnem diligentiam & ſolicitudinem adhibeant ijdem Parochi, ut neminem eorum, quorum curam gerunt, hoc ſalutari præſidio deſtitutũ, ex hac vita migrare contingat; ideò cum periculum mortis ægroto impendet, Supremúsq; vitæ dies inſtare videtur, illud ſuperpelliceo & ſtola induti, in tempore miniſtrent, propoſito ſibi exemplo S. Epiſcopi Malachiæ, qui cum culpæ ſuæ (licet immeritò) adſcriberet quod mulier quædam ſine hoc Sacramento deceſſiſſet, totam noctem lachrymans ſeſe afflixit; Ita ut DEI miſericordia, illa manè quaſi à ſomno excitata, è lecto ſe erigens, hoc Sacramentum acceperit, & etiam à morbo convaluerit. Parati erunt illud die noctúq; miniſtrare: demonſtrabunt quàm ſalutariter infirmis expediat,

ultrò

ne ob delicta hæreticorum, vel aliorum excommunicatorum filij ſui ſalutis remedio injuſtè priventur, id quod verba Concilij *loc: cit:* ſatis manifeſtè declarant. De confitendo hæreticis intelligi debet, quando non timetur periculum infectionis, & perverſionis, nec pœnitens communicando in Sacramentis videtur conſentire, vel approbare Sectam hæretici, nec ſit periculũ ex parte hæretici abutendi Sacramento, & præſertim ubi malè de Sacramento pœnitentiæ ſentiret, & in hoc hæreticus eſſet, & quando alius Sacerdos haberi non poſſet; Si enim aliquid horum ſit, non licebit hæretico confiteri, ſed erit, acſi copiam Confeſſarij non haberet (*i*), Deinde Parochus, & quilibet alius Sacerdos expoſitus poteſt ex tacita commiſſione latoris excommunicationem, ab illa non reſervata, abſolvere (*k*) quia conditor Canonis ejus abſolutionem ſpecialiter ſibi non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem alijs relaxandi. Hanc tamen ab excommunicatione abſolvendi facultatem non poteſt Parochus alteri Clerico propriè & directè delegare, ſed tantum indirectè conferre; dum enim alicui Sacerdoti v. g. Cooperatori ſuo delegat poteſtatem Confeſſiones audiendi, eo ipſo efficit, ut eidem à Jure committatur poteſtas ab excom̃unicationibus non reſervatis abſolvendi (*l*).

*(a) *Navarr: c.27.n.129.* (b) *Palud: in 4. diſt: 23.q.2.art: 2.* (c) *Sayr: lib: 2.c.3.* (d) *arg: c.*

Tunc

Tunc valere &c. ſive hæretici, & c. ſi quid apud hæreticos cum ſeqq: & c. oſtenditur de conſecr: diſt: 4. (e) *arg: c. de homine de celebrat: Miſſ: &* 1. *q.* 1 .*Intra Catholicam.* (f) *Trid: ſeſſ:* 7. *can:* 9. *de ſacram: in genere.* (g) *Sayr: lib:* 2. *cap.* 1. *n.* 7. (h) *Idem ib: cap.* 2. *Trid: ſeſſ:* 14. *c.* 1. *&* 2. (i) *Sayr: loc: cit: n.* 20 (k) *c. Nuper de ſent: Excom̃: ibi.* (l) *Laym: in Theolog. mor: lib.* 1. *tr:* 5. *p.* 2. *c.* 6. *n.* 1.

4. Bona Eccleſiaſtica quovis modo uſurpantes ſeu impedientes, ſubjacent anathemati, donec fiat reſtitutio, & abſolutio Papæ reſervatur (*a*). Et notandum quod excommunicatus non debet in Eccleſiæ officijs permitti, & ſi non poſſit pelli, omittenda ſunt officia, etiam Miſſa, ſi nondum ſit cœptus Canon; ſin autem, tunc pergendum eſt, & poſt Communionem finienda Miſſa in Sacriſtia, niſi excommunicatus eſſet ingreſſus ad orandum ſeorſim, tunc enim cum eo non communicatur, & nec com̃unicat cum eo, qui aliud, quàm ipſe, Sacrum audit (*b*).

*(a) *Trid. ſeſſ.* 22. *cap.* 11. (b) *Sayr. lib.* 2. *c.* 3.

EXPAROCHUS.

PArochus fit Exparochus, ſeu deſinit eſſe Rector Parochialis, *per mortem*; evidens enim eſt per mortem beneficiati vacare beneficium (*a*). Et ità vacat per mortem beneficium, ut ſi miraculosè reſurgeret beneficiarius, non recuperaret illud (*b*). Fit etiam ExParochus, & ipſo

ipſo Jure amittit Parochialem per aſſecutionem alterius ſimplicis beneficij, in tantùm, ut ſi Parochus illam retinere contenderit, etiam ſecundo ſpolietur(*c*). Secùs ſi obtineat Parochialem ſimul cum Monaſterio, cui cura imminet animarum, dato in commendam ad vitam, quia obtinens alterum dimmittere non tenetur (*d*). Quicunq; verò de cætero plura curata, aut aliàs, incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica, ſive per viam unionis ad vitam, ſeu commendæ perpetuæ, vel alio quocunq; nomine & titulo contra formam Sacrorum Canonum(*e*) recipere, ac ſimul retinere præſumpſerit, beneficijs ipſis(*f*) ipſo jure privatus exiſtat(*g*). Et non dimittens unam ex duabus Eccleſijs curatis juxta tempus à S. Concilio aſſignatum, debet condignas pœnas ſubire & puniri prout in eo ſtatuitur(*h*). Secùs ſi eſſent ſibi invicem unitæ, cum non comprehendantur ſub decreto Concilij, ſed legitimè retineri poſſint tanquam beneficia non incompatibilia (*i*). Parochialem Eccleſiam habenti poteſt Ordinarius alteram Parochialem conferre; ſed poſt adeptionem poſſeſſionis pacificæ ſecundæ, vacat prima ipſo jure(*k*). Si Parochialis Rector aſſequatur poſſeſſionem Canonicatùs incompatibilis cum Parochiali, deſinit eſſe Rector ipſo jure(*l*). Secùs ſi Parochialis eſſet in Civitate, & in eadem obtineret Canonicatum in Cathedrali dummodò utriq; inſervire poterit(*m*). Quod debet intelligi

ligi, ſi moleſtia obtinenti inferatur forsàn ex gratia; Cadunt enim ſub incompatibilitate Parochialis & Canonicatus in eademmet Civitate exiſtentes (*n*). Parochus fit etiam ExParochus renunciatione Parochialis(*o*) per quam amittitur omne Jus in ea competens, proprietas, titulus, & poſſeſſio. Renunciatio autem ex cauſa permutationis, eſt vera renunciatio(*p*). Et omnia beneficia poſſunt renunciari, niſi contrarium reperiatur expreſſum(*q*). Et Parochus factus ExParochus debet de novo emittere profeſſionem Fidei, ſi novum beneficium Parochiale, ſeu Canonicale acquirat (*r*). Et tenetur etiam ad emiſſionem profeſſionis Fidei, ſi denuò adipiſcatur Parochialem, quam antea habuerat, & dimiſerat (*ſ*).

*(a) *C. ſuſceptum de Reſcript: in 6*. (b) *Gonzal: ad reg: 8. Canc: Gloſſ: 15. à n. 3. ubi n. 6. citat: Fran: Pavinū.* (c) *par: text: Capitalem in c. de multa de præbend:* (d) *Gonzal: ad d. reg: 8. Gloſſ: 5. §. 8. n. 65.* (e) *d. c. de multa.* (f) *Trid: ſeſſ: 7. de reform: c. 4.* (g) *S. Congr: Concil: teſt: Armend: in addit: ad recop: legum Navarræ lib. 4. tit: 7. de benef: incompatib: n. 91.* (h) *Garc: par. 12. c. 2. n. 42.* (i) *Armend: d. loco. n. 69. & 79.* (k) *Gonzal: ad d. reg: 8 Gloſſ: 15. n. 15. Rot: in Mutinen: Canonicatus 13. Junij 1624. coram D. M. Ubaldo.* (l) *Armend: de loco n. 49.* (m) *Jo: Cockier in Comment: ad reg: 52. Canc: à n. 4.* (n) *tot. tit. de renunciatione.* (o) *per text: in cap: 1. de rer: permut: lib: 6. & in Clement: 1. eod.*

Digitized by Google

eod. tit: (p)*Bellam. in tract: de benef. permut. p. 3. in proœm: n. 3.* (q)*Garc: p. 3, cap. 3. n. 17. & 38.* (r)*cum*(s)*Squillante de oblig. Cloric: p. 1. n. 90.*

EXTREMA UNCTIO.

I.

PArochus ractione officij ex juſtitia obligatur Sacramentum Extremæ Unctionis ſubditis miniſtrare, ita ut peccet mortaliter, ſi petenti ſine juſta excuſatione neget, vel differat cum probabili periculo, ne interim infirmus decedat(*a*). Qui non eſt proprius Parochus, aut qui facultatem non habet à proprio Parocho, graviter peccat adminiſtrando(*b*). Sub ratihabitione tamen poterit quilibet Sacerdos adminiſtrare hoc Sacramentum (*c*). Si Paſtor adſit, vel non poſſit, aut nollet injuſtè infirmo miniſtrare, inferior Sacerdos renitente Parocho poteſt: nam in tali caſu S. Pontifex licentiam illi præbere cenſendus (*d*). Extremam unctionem poſſunt plures Sacerdotes ſimul cũ Curato eodem tempore dare urgente neceſſitate, ita ut unus unum ſenſum ungat, itidem prolata forma partiali(*e*) Neceſſitatis autem caſus hac in re duplex eſſe poteſt: Ex parte Miniſtri, ſi non poſſet abſolvere Unctiones propter infirmitatem, vel mortem repentinam, tunc alius Sacerdos ſupplere poſſet(*f*) vel ex parte infirmi, ſi videatur moriturus antequàm unicus miniſter finiat(*g*).

So-

Solus homo baptizatus de vita periclitans, qui utitur ratione, vel certè antea uſus eſt, & petijt hoc Sacramentum, eſt ſubjectum ejusdem capax(*h*). Et debet dari cuiq; infirmo periclitanti, modò infirmitas naſcatur ex morbo, vel ex vulnere, vel ex veneno potato, vel ex alia quacunq; cauſa intrinſeca; Non tamen proximo morti violentæ, ut ſuſpendendo, vel ſuffocando, quia non infirmatur(*i*). Non eſt autem neceſſarium ut infirmus *v.g.* peſte infectus, hydropicus, phtiſicus &c. ſit in lecto(*k*). Et poteſt in eadem infirmitate repeti (*l*) ſi periculum diverſum ſit (*m*). Pueris rationis uſum ad peccandum habentibus, & pœnitentiæ aut Euchariſtiæ recipiendæ capacibus, non eſt neganda extrema unctio (*n*). Et peccat Parochus qui non adminiſtrat Unctionem Sacram puero habenti uſum rationis ad peccandum, quamvis ob defectum ætatis nunquam ſuſceperit Euchariſtiam(*o*). Poteſt illi dari ſub conditione, etiamſi recepiſſet Sacramentum pœnitentiæ ſub conditione(*p*). Imò ſi dubitetur puerum habere uſum rationis poteſt dari ſub conditione (*q*). Diuturno tempore amentibus, aut phreneſi laborantibus Parochus non debet negare extremam unctionem, ſi illam interpretativè deſideraverint Chriſtianè vivendo (*r*). Amentibus tamen & furioſis non eſt danda, niſi aliquibus utantur lucidis intervallis (*s*). Miniſtrari poteſt homini proximo morti ob peſtem, ob tactũ vipe-

viperæ, ob vulnus, ob morſum rabidum &c. (*t*). Nè tangatur rabidi ſputum, ſeu ſaliva (quia habet vim inficiendi rabie tangentem) ungi autem debet loco oris pars vicina (*u*). Tempore peſtis ad vitandum contagium inſervire poteſt uſus virgæ, ſive argenteæ ſive ligneæ, ſive ex alia materia confectæ oblongæ ad ungendum è loco remotiori (*x*) quia uſus hujus inſtrumenti non infert huic Sacramento irreverentiam (*y*). Senibus, qui ſenectute conficiuntur absq; alia infirmitate tenetur Parochus hoc Sacramentũ miniſtrare; Idem dicendum de mulieribus in partu jam jam deficientibus & ſimilibus (*z*).

* (a) *Poſſev: de off: Curati q. 9. n. 9.* (b) *Sot: in 4. diſt: 23. q. 2. art: 1.* (c) *Lud. à S. Joan: de adminiſtr: Sacr: art: 5. de Extr: Unc: c. 22.* (d) *Henriq: lib. 3. c. 13. n. 4.* (e) *Idem in ſum̃: l. 1. c. 27. §. 2.* (f) *Bonac: q. unic. punc: 4. n. 9.* (g) *Svar: diſp: 44. ſect: 2. n. 8.* (h) *Zerol: in prax: de Sacr: pœnit. c. 15. q. 7.* (i) *Zambran cap: 5. dub: 3.* (k) *Idem n. 2.* (l) *Idem dub: 6.* (m) *Sylv: v. Extrem: Unct.* (n) *Sot: d. loco art: 2. concl: 4.* (o) *Sancius in ſelect. diſp: 27. per totum.* (p) *Idem n. 17.* (q) *Dian. 2. p. tr: 4. reſol. 169.* (r) *Henriq. l. 3. c. 13. §. 1.* (s) *Zambran. d. cap. 5. dub. 2. n. 4.* (t) *Bonac. d. punc. 5. n. 6.* (u) *Poſſev. d. cap. 9. n. 4. verſ. Rabido.* (x) *Idem ibid. Svar. diſp. 44. ſect. ult. in fin.* (y) *Poſſev. d. c. 9. n. 22.* (z) *Bonac. d. c. & punc. 5. n. 6. in princ. Lud. Miranda q. 49. art. 2. concl. 8.*

2. Ad exhibendum hoc Sacramentum non

eſt

Digitized by Google

eſt expectandus articulus, quo infirmus omni prorſus ſenſu careat, aut ipſius eſt deſperata ſalus(*a*). Et poteſt ſtatim in principio morbi miniſtrari, etſi, diuturnior morbus videatur, ſi tamen ſalus deſperata ſit, ut quia morbus fallax eſſe ſolet, qui interdum hominem inopinatò occidit, vel quia in progreſſu majus contagionis periculum timetur, idq; peſtis tempore obſervandum(*b*). Miniſtrari quoq; poteſt quamvis adhibito Medicorum judicio probabiliter dubitetur, an homo in periculo mortis, vel peſte infectus ſit, nec nè (*c*). Si infirmus, dum inungitur, moriatur debet Parochus ab Unctionibus deſiſtere (*d*). Si dubium ſit, num adhuc vivat, danda eſt unctio ſub conditione, ſi non es mortuus(*e*).

*(a) *Nald: in ſum: v. Extrem: Unct: n. 1.* (b) *Svar: tom: 4. de pœnit: diſp: 44. ſect: ult: in fin.* (c) *Chapeaville de mod: adminiſtr: Sacram: temp: peſti: cap: 5. q. 11.* (d) *Bonac: q. unic: punc: 5. n. 8.* (e) *Sà v. Extrem: Unc: n. 15.*

3. Materia Extremæ Unctionis remota eſt Oleum ex olivis ab Epiſcopo prius benedictum (*a*) quod ex commiſſione Papæ etiam à ſimplici Sacerdote poteſt benedici (*b*). Hoc Sacramentum validum non eſt, ſi aliud oleum per errorem adhibeatur præter Oleum infirmorum (*c*). Et peccat, qui alterius anni oleum in adminiſtrando adhibet, niſi aliud ſvadeat neceſſitas(*d*) quia debet eſſe benedictum eo anno ut

Digitized by Google

præcipitur(*e*). Si neceſſitas urgeret poterit Parochus vetere Oleo morituros ungere, uſque dum novum ipſi ab Epiſcopo transmiſſum fuerit; Quod ſi adventante novo, ex vetere aliquid remanſerit, in lampadibus Eccleſiæ, quæ ante Venerabile Sacramentum ſunt, ponendum eſt, ut comburatur(*f*). Oleum conſecratum pro Extrema Unctione miniſtranda ſi creditur non ſufficere pro toto anno, licitè poterit Parochus miſcere aliquam minorem quantitatem olei non conſecrati(*g*). Materia proxima hujus Sacramenti, eſt Unctio ſaltem quinq; ſenſuum facta à Sacerdote (*h*). Neceſſitate autem Sacramenti non eſt neceſſarius ordo in ſenſibus ungendis, quia adhuc mutato ordine completa manet ſignificatio (*i*). Unctiones pedum & renum non ſunt de neceſſitate Extremæ Unctionis; ſervanda eſt tamen cujusq; Eccleſiæ conſvetudo(*k*). Unctio autem in renibus convenientiùs omittitur in fœminis & viris Religioſis(*l*). Infirmus ſi careat manibus, ungenda eſt caro propinqua, ſi oculis careat, locus oculorũ ungi debet; quia licet homo, qui perpetuó caruit viſu, non potuerit eo ſenſu peccare quoad effectum, potuit tamen peccare ſecundùm concupiſcentiàm videndi (*m*). Sacerdotes non in palmis, ubi ſacro Oleo uncti ſunt, ſed infra palmam, vel in exteriori manûs parte ungi ſolent (*n*). Nihil refert etiam in ipſis palmis inungi cum hæc unctio ab altera diverſa ſit (*o*). Hac au-

autem in re cujusq; Eccleſiæ conſvetudo ſervanda eſt. Dato periculo in mora poteſt ſine culpa una auris vel una manus inungi (*p*). Nihil etiam obſtat propter periculum inſtantis mortis Unctiones ſine cruce fieri(*q*). Et extra caſum neceſſitatis non eſt mortale ſine cruce inungere; & in neceſſitate poteſt dari Extrema unctio à ſolo Sacerdote ſine Miniſtro (*r*).

*(a)*Trid: ſeſſ: 17. de Extrem: Unc: cap: 1.* (b) *Coninck: diſp: 19. dub: 2.* (c)*Bonac: d. q. Unic: punc: 2. n. 5.* (d) *Idem ibid: n. 6.* (e) *cap: literis de conſecr: diſt: 2.* (f)*Laym: in Theol: mor: lib: 5. tr: 8. c. 2. n. 4.* (g)*Barboſ: de off: & pot: Ep: p. 2. alleg: 31. n. 17.* (h)*S. Thom: in 4. diſt: 23. q. 2. art: 3.* (i) *Poſſev: de off: Curati c. 9. n. 14.* (k) *Paluda in 4. diſt: 23. q. 3. art: 3. concl: 1.* (l)*Em: Sà v. Extrem: Unct: n. 12.* (m)*Idem n. 13.* (n)*Idem n. 16. verſ: Sacerdotes.* (o)*Palud: ibid: concl: 3.* (p)*Zambran: de caſ: in art: mort: cap: 5. in princ: n. 21.* (q)*Idem n. 22. & n. 24.*

4. Forma hujus Sacramenti eſt: *Per iſtam Sanctam Unctionem & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi DEUS quidquid deliquiſti per viſum, Amen.* (*a*) Et ſimiliter de alijs membris (*b*). Et forma iſta ad ſingulas Unctiones ſenſuum repetenda eſt, ſaltem ex neceſſitate præcepti(*c*). Dato periculo in mora, vel quando morbus eſt contagioſus putà tempore peſtis, ſatis eſt, ſi ungatur organum ſenſûs magis obvium, dicendo: *Per iſtam ſanctam Unctionem & ſuam piiſ-*

piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquiſti per Viſum, Auditum, Odoratum, Guſtum, Tactum & Greſſum(*d*). Forma per modum indicativum videtur inſufficiens, niſi aliquid ei deprecatorium addatur, dicendo: *Ungo te Oleo ſancto, ut DEUS tibi remittat, quidquid peccâſti*(*e*). Extrema Unctio ex conſvetudine ubiq; ferè obtenta, ultimo loco inter Sacramenta morituro confertur (*f*). Hanc conferre infirmo antequam Sacramentum Pœnitentiæ & Euchariſtiæ receperit, non eſt peccatũ mortale(g). Servanda tamen eſt conſvetudo. Et Parochus non poteſt prætermittere Orationes & Pſalmos, qui in Extremæ Unctionis adminiſtratione præſcribuntur ab Eccleſia absq; peccati mortalis incurſu, niſi periculum ſit in mora propter mortis accelerationem, quia tunc ſtatim debet incipere ab unctionibus, & orationes & Pſalmos poſtea recitare (*h*). Septem Pſalmi tamen pœnitentiales non ſunt neceſſarij ex præcepto Eccleſiæ (*i*) advertat quoq; Parochus quòd non licet in neceſſitate adminiſtrare hoc Sacramentum ſine veſtibus ab Eccleſia præſcriptis (*k*).

*(a) *Concil: Florent: in decreto Eugenij §. Quintum Sacramentum.* (b) *Bonac: d. q. unic: punc. 3. n. 1.* (c) *Laym: d. tr: 8. cap: 3.* (d) *Victoria de Extrem: Unct: §. de ſingulis Unctionibus.* (e) *Laym: d. c. 3 n. 1.* (f) *Durand: de rit: Eccl: lib: 1. c. 20. n. 23.* (g) *Barboſ: de Parocho p. 2. cap. 21. n. 37.* (h) *Bo-*

Bonac: d. q. unic: punc: 6. n. 6. (i) *Idem ibid. n. 7.* (k) *Ibid: n. 9.*

5. Tempore peſtis propter periculum contagionis, ſatis eſt adhibere ea quæ eſſentialia ſunt cum breviſſima mora quoad fieri poteſt; ſi tamen tempus patitur, conſultum eſt orationes & pſalmos poſtea in Eccleſia ſupplere(*a*). In deferendo Extremam Unctionem, vel cum, vel ſine lumine, obſerventur in hoc proprij Epiſcopatûs conſtitutones(*b*). Nulli Laico vel etiam Clerico aut Religioſo danda eſt extrema unctio tempore interdicti ſecluſo privilegio(*c*). Et niſi infirmus non poſſet aliud recipere Sacramentum(*d*). Et dato hoc caſu continet neceſſitatem præcepti(*e*). Dato probabiliſſimo vitæ periculo non tenetur Parochus peſtis tempore miniſtrare Extremam Unctionem(*f*). Secùs ſi timeretur æterna peſtiferati damnatio (*g*). Ubi Parochus peſtilentum confeſſiones audivit & abſolvit, non eſt in rigore cogendus ſub mortali ad miniſtrandum illis Extremam Unctionem cum admodum veriſimili periculo vitæ ſuæ(*h*) Infectus enim cum ſolo Sacramento confeſſionis ſalvari poteſt; Multò minùs tenetur cum vitæ periculo eam peſte infectis conferre, quando ejuſdem vita populo eſſet neceſſaria deficientibus alijs Sacerdotibus, qui confeſſiones infectorum exciperent(*i*). Secùs ubi eſſe magna copia Sacerdotum, & peſtis admodum leviter ſæviret, & pauciſſimi ex Sacerdotibus expoſitis de-

deperirent. Idem dicendum in principio cujuslibet peſtis, in his enim caſibus & ſimilibus poteſt Epiſcopus cogere Parochos ut etiam ad ſolatium populi & ſcandalum vitandum præter alia Sacramenta hoc infectis miniſtrent, cùm tunc non agatur de certo Parochorum diſcrimine(*k*). Peſtiferato morti proximo non eſt neganda Extrema Unctio, ſi alia Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ non receperit, nec ea tunc in tali caſu recipere valeat, etiamſi ſigna contritionis & Confeſſionis non dederit, & ſenſum amiſerit, Chriſtianè tamen vixerit(*l*). Parochus non benè agit timens de nocte ſe vocandum pro infirmo periculoſo, ſi veſpere ferat Oleum Extremæ Unctionis ad ſuum cubiculum, ut vocatus expeditiùs vadat, vel ſi reverſus, non referat ad ſolitum locum; non peccat tamen mortaliter citra ſcandalum, & periculum alicujus irreverentiæ(*m*).

*(a) *Laym: d. tr: 8. cap: 8. n. 1.* (b) *Poſſev: d. cap: 9. n. 12.* (c) *cap: Quod in te de pænit: & remiſſ: Covar: in c. Alma.* (d) *Henriq: lib: 3. c. 10. §. 3. lit: F.* (e) *Svar: tom: 4. diſp: 44. ſect: 1. n. 7.* (f) *Navarr: in man: cap: 24. n. 10. & cap: 25. n. 133.* (g) *Armill: v. Epiſcopus n. 6.* (h) *Jo: Major in 4. diſt: 17. q. ult:* (i) *Svar: ſect: 3. n. 79. in fin:* (k) *N. Marchin: de bell: diu: par: 3. cap. 2. n. 17.* (l) *Palud: in 4. diſt: 22. q. 1. art: 3. concl: 4.* (m) *Barboſ: de off: Paroch: c. 12. n. 44.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: de Extrema Unctione.

LIcet hoc Sacramentum neceſſarium non ſit ad ſalutem, à nullo tamen negligi poteſt absq; gravi peccato; Ideò Parochi omnes animarúmq; Rectores, ejus fructus & utilitates ſæpe ad Cathechiſmi Romani præſcriptum fidelibus explicent; doceántq; hoc Sacramentum peccata, ſi quæ ſint adhuc expianda, & eorum maculas abſtergere, ægroti animum alleviare & confirmare, magnam in eo Divinæ miſericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus ſublevatur, & morbi incommoda, ac labores meliùs fert, & tentationibus dæmonis calcaneo inſidiantis faciliùs reſiſtit, atq; ſanitatem corporis interdum, ubi ſaluti animæ expedierit, conſequitur. Omnem diligentiam & ſolicitudinem adhibeant ijdem Parochi, ut neminem eorum, quorum curam gerunt, hoc ſalutari præſidio deſtitutũ, ex hac vita migrare contingat; ideò cum periculum mortis ægroto impendet, Supremúsq; vitæ dies inſtare videtur, illud ſuperpelliceo & ſtola induti, in tempore miniſtrent, propoſito ſibi exemplo S. Epiſcopi Malachiæ, qui cum culpæ ſuæ (licet immeritò) adſcriberet quod mulier quædam ſine hoc Sacramento deceſſiſſet, totam noctem lachrymans ſeſe afflixit; Ita ut DEI miſericordia, illa manè quaſi à ſomno excitata, è lecto ſe erigens, hoc Sacramentum acceperit, & etiam à morbo convaluerit. Parati erunt illud die noctúq; miniſtrare: demonſtrabunt quàm ſalutariter infirmis expediat,

ultrò

ultrò ſpontèq; hoc Sacramentum piè depoſcere; Videant, ut qui illud ſuſcepturus eſt, prius, ſi fieri poterit, SS. Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta percipiat, quorum virtute munitus, Extremæ Unctionis effectus efficaciùs conſequatur. Studeant illud miniſtrare, dum æger integris eſt ſenſibus, ut intelligere quid agitur, & fructuoſiùs ad ejus effectum conſequendum ſe diſponere poſſit.

Licet hoc Sacramentum nulli miniſtrandum ſit, qui illud reſpuat, cum tamen ægrotus ingraveſcentis morbi vi ſubito correptus, rationis ſenſum amiſerit, ſi illud ante petierit, vel veriſimile eſt, quod petiiſſet, niſi repentino illo caſu praoeccupatus eſſet, is ritè inungatur licet. Si aliquâ morbi vi infirmus oppreſſus, dubitatur vivuſnè ſit an mortuus, ea conditione utendum eſt: Si es vivus, Per iſtam Sanctam Unctionem &c. *Si per errorem Sacerdos aliud Oleum, quàm quod Infirmorum eſt, ad ægrotum ungendum unquam adhibuerit, etiamſi Chriſmatis aut Cathecumenorum ſit, ut erratum emendet, Olei Sacri quod propriè Infirmorum eſt, Unctionem eidem adhibeat, túmq; Sacramenti formam iteret. Miniſtrari debet adultis periculoſè ægrotantibus, propèq; moribundis; & ſenio etiam confectis in diem morituris, etiamſi ægroti non ſint; peſte item laborantibus; cum derepentè mors nec opinantes eos occupet; periculoſè etiam vulneratis ad mortem. Nullo modo miniſtretur infidelibus, pueriſve qui nullum adhuc rationis uſum habent, neq; peccati obnoxij ſunt; Nec furioſis, amentibúſve, toto vitæ*

tem-

tempore inſaniâ vexatis; Nec excommunicatis, interdictis ſeu impœnitentibus. Infirmis autem qui ſanâ mente dum erant illud petierunt cùm veriſimile eſt, quod petijſſent, etiamſi poſtea in amentiam inciderint, miniſtrabitur. Si verò dum infirmus amentiâ, phreneſive laborat, veriſimile ſit, ut in decorè aut ſpurcè, vel impurè aliquid agat, quo irreverentia huic Sacramento fiat, non ungatur, niſi alicujus complexu ita teneatur, ut absq; alicujus irreverentiæ periculo, firmus ſtabilisvè hæreat. Mulieribus proximè parituris non miniſtretur, niſi morbi vi ità vexentur ut veriſimile mortis periculum illis immineat, & morti propinquæ judicentur. Cæcis, ſurdis, mutis, paraliticisve, quamvis eo ſenſu, vel videndi vel audiendi, loquendíve, ſeu ambulandi ſemper caruerint, præbebitur; peccare enim potuerunt per internas potentias, quibus ea membra reſpondent. Item illud miniſtrari debet ei, qui fortè, dum eſt in articulo mortis, fuerit baptizatus. Si cui furtaſſe manus amputata, erutus oculus, naréſne, aut aures præciſæ ſint, ſeu alia corporis pars ex ijs, quæ ungi ſolent, quavis ratione deerit, quæ pars propinquior eſt inungatur. In Sacerdote verò ungendo, manus non ab interiori parte, quæ utiq; in Sacerdotalis Ordinis ſuſceptione uncta jam fuit, ſed extrinſecus inungendæ ſunt.

Videat Parochus, ut dum Sacramenti formam pronunciat, quæ eſt: Per iſtam ſanctam Unctionem & ſuam pijſſimam miſericordiam, parcat tibi Dominus quidquid ✠ oculorum (*ſive auri-*

um,

um, aut narium, ſeu linguæ vel oris, ſeu tactûs, aut greſſûs, ſive renum) vitio deliquiſti, Amen. *Eodem tempore ægroti oculis, aliiſve corporis membris, ſingillatim Unctionem adhibeat; & ad eorum ſingula diſtinctè proferat ac repetat eadem verba. Cumque oculi, nares, aures, & pedes quæ duplicia ſunt, inunguntur, caveat ne in alterius membri Unctione integra verborum forma abſoluta ſit; Cum autem ad illud perficiendum renes ungere neceſſarium non ſit, in mulieribus id omitti omninò jubemus; At in viris, ſi per valetudinem licuerit, ungi poterunt; ſin minùs, eorum loco, parti pectoris, quæ cordi proxima eſt, ſacra Unctio adhibeatur. Licet hoc Sacramentum in diverſis infirmitatibus ſit iterabile; tamen quamdiu in eadem ægritudine, & in eodem mortis periculo infirmus verſatur, ſemel tantùm eſt Extremâ Unctione liniendus. Quod ſi unctione ſuſceptâ convaluerit, quoties poſtea in diſcrimen vitæ occiderit, toties ei hoc Sacramentum adhibebitur. Præterea in morbis quibuſdam diuturnis, putà in hydropiſi, ſi ob mortem impendentem quis unctus fuerit, & evaſerit, deindè ex eodem morbo in alium ſimilem caſum & periculum mortis inciderit, rurſus etiam ungi debebit. In hac ſacra functione vaſculum Olei Infirmorum ab ipſo Parocho, alióve, qui Sacris Ordinibus initiatus ſit, non à Laicis ſeu Clericis minorum Ordinum, aut à mulieribus teneatur vel contrectetur. In hujuſmodi miniſterio obeundo, non ſolùm ægrotum ad anteactæ vitæ pænitentiam, & ad gloriæ æternæ ſpem inducat Parochus, ſed etiam*

iam omnes qui aderunt, diligenter cohortetur, ut pro infirmo ſimul preces fundant. Illud demum advertendum eſt, quod licet de eſſentia Sacramenti, quilibet Sacerdos ritè ordinatus, poſſit Extremam Unctionem cuivis miniſtrare, ità ut Sacramentum teneat; tamen hujuſmodi munus propriè ad proprium Parochorum ſpectat; Ideò Sacerdotes qui absq; Noſtra, vel Parochi facultate illud miniſtrare temerè præſumunt, peccati mortalis ſe reos conſtituunt; Et ſi Regulares ſint, Excommunicationem etiam, ſoli Papæ reſervatam ipſo facto incurrunt. Clem: Religioſi de Privileg. *Membra infirmi mundentur, priùsquam ſacro Oleo inungantur; Et unctione adhibita mica panis, & bombyce vel ſtuppa, ex ſacris Ritibus abſtergantur à Parocho, ſeu alio, qui in ſacris Ordinibus ſit conſtitutus.*

FESTI DIES.

FEſtorum obſervantia quoad vacationem à ſervilibus incipit à media nocte præcedentis diei, uſq; ad aliam ſequentis(*a*). Et Superiores laici non poſſunt dare licentiam laborandi in die Feſto, & ſi dent, nulla eſt, & poſſunt puniri ab Epiſcopo(*b*). Sed licentia laborandi die feſto à ſolo Epiſcopo concedi debet; Judex tamen Laicus poteſt procedere contra non habentes licentiam (*c*) quando ſcilicet neceſſitas non eſt indubitata, vel poſſet recurſus haberi ad Ordinarium(*d*). Parochus tamen ex cauſa legiti-

gitima] 'poteſt concedere licentiam laborandi diebus Feſtis in quibus ad Epiſcopum vel Vicarium non poteſt haberi recurſus (*e*) *v.g.* damni vitandi, ut tempore meſſis vel vindemiæ aut cum repentè fit illuvies aquarum, aut cum hoſtis imminet vel etiam vitæ ſuſtentandæ. A laborantibus in die feſto poteſt Parochus aliquid exigere, cùm cauſa dubia eſt, mutando hoc opus ſervile in aliquam largitionem, quæ tamen cedat in opus pium (*f*). Intellige hortando ſolùm(*g*). Et pœnæ ex violatione feſtorum applicantur locis pijs, eò loci in quo ſolvuntur (*h*). Nundinæ occurrentes in die Feſto, quæ fiunt qualibet Hebdomada, fiant in præcedenti feria; quæ verò ſemel in anno, tolerari poſſunt poſt celebratam Miſſam majorem (*i*). Regulares etiam tenentur ad obſervantiam dierum feſtorum ab Epiſcopo præceptorum(*k*). Mechanici & Operarij ex locis Catholicis egredi non poſſunt diebus feſtis, ad laborandum in locis vicinis hæreticorum ubi ob diverſitatem Calendarij feſta non ſervantur, niſi Epiſcopus in hac re expreſsè, vel tacitè cùm ipſis diſpenſat, dummodò cauſa diſpenſationis adſit & ſcandalum ceſſet(*l*). Chriſti fideles ipſo die feſto Miſſæ reverenter ac religiosè interſint quod prætermitti non poteſt abſq; peccato mortali; Et Patresfamilias filios ſuos ac famulos, etiam eos quos in pecoribus, alijsq; animalibus paſcendis occupant, Miſſæ jubeant interreſſe Concionem

ſa-

ſacram attentiſſimè audiant, monitaq; concionantis exequantur, alijs etiam tum filijs, cæteriſq; domeſticis, tum externis ſalutariter narrando, quæ diſciplinæ uſui opportuna audierint (*m*).

* (a) *Ricc: in praxi p. 4. reſol: 384. n. 1.* (b) *Barboſ: de pot: Epiſc: alleg: 105. n. 42.* (c) *Congr: Ep: 21. Aug: 1611.* (d) *Ead: 2. Aug: 1594.* (e) *Angel: in ſum: v. Feriæ n. 3§.* (f) *Poſſev: de offic: Curati cap. 12. n. 17.* (g) *Congr: Ep: 28. Novemb: 1594.* (h) *Ead: 21. Maij 1590.* (i) *Ead: 10. Aug: 1592.* (k) *Trid: ſeſſ: 25. c. 12.* (l) *Laym: lib: 1. tr: 4. c. 11. n. 9.* (m) *Synod: Prag: tit: de diebus Feſtis.*

FUNERALIA.

I.

PArochus proprius nullatenus excludendus, quamvis ad ſepeliendum cadaver Regulares duntaxat à defuncto accerſiri jubeatur (*a*). Ad eum ſpectat declalare, per quam viam ſit exportandus mortuus, & omnia neceſſaria uſque ad Januam Ecçleſiæ Regularium, ubi ſepeliendus eſt (*b*). Et occaſione cadaverum in Regularium Eccleſijs humandorum prætendere poteſt quartam funeralium ceræ Parochiali debiali debitæ (*c*). Tenetur autem funerale ducere & proſequi uſque ad Eccleſiam Regularium, ſi in ea defunctus ſepeliri debeat, in eisdem autem Eccleſijs ad eosdem Regulares duntaxat ſpe-

ſpectat officia mortuorum, & alia neceſſaria circa cadaver peragere, niſi contraria adſit conſvetudo(*d*). Si verò Parochus ſit quaſi in poſſeſſione faciendi Officium ſupra defunctos ſuæ Parochiæ, etiamſi ſepeliantur extra Parochiam in quacunq; Eccleſia Civitatis, ſive Regularium, ſive Secularium, vel Abbatialium, manutenendus eſt (*e*). Et ſicut Parochus ſecularis defert ſtolam in propria Parochia, & in Parochia Fratrum, dum defuncti corpus in eorum Eccleſia ſepelitur; Ita & in eodem caſu & in eodem tempore Parochus Regularis eandem ſtolam deferre, non ſolùm in propria parochia, verùm etiam in Parochia defuncti(*f*). Defunctorum autem corpora non ſunt levanda à Regularibus, niſi vocato & expectato proprio defunctorum Parocho, vel niſi aliter ipſe conſentiat, aut venire expreſſe recuſet (*g*). Sicut nec Regularibus, ita neq; Secularibus Præsbyteris licet cadavera defunctorum levare de domo propria, niſi de licentia & conſenſu proprij Parochi(*h*). Non obſtante quacunq; ſpeciali conſvetudine(*i*). Et cadavera decedentium in Parochia, ad cujus Eccleſiam Capitulũ Cathedralis Eccleſiæ translatum eſt, non poſſunt levari per ipſum Capitulum, ſeu Canonicos, niſi requiſito Parocho dictæ Eccleſiæ(*k*).

*(a) *Congt: Epiſc: in Montiſpeloſi de anno* 1581. (b) *Eod: in Caſtellanaten:* 3. *Januarij* 1594. (c) *Ead. in Baren:* 29. *Julij* 1616. (d) *Ead: in Brinreni*

ren: 18. Junij 1591. (e)*Ead in Ravenaten: 28. & 31. Aug: 1615.* (f)*Congr: Rit: ſub: die ult: ſeptemb: 1628.* (g)*Ead: in Vercellen: terræ Creſcentin: 26. Febr: 1611.* (h) *Ead: in Adrien: 22. Novembr: 1631.* (i) *Ead: 1. Julij 1606.* (k)*Ead: in Thelaſina 18. Aug: 1629.*

2. Si quis moriatur in die Paſchæ, corpus ejus reſervetur in ſequentem diem ob reverentiam Paſchæ (*a*). Et Parochus debet obſervare proprij Epiſcopatûs conſtitutiones circa tempus relinquendi mortuum ſuper terram, antequam ſepeliatur, ac item circa diem & horam (*b*). Curati autem non debent plus percipere pro tumulandis cadaveribus externorũ, quàm civium (*c*). Valet verò conſvetudo, quod quid certum exigi poſſit à Curato pro ſepultura, ſeu pro officio ſepulturæ, & talis conſvetudo poſt traditum ſepulturæ corpus eſt obſervanda, quia habet principium voluntarium (*d*). Idem tenet *Poſſev: de offic: Cur: c. 14. n. 3.* Aſt pauperum cadavera gratis ſepeliantur (*e*). Etiam ſui, ſi ita ſit conſvetum (*f*). Si Parochus violenter rapit vel ſpoliat funus, antequam veniat ad manus quibus debetur, perdit jus quod habet, & quartam Canonicam, tenetúrque reſtituere cum corpore (*g*). Quando moritur aliquis Superior Religioſorum, vel Magiſter, aut Cathedraticus, non poſſunt Regulares portare corpus illius per Civitatem, per plateas, & alias Parochias, cum muſica & ritibus extraordinarijs, aut

aut illi imponere pluviale ſine interventu Parochi(*h*). Viri autem Tertiarij, collegialiter, aut clauſtraliter viventes; mulieres quoq; virginalem vel cœlibem, aut caſtam vidualem ſub expreſſo voto, & habitu Tertiariorum, poſſunt & debent, etiam invito, ac minimè requiſito Parocho in Fratrum Eccleſiijs ſepeliri; Secùs ſi dictis qualitatibus careant(*i*).

*(a) *Rit: Rom: Pauli V. tit: de Exequijs.* (b) *Poſſev: de off: Cur: c. 14. n. 1. & 2.* (c) *S. Congr: Concil: 27. Maij 1617.* (d) *Abbas in cap: cum M. Ferrarienſis de conſtit: & in cap: Abolendæ.* (e) *Congr: Epiſc: 5. Maij 1617.* (f) *Poſſev: c. 14. n. 3.* (g) *Fr: Em: tom: 3. q. 6. art: 3.* (h) *Congr: Conc: 2. Jul: 1620 teſte Lazana in ſum: q. regul: c. 12. n. 41. verſ: ad undecimum.* (i) *S. Congr: in Nepeſina 11. Docemb: 1615.*

3. In quibusdam Germaniæ locis, quibus cum Catholicis Lutherani permixtè vivunt, permitti ſolet, ut hi in locis Sacris ſepeliantur à Miniſtris ſuis; Si tamen poſſibile eſſet, talis conſvetudo tolli deberet, & curandum ut Catholici ſeparatum ſepulturæ locum retinerent (*k*). Si hæreticus ante mortem manifeſta ſigna dedit converſionis, licet ab hæreſi abſolutus nō ſit, poteſt in loco ſacro ſepeliri; quamvis ad vitandum ſcandalum, & alia incommoda, oporteat priùs Epiſcopum admonere, qui ſi velit, etiam poſt mortem, hominem ab excommunicatione abſolvere poteſt(*l*). Lutheranorum cognati,

nati, & amici Catholici, comitantes funera eorundem, non incurrunt Excommunicationem (*m*), quia talis cooperatio ad ſepulturam valdè remota & materialis eſt, ideoq; ejusmodi comitantes nomine ſepelientium, non comprehenduntur (*n*). Tum quia talis comitatus cognationis aut neceſſitudinis causâ præſtitus, potiùs ad politicam communicationem ſpectat (*o*).

* (k) *Laym: lib: 1. tr: 5. p. 4. cap: 2. n. 9. q. 2.* (l) *Idem ibid:* (m) *Clement: 1. de ſepulturis.* (n) *Gloſſ: in Clement: 1. ver: ſepelire de ſepult: Navar: c. 27. n. 135. & lib: 5. conſ: 12. de hæret:* (o) *Idem ibid.*

4. Parochus habeat Matriculam mortuorum illorum, qui in Parochia ſua ſepulti fuerint, cujus depoſitionis formula ità concipi ſolet: *Die --- Menſe --- Anno --- N. de N. omnibus Sacramentis ſuſceptis, cum animæ commendatione obijt in ſua domo plateæ nuncupatæ N. & ſepultus fuit in hac Parochiali Eccleſia Sancti N. &c.*; Ex qua partita probatur mors & ſepultura (*p*). Et Parocho adnotanti mortem Parochiani creditur; quia ad illum & onus ſepeliendi defunctos ſuæ Parochiæ, & hujusmodi adnotatio ſpectat (*q*).

* (p) *Menoch: lib: 1. præſump: 51. n. 53. cum ſeqq: Rot: deciſ: 621. n. 4. part: 1. recent:* (q) *Rot: Eluen: Eremitorij 7. Febr: 1621.*

HEBDOMADA MAJOR.

AD legendam Paſſionem in Miſſa privata Hebdomadæ majoris non extingvantur luminaria in Altari(*a*). In Feria quinta Communio Cleri fit in Miſſa ſolenni(*b*). In eadem feria & ſequenti Proceſſio cum Hoſtia in Calice reſervata non fit extra Eccleſiam(*c*). Et locus pro reponenda Hoſtia paretur in dicta feria, non tamen cum pannis nigris(*d*). In Paraſceve, ſi incidat Feſtum Annuntiationis B. V. non tenentur fideles audire Miſſam(*e*). Neq; eo die fiat Communio niſi infirmorum(*f*) & illo die non poteſt fieri proceſſio cum Euchariſtia (*g*). In eodem die immititur particula in Calicem ſine crucis ſigno (*h*). In Sabbato ſancto non ſunt pulſandæ Campanæ à quoquam ante Cathedralem ſeu Matricem Eccleſiam(*i*). Matrix Eccleſia in Diœceſi eſt Parochialis Eccleſia (*k*).

*(a) *Paul: Comit: in reſpon: moral: lib: 1. q. 49.* (b) *Congr: Rit: 27. Sept: 1608.* (c) *Congr: Epiſ: 16. Aug: 1591.* (d) *N. Gavant: in Theſaur: Sacr: rit: tom: 1. par: 4. t. 8. n. 9.* (e) *Congr: Epiſc: Rit: 19. Febr: 1622.* (f) *Ead: ibid:* (g) *Congr: Epiſc: 22. Mart: 1596.* (h) *Congr: Rit: 28. Aug: 1627.* (i) *Conc: Lateran: ſeſſ: 11.* (k) *Congr: Rit: 9. Februar: 1608.*

EX

EX SYNODO PRAGENSI.

FEria quinta Cœnæ Domini, & Sabbato item ſancto, in noſtra Metropolitana Eccleſia, atq; in unaquaq; Eccleſia Collegiata, Parochialíve, unica tantum Miſſa celebretur; unica præterea Miſſa fiat in Eccleſijs Monialium. In alijs autem Eccleſijs, Oratoriiſve, etiam Laicalibus, non celebretur hoc triduo. Feriâ ſextâ in Paraſceve nullibi fiat Miſſa cum conſecratione ex Sacris Ritibus.

HORÆ CANONICÆ.

I.

PArochus tenetur Jure Eccleſiaſtico ad perſolvendas horas canonicas(*a*) & quidem ſtudiosè & devotè(*b*) quinimò etiam quilibet alius beneficiarius, etiamſi perexiguos fructus ex beneficio habeat ad congruam ſuſtentationem minimè ſufficientes; quia ratio ob quam beneficiarius tenetur officium Divinum recitare, non eſt præcisè, ut integrè ſuſtentetur fructibus beneficij, ſed quod beneficium habeat aliquos reddens fructus, qui dantur propter officium; Tum quia beneficium exiguum, quoad ſubſtantiam, eſt verè & propriè beneficium, & ut tale in Jure reputatur(*c*). Tenetur quoque, etiamſi nullos fructus ex ſuo beneficio percipiat, quia titulum & poſſeſſionem beneficij habet, ac proindè verè & ſimpliciter eſt beneficiarius;

Nam fructus vel ſpes eorum non pertinent ad ſubſtantiam beneficij (*d*). Et tenetur quidem à tempore captæ poſſeſſionis, Parochiæ, vel ut dicit Pontifex: Poſt beneficij conſecutionem (*e*) Ille autem propriè dicitur beneficium conſecutus, qui pacificam illius poſſeſſionem adeptꝰ eſt cum titulo (*f*) dummodò per ipſum non ſtet, quominùs conſequatur beneficij poſſeſſionem (*g*). Ante captam poſſeſſionem autem nullus ex proviſis tenetur officium Divinum recitare, ſi neuter litigantium illam adhuc habeat, & uterq; dubius ſit de Jure, & de cauſa litis (*h*). Præterea Parochus non eſt obligandus ſub peccato mortali, ſivè Subdiaconus officium totum recitare illius diei, quo Parochiæ poſſeſſionem accepit, vel ad Subdiaconatûs Ordinem fuit promotus; ſed ſolùm ab illa parte, à qua obligatio incepit (*i*).

*(a) *C. Quia per ambitioſam. de Reſcript: in 6. cap: fin: 42. diſt: Conc. Lateran: ſeſſ: 9. de refor: §. Statuimus.* (b) *cap: dolentes de celebrat: Miſſ.* (c) *cap: 15. cui de prabend: lib: 6. Sylv: in ſum: v. Hora §. 3.* (d). *Paludan: in 4. diſt: 15. q. 5.* (e) *Pius V. conſtit: 135. incipit Ex proximo.* (f) *N. Gavant: in comment: ad rubr: Miſſ: tom: 2. ſect: 1. cap: 4. n. 5.* (g) *Barthol: à S. Fauſto de Hor. Canon: lib: 2. q. 41.* (h) *N. Homobon: de Bonis in conſult: caſ: conſc: vol: 2. p. 5. cap: 240.*

2. Parochus in recitando Divino officio tenetur ſe cum rubricis Breviarij conformare; non

Digitized by Google

non enim poteſt facere mutationem ritûs, ut ſcilicet duplici ritu celebretur Feſtum, quod aliàs ſimplici ſub ritu, vel ſemiduplici eſt decretum, cum Pius V. in Bulla Breviarij non modò præcipiat ſubſtantiam, ſed etiam modum & formam horarum Canonicarum (*a*). Et peccat mortaliter, qui redimendi temporis causâ Officium unius diei commutat pro breviori officio alterius; quia Eccleſia non ſolùm præcipit divini officij recitationem in communi, & velut in genere, ſed præcipit recitationem hujus officij in particulari; ergò qui facit contrarium violat præceptum Eccleſiæ in re gravi, & conſequenter peccat mortaliter(*b*). Alij exiſtimant talem Parochum ſolùm peccare venialiter (*c*). Qui recitat officia non approbata à Sede Apoſtolica, utpote damnata ſub pœna librorum vetitorum, non ſatisfacit muneri recitandi Divini officij(*d*). Et officium Breviarij debitum, non eſt relinquendum pro officio devotionis(*e*) Poteſt autem officium & Miſſa de Sancto celebrari in ipſius Sancti Eccleſia titulari, ſeu ubi aſſervatur inſignis reliquia, quæ erit Corpus, Caput, Brachium, Crus, & ea pars, non parva tamen, in qua paſſus eſt martyrium(*f*). Et officium poteſt fieri duplex(g). Præter propriæ Eccleſiæ Dedicationem, celebrandum eſt etiam Anniverſarium Dedicationis Cathedralis, in Civitate quidem cum octava, in Diœceſi ſine octava (*h*). Quoad Matutinum Defunctorum, illud

illud cantandum non eſt in Veſpere Omnium Sanctorum, ſed recitandum ipſamet die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorũ poſt Laudes dici (*i*).

*(a)*Barboſ: de Parocho par: 1. cap: 10. n. 9.* (b) *Tabien: in ſum: v. Hora q. 10. Navarr: de Orat: c. 19. n. 201.* (c)*Sylv: v. Hora q. 12. n. 15.* (d) *S. Congr: Rit: die 8. April: & 28. Octobr: 1628.* (e) *Ead: die 29. Novembr: 1603.* (f)*Ead: 8. April: 1628.* (g) *Ead: 23. Novemb: 1603.* (k) *Ead: 2. Maij 1619.* (i) *Ead: 17. Septem: 1607.*

3. Parochus ultra peccatum mortale quod incurrit, non recitando officium Divinum ſtatim poſt adeptam pacificam poſſeſſionem beneficij, ad fructuum reſtitutionem tenetur (*a*). Et quidem hoc modo: Si quis uno aut pluribus diebus totum officium omiſit, reſtituet fructus omnes, quos illo die, vel illis diebus percepit. Si matutinum tantùm omiſit, reſtituat mediam partem fructuum reſpondentium illi tempori; Si reliquos ſex horas tantùm, reſtituat etiam dimidiam partem; Si aliquam tantùm ex illis ſex, reſtituat tantùm ſextam partem fructuum talis diei, & ſic tenetur ſolùm ſextam illius medietatis partem reſtituere. Et hæc conſtitutio uſu eſt recepta (*b*). Parochus etiam, quantumcunq; curam animarum gerat, celebrando & adminiſtrando Sacramenta Parochianis, omittens recitare officium Divinum, tenetur ad fructuum reſtitutionem (*c*); Quia Pij Conſtitutio abſo-

abſolutè & indiſtinctè loquitur de reſtitutione fructuum ſingulis diebus reſpondentium facienda pro rata omiſſionis divini officij. Si tamen non recitantur ex oblivione naturali, non obligant non recitantem ad fructuum reſtitutionem, nõ obſtante lege pœnali fructuum acquiſitionem irritantem (*d*). Si verò mente ultrò diſtracta officium divinum recitat, tenetur ad fructum reſtitutionem; quia hic non ſolùm malè orat: ſed revera ſimpliciter non orat; licet enim legat, vel verba proferat, illa non eſt oratio quæ ab Eccleſia præcipitur: Cum ergo de ſubſtantia orationis ſit attentio, ſequitur recitantem ſine attentione non ſatisfacere præcepto quoad ſubſtantiam, ac proinde non poſſe fruct9 retinere (*e*). Alij putant Beneficiarium recitantem Horas ſinè attentione, etiam datâ opera, non teneri reſtituere fructus. Nota quod fructuum reſtitutio pro ratâ omiſſionis Divini officij non eſt facienda, niſi elapſis ſex menſibus poſt obtentam beneficij poſſeſſionem (*f*). Peccat tamen Parochus mortaliter, qui intra primos ſex menſes ab impetrato beneficio absque juſta cauſa, Divinum officium prætermittit (g) facit autem fructus ſuos (*h*).

* (a) *Pius V. in Conſtit: ſuæ, in cap: Ex proximo. Lateran: Conc: de Anno* 1571. (b) *Barthol: à S. Fauſto de Hor: Canon: lia:* 2. *q.* 277. *in fin.* (c) *Petr: de Navarr: de reſtit: lib:* 2. *cap:* 2. *n.* 148. (d) *Dian: tr:* 6. *reſol:* 41. *per* 3. *verſ: Notandum.* (e) *Navar:*

de

de orat: cap: 13. n. 18. (f) *Conſt: Conc: Lateran: ſub Leone X. ſeſſ: 9. §. Statuimus.* (g) *Hier: Roderic: in Compend: quæſt: Regular: reſol: 24. n. 57.* (h) *Pius V. 1571.*

4. Reſtitutio fructuum amiſſorum ob non recitatum officium Divinum facienda eſt fabricæ hujusmodi beneficiorum, vel pauperibus (*a*). Et liberum eſt Beneficiario reſtitutionem facere pauperibus vel fabricæ beneficij (*b*). Quamvis pauperes ſint alterius loci; quia cum Bulla generaliter loquatur de pauperibus, non debet intelligi reſtrictè de pauperibus illarum Eccleſiarum, ubi ſita ſunt beneficia (*c*). Et poteſt Parochus computare in partem reſtitutionis eleemoſynas omnes, quas ex fructibus beneficij fecit toto eo tempore in quo officium Divinum prætermiſit (*d*). Et non requiritur, ut fiat hujusmodi reſtitutio fabricæ illius Eccleſiæ, ubi ſitum eſt beneficium (*e*). Appellatione pauperum in hac materia, non ſolùm comprehenduntur perſonæ pauperes; Sed etiam Monaſteria, Xenodochia, & Eccleſiæ ornamentis, luminaribus, & alijs ſimilibus indigentes, aut alia pietatis opera (*f*). Et ij quibus neceſſaria ad decentem Statum deſunt v. g. Nobiles, qui à ſtatu deciderũt, & ægrè admodum ſuſtentantur, licet ob verecundiam petere, vel recipere eleemoſynam non ſoleant (*g*). Parochus etiam ſeu Beneficiarius, ſi verè pauper ſit, aut ejus mater vel ſorores, poteſt ſibi, aut eis hanc reſtitutionem face-

facere(*h*). Non poteſt tamen ſibi retinere fructus, ſi remiſſionem eorum à pauperibus obtineat, quibus fructus nondum tradiderat, quia iſte non dicitur reſtitutionem feciſſe juxta ſummi Pontiſicis intentionem (*i*). Poteſt etiam ipſis defunctis reſtitutionem facere, qui & pauperes ſunt, valdéq; indigentes, ut pro ipſis celebrentur Miſſæ aut alia Suffragia offerantur(*k*) Nomine fabricæ beneficiorum in hac materia venit fabrica domûs beneficij, in qua Beneficiarius habitat, vel alterius domûs ipſius beneficij pro fructibus colligendis, & conſervandis, & quidquid in utilitatem agrorum ipſiusmet beneficij inſumitur, ut ejus fructus in perpetuum augeantur(*l*).

*(a) *Pius V. ubi ſuprà.* (b) *Navarr: in man: c. 25. n. 122. & de orat: c. 7. n. 32.* (c) *Bonac: de Hor: Canon: diſp: 1. q. 5. pun. 4. n. 3.* (d) *Bartholom: à S. Fauſto in ſimul: tr: lib: 2. q. 294.* (e) *Idē q. 298.* (f) *Navarr: de reddit: Eccl: man: 26. n. 2.* (g) *Idem ibid: q. 293.* (h) *Idem q. 296.* (i) *Navar: in man: c. 25. n. 122. & de orat. c. 7. n. 32.* (k) *Vaſq: in Opuſc: de benef: cap: 4. §. 1. art: 1. dub: 9.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: de Divinis officijs.

UT ſacræ preces horariæ uniformi ratione ab omnib9 perſolvantur, Calendarium Pragenſe, quotannis edendum, quo certa officij ratio ſingulis die-

diebus præſcribetur, Eccleſiaſtici omnes pœnes ſe habeant, ſingulásq; præſcriptiones in eo contentas, in officio Divino perſolvendo, diligenter attendant, atque accurratè obſervent. Horæ Canonicæ in Choro quotidie canantur, ubi cantari conſueverunt: neq; ob Conciones, aut ſolemnes Miſſas, aliámve ob cauſam omittantur unquam, niſi neceſſitas evidens aliud Judicio Ordinarij, aliquando poſtularit, quo caſu absq; cantu eas in Choro recitari volumus. Officium parvum B. MARIÆ V. recitetur in Choro, tàm in Metropolitana, quàm in omnibus Eccleſijs Collegiatis, Monaſterijs & locis, tàm Virorum, quàm Mulierum Regularium, etiam exemptis, ijs diebus, quibus ex pijs fundationibus, laudabilíve uſu recitari ſolet. Omnes in Choro Divina Officia, ut temporis ratio poſtularit, alternis vocibus canant, recitent, attentéq; audiant; Idq; non curſim, non perturbatè, non perfunctoriè, non oſcitanter; ſed leniter, diſtinctè, & ſtudioſè faciant. Officium Defunctorum recitetur in Choro in unaquaq; Eccleſia ijs diebus, quibus ex priſco more recitari conſuevit.

JMPEDIMENTA MATRIMONIJ.

I.

DUplicia ſunt impedimenta Matrimonij: *Impedientia* ſcil: & *Dirimentia*. Illa dicuntur, quæ quidem ab initio impediunt, & prohibent Matrimonium contrahi, de facto autem contractum validum relinquunt, & ad ſummum præ-

Digitized by Goog

præter reatum peccati aliam pœnam arbitrio Epiſcopi taxandam inferunt; Iſta verò poſteſteriora, non tantùm ab initio reſiſtunt Matrimonio, ſed etiam contractum dirimunt, nullũ & invalidum reddunt. Porrò impedimenta impedientia memoriæ cauſæ ſequentibus verſiculis comprehenduntur.

Eccleſiæ vetitum, nec non tempus Feriarum.
Atq; Cathechiſmus, Sponſalia, jungito votum,
Inceſtus, raptus Sponſatæ, mors mulieris,
Suſceptus propriæ prolis, mors Presbyteralis.
Aut ſi pœniteat ſolemniter, aut Monialem
Accipiat, prohibent hæc Conjugium ſociandum.

Ad *Eccleſiæ vetitum*, quamvis hæc omnia impedimenta referri poſſint, quia propter ea ab Eccleſia prohibentur Matrimonia, ſpecialiter tamen hic intelligitur prohibitio Epiſcopi.

Tempus Feriarum eſt illud quo ſolemnes Nuptiæ interdicuntur, ſcil: à Dominica 1. Adventûs uſq; ad Feſtum Epiphaniæ, & à die Cinerũ incluſivè uſq; ad octavam Paſchæ(*a*). Præterea communiter inter DD: receptum eſt, idq; à S. Congr: Cardinal: declaratum, quod in prædictis Ferijs tantùm ſolemnis & externa Nuptiarum pompa interdicatur, non autem Sponſalia de futuro, imò nec ipſum Matrimonium, ſi ex juſta cauſa differri nequeat, & privatim ſine publica pompa coram Parocho & teſtibus ſaltem cum licentia Epiſcopi celebretur (*b*).

Cathechiſmi nomine intelligitur illa inſtru-

ctio

ctio ſidei, quæ olim præcedere baptiſmum, & ante Januam Eccleſiæ cum Cathechumeno, ſeu noviter baptizando cum adulto fieri ſolebat(*c*); & quia habebat rationem alicujus paternitatis, ſeu regenerationis ſpiritualis, ideò ſi baptizanda fuiſſet fœmina, inter eam & Catechizantem oriebatur impedimentum impediens, non autem dirimens(*d*).

Sponſalia ſi fuerint contracta cum una perſona impediunt matrimonium cum alia; de quibus agetur fuſiùs ſub proprio titulo.

Votum. De hoc inferius.

De *Inceſtu* notandum eſt 1. ſi poſt matrimonium ratum vel conſummatum affinitas ſuperveniat, ut vir conſangvineam ſuæ uxoris cognoſcat vel è contra uxor cum conſangvineo mariti peccet, tunc matrimonium quidem, nec quoad vinculum, nec quoad habitationem diſſolvetur, ille tamen cujus culpa orta eſt affinitas, nunquam ampliùs poterit petere debitum conjugale, ſed tantum parti innocenti, ſi exigat, reddere (*e*). Item mortuo conjuge innocēte nullum aliud matrimonium licitè contrahere poterit, valebit tamen ſi de facto contractum fuerit (*f*) ſed hæc poſterior pœna, ſicut & alia multa impedimenta videntur in deſvetudinem abijſſe, vel ſaltem, ut aliqui putant, per diſpenſationem Epiſcopi tolli poſſunt. Notandum 2. Inceſtum cum conſangvinea uxoris etiam poſt mortem perpetratum puniri pœ-

pœnis ſupradictis(g). Notandum 3. Cum hodie non extendatur impedimentum affinitatis ex copula *illicita* ultra *secundum gradum* (h). Ideo ſi quis cognoviſſet conſanguineam uxoris ultra ſecundum gradum, non privaretur jure petendi debitum, etſi cum conſangvinea ſponſæ id feciſſet, adhuc cum ſponſa matrimonium contrahere poſſet & deberet. Notandum 4. Quod Confeſſarius non teneatur monere Inceſtuoſum de obligatione abſtinendi, à petitione debiti, ſi in bona fide ſit, & iſtam obligationem invincibiliter ignoret, ac ſimul adſit periculum Incontinentiæ & transgreſſionis, quia aliàs qui priùs propter bonam fidem non peccavit, jam exponeretur periculo peccandi, quod ſi de facto monitus ſit Inceſtuoſus, vel de ſe non ignoret, propter ætatem tamen, vel alia de cauſa abſtinere non poſſit, Epiſcopo diſpenſare conceſſum eſt(i). Deniq; notandum eſt ſi Sponſus ſuæ Sponſæ ſororem vel aliam conſangvineam cognoſcat, hoc ipſo naſcatur impedimentum dirimens affinitatis, ita ut cum Sponſa matrimonium abſq; diſpenſatione ampliùs conſiſtere non poſſit, damnum tamen ſponſæ ex tali delicto illatum Sponſus reſarcire debet, per pecuniariam compenſationem, vel certè diſpenſationem impetrare.

Raptus hoc loco dicitur violenta mulieris abductio, & quamvis olim *Raptus* fuerit tàntùm impedimentum impediens, eo caſu quo alteri-

us

us Sponſa fuiſſet abducta(*k*). De cætero autem non aliter annullarit Matrimonium, quàm ſi mulier abducta nunquam liberè conſenſiſſet. Hodie tamen Tridentinum ſeſſ: 24 de Reform: c.6. edidit conſtitutionem in hæc verba: *Decernit S. Synodus inter raptorem & raptam, quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe conſiſtere matrimonium, quod ſi rapta à raptore ſeparata in loco tuto ac libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in uxorem habeat, & nihilominùs raptor ipſe, & omnes qui conſilium, auxilium, & favorem præbent, ſint ipſo Jure excommunicati, ac perpetuò infames, omniúmq; dignitatum incapaces, & ſi Clerici fuerint, de proprio gradu decidant; teneatur præterea raptor mulierem, ſive eam uxorem duxerit, ſive non, decenter arbitrio Judicis dotare.* Ex qua conſtitutione apparet, *Raptum* hodie eſſe impedimentum dirimens, ſi matrimonium eo tempore contrahatur, quo rapta in poteſtate raptoris eſt, etiamſi rapta liberè conſentiat (*l*).

Mors mulieris ſine uxoricidium etiam impedimentum cauſat, ut Maritus occidens ſine ſpe alterius conjugij manere debeat (*m*).

Suſceptus propriæ ſobolis tunc inducit impedimentum, ſi quis extra neceſſitatem proprium filium baptizari, aut eum tanquam Patrinus tenuerit, talis enim non tantùm conſtante Matrimonio perdit jus exigendi debitū̃m conjugale, ſed etiam ab alio matrimonio contrahendo prohibetur(*n*).

Mors

Mors Presbyteralis ſeu occiſio Presbyteri etiam impedit occidentem, ne matrimonium contrahere poſſit(*o*), quod tamen aliqui obtinere volunt ubi quis in Judicio de homicidio convictꝰ & condemnatus fuerit (*p*).

Pœnitentia ſolemnis dicitur quæ ob crimina graviora injungitur, publicè peragenda, ità ut aliquis certo tempore ante Eccleſiam ſtare, vel domi jejunare, à geſtatione gladij, aut equitatu abſtinere debeat; quæ pœna olim valdè frequens fuit; intra hoc ergo pœnitentiæ tempus etiam Matrimonium prohibetur (*q*).

Demùm etiam illis interdicitur Matrimonium cum quavis alia perſona qui DEO deſponſatas *Moniales* ſib matrimonio jungere præſumpſerunt(*r*). Imò de Jure Civili, qui vel tantùm attentârint Moniales matrimonij jungendi causâ, & multò magis qui rapuerint aut violârint easdem, capitali ſupplicio puniuntur(*s*), quam legem de verbo ad verbum in Corpus Juris Canonici retulit Gratianus(*t*) qui tamen intelligendus eſt, quod loquatur de Jure Civili & foro ſeculari non autem de foro Canonico; quia Eccleſia nulli infert pœnam ſangvinis, vel mortis ex quovis ſcelere, ſed tantum cenſuras, pœnam carceris, aut alias ſimiles, niſi quod aliquando ob delicti gravitatem etiam Clericos priùs degradatos Judici ſeculari tradat(*u*). Si quæras, an omnia prædicta impedimenta etiam hodie in uſu ſint? ℞. Quamvis conſvetudo abro-

rogans legem non præſumatur, niſi probetur, nec à conſvetudine unius vel alterius loci rectè ad univerſalem conſvetudinem inferatur; nihilominùs DD: qui in diverſis orbis partibus de matrimonio ſcripſerunt, communiter atteſtantur, Impedimenta impedientia uſu hodierno recepta, non eſſe, ſi quatuor excipias, ſcil: *Eocleſiæ vetitum*, id eſt, Interdictum Epiſcopi, *Tempus feriarum*, *Sponſalia* & *Votum*. Atq; hanc conſvetudinem etiam operari, ut in omnibus impedimentis impedientibus (excepto Voto & Sponſalibus, quæ Jure Divino & naturali obligant) diſpenſare poſſit Epiſcopus(*x*).

* (a) *Trid: ſeſſ: 22. de reform: matrim: c. 10.* (b) *Barboſ: in eod: c. 1. n. 4.* (c) *c. ante baptiſmum de conſciat: diſt: 4.* (d) *c. 2. de cognat: ſpirit: in 6.* (e) *c. 6. & 10. de eo qui cognovit conſanguineam Uxoris ſuæ.* (f) *c. 1. & c. ult: eod: tit:* (g) *in c. tranſmiſſæ eod: tit.* (h) *Trid: de ref: ſeſſ: 24. c. 4.* (i) *Sanchez lib: 8. diſp: 11. n. 13.* (k) *c. Statutum cauſ: 27. q. 2.* (l) *Barboſ: in eod: c. 6. n. 9.* (m) *c. Interfectores cauſ: 33. q. 2.* (n) *cap. De eo ubi Gloſſ: & DD: cauſ: 30. q. 1.* (o) *c. 2. de pœnit: & remiſſ.* (p) *Panorm: & Hoſticus. eod: c. 2.* (q) *c. de his, & c. ult: cauſ: 33. q. 2.* (r) *cap. Is ergò cauſ: 27. q. 1.* (s) *L. ſi quis 5. Cod: de Epiſc: & Cleric.* (t) *c. 6. de pœnit: diſt: 1.* (u) *c. cum non ab homine de judicijs. c. novimus de verb: ſignif:* (x) *Sanchez lib: 7. diſp: 27. n. 15.*

2. Im-

2. Impedimenta Dirimentia, quæ non tantùm illicitum faciunt Matrimonium, ſed & invalidum, his vulgatis verſiculis comprehenduntur:

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus diſparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honeſtas
Si ſis Affinis, ſi fortè coire nequibis
Hæc ſocianda vetant, connubia facta retractant.

Quibus Tridentina Synodus adijcit clandeſtinum matrimonium ſeu defectum proprij Parochi & duorum ſaltèm teſtium.

Error perſonæ eſt, ut ſi quis putat contrahere cum Eva, & contrahit cum Urſula, qui error conſenſum impedit, qui eſt de eſſentia Matrimonij & ipſius cauſa; nam errantis conſenſus nullus eſt: Et ſic error nobilitatis aut dignitatis matrimonium dirimit, ſi redundat in errorem perſonæ, ut ſi mulier directè conſentire intendat in filium Principis quicunq; ille ſit, & non in alium, & alius ei tanquam Principis filius præſentetur, eſt error perſonæ, & matrimonium dirimit; Si verò directè in perſonam oblatam conſenſus feratur, tunc qualitatis, aut divitiarum, & nobilitatis aut dignitatis error, matrimonium non vitiat, neq; dirimit(*a*).

Conditionis impedimentum eſt, quando quis liber ignoranter contrahit cum ſerva, aut è converſo; impedit & matrimonium dirimit: ſi tamen conditione ſinè ſervitute cognitâ, poſtea conſenſerint, matrimonium tenet(*b*).

Votum ſolemne, propter quod homo poteſtatem ſui corporis amiſit, ſe tradens DEO ad perpetuam continentiam, matrimonium contrahendum impedit, & dirimit jam contractum, & ſi quis poſt profeſſionem legitimè factam, vel poſt ſuſceptionem Ordinis ſacri contrahit, matrimonium dirimitur, & ipſo facto eſt excommunicatus. Nec eſt ſimile de voto ſimplici; nam illud matrimonium contrahendũ impedit, ſed non dirimit, vel ſeparat contractum(*c*).

Cognatio: quæ triplex eſt .ſ. Carnalis, Spiritualis, Legalis: Carnalis eſt conſangvinitas, quæ eſt vinculum perſonarum ab eodem propinquo ſtipite deſcendentium vel aſcendentium, carnali propagatione contractum. Diſtingvitur per lineas & gradus. Lineæ ſunt perſonæ, tàm aſcendentes, quâm deſcendentes, vel rectè vel transversè. Gradus dicitur menſura perſonarum, quâ cognoſcitur quàm ſint propinqui, vel diſtantes in linea. Linea alia eſt recta aſcendentium, aut deſcendentium ab uno, ità ut una perſona mediatè vel immediatè ſit gignens, alia genita: Aſcendentium eſt reſpectu filij, Pater, Avus, Proavus, Abavus: Deſcendentium verò à Patte, Filius, Nepos, ProNepos, Abnepos. Alia linea dicitur Collateralis, cùm perſonæ ab uno quippè ſtipite communi immediatè vel mediatè procedunt; non verò ex ſe invicem, ùt Fratres & horum filij: Stipes eſt perſona illa, unde illi, de quorum conſangvinitate tractatur, originem ducunt. Por-

Porrò ad diſcernendum gradus, tres regulæ aſſignantur. *Prima eſt*: In linea recta tot ſunt gradus, quot ſunt perſonæ, dempto ſtipite communi, ſic Pater & Filius ſunt in primo gradu, quia dempto Patre remanet unus, Filius ſcilicet: Pater verò & Nepos in ſecundo, quia ſunt hìc perſonæ tres, Pater, Filius, & Nepos, deme Patrem remanent duo. *Secunda Regula eſt*: Perſonæ in transverſa linea æquali exiſtentes, tantùm diſtant inter ſe, quantùm diſtant à communi ſtipite proximo; Ità duo Fratres diſtant in primo gradu inter ſe, quia ſinguli uno tantùm diſtant à Parente; Filij autem duorum fratrum in ſecundo, quia ita diſtant à communi ſtipite proximo, qui eſt Avus. *Tertia regula*: Si perſonæ diſtant in linea transversa inæqualiter à communi ſtipite, habenda eſt ratio gradûs magis remoti: Sic Patruus & Filius ex Fratre diſtant inæqualiter ab Avo, in quo uniuntur, ideò licet Patruus diſtet à communi ſtipite in primo gradu tanquam Filius, quia tamen Filius ex fratre, ab eodem ſtipite diſtat in ſecundo gradu, quippe illius Nepos, cenſentur diſtare inter ſe in ſecundo gradu. Aliter quidem numerat Jus Civile; ſed cùm cauſa matrimonialis propriè pertineat ad Tribunal Eccleſiaſticum, gradus numerandi ſunt juxta ejus diſſolutionem. Porrò Jure Eccleſiaſtico Conſangvinitas intra quartum gradum incluſivè tàm lineæ rectæ, quàm transverſalis, reddit matrimonium inter con-

ſangvineos invalidam. Et NB. cùm petitur diſpenſatio juxta ſtylum Romanum, explicari debent lineæ & gradus, etſi remotioris ratio potior habeatur, tamen etiam declarari debet iſte, qui eſt propinquior ſtipiti communi, quia iſtud facit ad faciliorem vel difficiliorem diſpenſationem (*d*).

Spiritualis cognatio eſt propinquitas ex Sacramento Baptiſmi & confirmationis proveniens ſecundùm Eccleſiæ ordinationem; nam ſicut per carnalem propagationem homo accipit eſſe naturæ, ità per Sacramentum accipit eſſe gratiæ; ſed non egreditur ultra Baptizantem & Baptizatum, Confirmantem & confirmatum, illiúsq; Patrem & matrem, ac ſuſcipientem & tenentem; impedimentum enim hujusmodi inter alias perſonas in Concilio Tridentino ſublatum eſt (*e*).

Legalis cognatio eſt propinquitas quædam proveniens ex Adoptione, quæ fit per Adoptionem alicujus in filium aut filiam. Iſta cognatio dirimit Matrimonium in linea recta inter arrogatum ex una parte & adoptantem ſeû arrogantem, ejúsq; Uxorem ex altera parte idq; in perpetuum, quantumcunq; arrogatus ſemel emancipetur, ſemper perſeverat hoc impedimentum (*f*) quæ ſunt recepta Jure Canonico (*g*). Rurſum in linea transverſa dirimitur matrimonium inter arrogatum & liberos legitimos adoptantis, quamdiu utriq; ſunt ſub poteſtate ad-

adoptantis. Secùs ſi alteruter emancipetur, vel adoptatio aliâ ratione deſinat(*h*). Ratio eſt, quia hoc impedimentum in linea recta eſt inductum ob reverentiam quam debet adoptatꝰ adoptanti, quæ eſt perpetua. In linea verò transverſa inducta eſt ob interpretativam inter hos fraternitatem, quæ deſinit per emancipationem legibus ità ſtatuentibus(*i*).

Affinitas eſt quædam perſonarum propinquitas ex carnali copia proveniens per maritum & uxorem; Nam mulier efficitur affinis omnium conſangvineorum Viri ſui, & è contra vir omnium conſangvineorum dictæ mulieris, quæ uſq; ad quartum gradum impedit. Præterea carnalis copula extra matrimonium habita, affinitatem cauſat, quæ olim matrimonium dirimebat uſq; ad quartum gradum; verùm Concilium Tridentinum reſtringit tantùm ad eos, qui in primo & ſecundo gradu conjunguntur, in alijs verò gradibus matrimonium contractũ non dirimitur(*k*). Porrò affinitatis lineæ & gradus numerantur ſicut cõſangvinitatis; nam quoto gradu quis conſangvineus eſt viri, qui cognovit aliquam, eodem fit affinis fœminæ ab eo cognitæ; & quoto gradu eſt quis conſangvineus huic fœminæ, fit in eodem affinis viro, qui eam cognovit; Ex quo enim illi duo facti ſunt per copulam carnalem una caro, conſangvinei unius reputantur affines alterius; Ad hoc autem requiritur, ut copula fuerit conſummata, ex

qua .ſ. ſequi potuerit generatio. Sciendum tamen eſt, conſangvineos mariti, non fieri conſangvineis fœminæ, vel è contra. *Nam affinitas non parit affinitatem*, in quo aliqui ſubindè errant. Hinc duo fratres poſſunt ducere duas ſorores, genitas ex alijs parentib9, quàm ipſorum proprijs: Imò Cajus habens filium Sempronium, ſi ducat Cajam, quæ habet filiam Semproniam ex alio, filius Caij poterit ducere filiam Cajæ, ſi nihil aliud obſtet, certè non obſtat affinitas, quæ in illis nulla eſt (*l*). Sin autem quis ſciens audet contrahere in gradibus conſangvinitatis, & affinitatis prohibitis, ipſo facto incurrit excomunicationem, quibus cognoſcendis præter dicta proponitur *Schema ſeù Arbor* conſangvinitatis adjacens; & Affinitatis eadem Arbor erit, ſi loco, *Pater & Mater*, in trunco Arboris ſubſtituatur, *Vir & Mulier*, quæ inter ſe habuerunt copulam; ſiquidem, ùt dictum eſt, omnes conſangvinei viri ſunt affines mulieris, & è contra conſangvinei mulieris ſunt affines viri in pari gradu (*m*).

Crimen. Multa ſunt crimina quæ matrimonium contrahendum impediunt, ſed non diriment contractum, ſicuti Uxoricidium, Raptus alienæ Sponſæ, Inceſtus, Interdictum Eccleſiæ, Tempus feriatum, & alia (quare qui ad concubinam accedit, poſt filium ex ea ſuſceptum, à ſe in neceſſitate baptizatum, inceſtùm patrat (*n*) nec poteſt eam ducere (*o*). Verûm tria ſunt

quæ

Digitized by Google

quæ impediunt & dirimunt: *Primum* Adulterans cum conjugata, & machinans in mortem Viri, vel è contra machinans in mortem Uxoris effectu ſecuto: *Secundum* Promittens adulteræ vivente viro ejus, eam ducere in uxorem: *Tertium* vivente legitima uxore ſcienter ſuper inducit adulteram in conjugem (*p*).

Cultus diſparitas eſt, quod fidelis non poteſt contrahere cum infideli, niſi promiſerit converti; poteſt tamen fidelis habitare cum infideli, niſi periculum ſit, ut ad idololatriam trahatur: Verùm ſi adeſt periculũ, matrimonium ſolvitur (*q*).

Vis eſt impedimentum, quando quis cogitur ad matrimonium contrahendum per vim, ſive per metum mortis, verberum, ſervitutis, & hujusmodi, quæ cadunt in conſtantem virum, & ipſo facto ſunt excommunicati, quicunq; quovismodo directè vel indirectè cogunt ſubditos ſuos, vel quoscúnq; alios, quominùs liberè matrimonia contrahant. Similiter & Raptores ſunt excommunicati, neq; raptam poſſunt ducere in Uxorem, niſi ipſa in loco libero conſtituta, voluntariè conſenſerit (*r*); Non enim habet locum conſenſus, ubi metus vel coactio intercedit, matrimonium autem perficitur conſenſu nempe libero (*s*).

Ordo Sacer impedit matrimonium contrahendum; Nam Subdiaconi, Diaconi, & Sacerdotes non poſſunt contrahere; ſi verò contrahant,

hant, ipſo facto matrimonium eſt nullum, tales enim inhabilitavit ad matrimonium Eccleſia, eò quòd habent votum quodammodo ſolemne adjunctum & annexum propter quandam congruentiam, quia in Sacris ordinibus conſtituti, vaſa ſacra tractant. Si autem poſt matrimonium ratum metu conſtantis Viri, quiſpiam ordinetur, matrimonium non dirimitur, ſed manere tenetur cum uxore(*t*).

Ligamen. Nemo, qui legitimè nupſerit, & alligatus eſt uxori, poteſt vivente ipſa aliam uxorem accipere(*u*). Et dubitans de morte conjugis, niſi priùs certificetur, contrahere non debet, quamvis ignoret quid ſit de eo, qui longo tempore abſuit. Excuſatur tamen mulier ſi nubat, maritum mortuum credens; ſi autem primus Maritus redierit, vel ſciat ipſum vivere, matrimonium contractum dirimitur, & tenetur cum primo manere.

Honeſtas. Juſtitiæ publicæ honeſtatis eſt impedimentum, quod ex ſponſalibus de futuro oritur, ut ſi aliquis deſponſaret puellam ſeptem annorum, licèt eam carnaliter non cognoverit, nullus tamen de conſangvinitate ejus poteſt eam habere in uxorem, nec ipſe aliquam de conſangvinitate ipſius, & hoc impedimentum extendebatur aliàs uſq; ad quartum gradum incluſivè, verùm hæc propinquitas non excedit primùm gradum ſecundùm Decretum Concilij Tridentini, ubi valida fuerint Sponſalia (*x*).

Im-

Digitized by Google

Impotentia coëundi impedimentum eſt; quia in matrimonio eſt contractus, per quem alter alteri obligatur ad ſolvendum debitum; Unde ſi quis non poterit per impotentiam coire, impedit contrahendum, & dirimit contractum. Si autem impedimentum eſt accidentale, & per medicinam removeri poteſt, valet & tenet, ſi verò non, nullum eſt matrimonium (*y*).

*(a) *Sanchez lib: 7. diſp: 18.* (b) *Idem d. l. diſp: 19.* (c) *Idem d. l. diſp: 26. c. 28.* (d) *Manual: Paroch: par: 2. n. 4.* (e) *Trid: ſeſſ: 24. de reform matrim: c. 2.* (f) *L. quin etiam 45. & L. Adoptivus 14.* Π. *de ritu nuptiarum.* (g) *Jus Canon: c. 1. 30. q. 3. Com: DD:* (h) *patet ex c. unico de cognatione legali juncto a. 5. 30. q. 3. & L. per adoptionem* Π. *de ritu nuptiarum* (i) *Coninch: de Sacram: Matrim: diſp: 32. dub: 3. n. 43.* (k) *Pius V. conſtit: 14. incip: Sanctiſſ: 20. Aug: 1566. Concil: Trid: ſeſſ: 24. c. 4.* (l) *Idem Manual: Paroch: loc: cit:* (m) *Ibid:* (n) *Ledeſm: q. 46. art: 1. n. 3.* (o) *Sanchez lib: 7. diſp: 6. n. 11.* (p) *Idem d. l. diſp: 78. 79.* (q) *Idem d. l. diſp: 71. & 94.* (r) *Gloſſ: in cap: cum locum.* (s) *Trid: ſeſſ: 24. c. 6. & 9.* t) *Sanchez d. l. diſp: 29.* (u) *Idem d. l. diſp: 80.* (x) *Fr: Emm: in ſum: tom: 1. cap. 234. n. 4.* (y) *Idem d. l. n. 92.*

3. Impedimentum, ut à Parocho vel Ordinario non permittatur contrahi matrimonium probatur per duos teſtes (*a*). In ore enim duorum vel trium ſtat omne verbum (*b*). Quando impedimentum eſt ſecretum, & ortum ex cri-

mi-

mine item ſecreto ſeu occulto, *v. g.* ex fornicatione cum conſangvinea, ſive is qui illud novit, probare non poſſit, ſive poſſit illud probare, non eſt à ſciente denunciandum, niſi priùs præmittatur correctio fraterna .ſ. admoneatur laborans illo impedimento volens contrahere, ut à matrimonio deſiſtat, ſi ſpes ſit, quod fraterna correctio proderit (*c*). Si nolit deſiſtere, adeundi ſunt Parentes, vel pij viri, vel Prælatus ut ipſum moneat, aliáve remedia occulta adhibeantur; quòd ſi adhuc ipſe perſiſtat, fas eſt ad tribunal Judicis deferre ad vitandum peccatum (*d*). Qui novit impedimentum ſecretum & occultum, ſive ſolus ſciat, ſive probari poſſit, non tenetur denunciare cum ſuo gravi & conſiderabili incommodo, vel aliorum ſcandalo probabili (*e*); quia in his caſibus nec fraterna correctio, nec præcepta Eccleſiæ obligant; Unde etiam in tali caſu, non denuncians impedimētum occultum, quod probare poſſet, non incurrit excoñunicationem latam in edicto denunciationum contra ſcientes non denuciantes. Hinc fœmina quæ ex proprio filio filiam ſuſcepiſſet, eo ignorante, & poſtea volente cum illa eadem, quæ eſt filia & ſoror, & ſimiliter ignorat impedimentum, contrahere, non tenetur manifeſtare impedimentum cōſangvinitatis, quia non poſſet ſine ejus gravi infamia, cum ad impediendum deberet diſtingvere gradus, quod ſi fieri non poſſet, niſi revelando ſuum graviſſimū ſce-

ſcelus, & quia inde poſſunt ſequi alia gravia mala(*f*). Hinc quoq; Sacerdos Parochus (*eſt caſus, quem accidiſſe refert Comitolus loc: cit:*), qui ex diverſis fœminis ſuſcepit liberos maſculum & fœminam, qui ignari impedimenti, poſtea volunt contrahere, quod impedimentum matre defuncta ſolus Pater novit, non tenetur manifeſtare impedimentum conſangvinitatis inter filios volentes efficaciter contrahere; quia ad effectum impediendi matrimonium, id non poſſet facere niſi aperiendo ſuum ſcelus, & conſequenter cum ſui infamia, cum deberet diſtingvere gradus, & indicare, unde dicta conſangvinitas orta ſit, alioquin non probaret. Et ita etiam ſentiunt Theologi, quos tacitis nominibus refert Comitolus(*g*), qui reſponderunt in tali caſu impedimentum Sacrilegæ propinquitatis ab illo Parocho taceri potuiſſe, & matrimonium impediri non debuiſſe, ipſúmq; potuiſſe dicto impedimento tacito, filium ſuum & filiam matrimonio jungere. Quando, ut dictum eſt, ex denunciatione ſequitur infamia, vel grave incommodum ipſius denunciantis, nulla eſt obligatio denunciandi; Extra hunc caſum verò, communiſſima ſententia eſt verior, & tenenda, quod quilibet teneatur ſub culpa mortali denunciare impedimentum, quod novit adeſſe inter volentes contrahere, tametſi occultum ſit, & illud probare non poſſit(*h*); quia quilibet tenetur Superiore præcipiente detegere pec-

peccatum inferens damnum tertio, quando fuit præmiſſa debita admonitio ſecreta ſine fructu, vel non eſt probabilis ſpes correctionis(*i*). Tale autem eſt, non detegere impedimentum, quia ſi eſt impedimentum dirimens, vergit in damnum alterius conjugis bona fide contrahentis; ſi autem uterq; mala fide contrahat, vergit in damnum prolis, quæ illegitima naſcitur, & ambo manebunt in perpetua fornicatione; Si autem ſit impedimentum impediens, vergit in graviſſimam irreverentiam & injuriam Sacramenti, quod contraheretur cum peccato mortali contra DEI & Eccleſiæ ſtatuta, & ſic etiam in damnum ipſius contrahentis. Secundò quia in aliis rebus ideò non tenetur unus teſtis denunciare, quod probare nequit, quia ejus teſtimonium non ſufficit, ut illi malo conſulatur; hoc autem impræſenti caſu locum non habet, quoniam ad impediendũ matrimonium nondum contractum, unus teſtis deponens de impedimento ſufficit(*k*). Tertiò quia hæc denunciatio non tendit ad vindictam ſeu punitionem criminis admiſſi, ſed ad impediendum peccatum, ad evitandum damnum ſpirituale, & ad ſervandum honorem Sacramento: Et ſi denuncians ſit perſona fide digna, per denunciationem aperitur via Prælato, ut impedimentum ulteriùs indagare, & matrimonium cum Sacramenti irreverentia; & non ſine gravi ſacrilegio contrahendum, adhibitis admonitionibus, ac terrori-

roribus impedire poſſit. Ergò in tali caſu, quamvis non poſſet impedimentum probare, nec ſuum teſtimonium ad impediendum matrimonium ſufficeret, denunciare tenetur, ſicut ex eo, quod in tali inquiſitione non agitur ad punitionem, ſed ad vitandum peccatum, & Sacramenti irreverentiam, Prælatus inquirere debet de impedimento occulto, cujus aliqua probabilis ſuſpicio, licet publica infamia non ſit (*l*). Qui denunciat falſa impedimenta ſeù malitiosè obijcit impedimentum ad matrimoniū impediendum, graviter peccat, & eſt à Judice ſeu Ordinario puniendus (*m*). Et Ordinarius rectè facit, ſi Jusjurandum defert impedientibus, quo jurare eos cogat non malitioſo animo ſe impedimenta afferre & denunciare (*n*). Animus enim non niſi juramento probari poteſt (*o*) Quod ſi impedimentum obijciens ad impediendum matrimonium, jurare noluerit, denunciationes ſunt continuandæ (*p*). Si autem impediens juraverit, brevi ei ad probandum impedimentum conceſſo termino, interim Judex Eccleſiaſticus interdicet matrimonium & denunciationes fieri; Impedimento verò non probato, vel per confeſſionem opponentis, vel per alium modum legitimum conſtito, malitiosè fuiſſe oppoſitum, idem Judex relaxabit interdictum, & jubebit Parochum proſequi denunciationes, & matrimonium celebrare (*q*).

*(a) *N. Boſſius de matrim: contr: c. 7. n. 123. &*

c. 5

c. 5. n. 34. & 38. (b) *cap: In omni negotio de teſtibus* (c) *Bonac: de matrim: q. 6. p. 3.* (d) *Sanchez lib: 1. diſp: 70. n. 2. & Guttier: de matrim: cap. 36. n. 2.* (e) *Comitolus lib: 1. reſp: mor: q. 112.* (f) *Idem loc: cit:* (g) *Idem n. 3.* (h) *Navar: in cap: Sacerdos de pœnit: diſt: 9. n. 27.* (i) *S. Thom: 2. 2. q. 7. art: 1. ad 2.* (k) *Text: in cap: Præterea. §. 2. de Sponſal: & text: in cap: ſuper eo Crede teſtibus.* (l) *Innoc: in cap: 1. ibid: Panorm: n. 34. de poſtulat: Præl: ex cap: Cum nobis, de elect.* (m) *cap: cum inhibitis in fin: de Clandeſt: deſponſ:* (n) *Barboſ: allegat: 32. n. 22.* (o) *ex Bart: l. Admonendi n. 9. de Jurejur:* (p) *Segura in direct: 2. par: cap: 26. n. 26.* (q) *Præpoſ: in cap: Cum inhibitio: n. 8.*

4. Parochus per ſe de impedimentis inquirere ſeu inveſtigare debet, an aliquid matrimonio contrahendo obſtet (*a*) dummodò aliqua ſit ſuſpicio, quamvis non ſit publica infamia (*b*). Si nullum opponatur impedimentum, nec alicujus impedimenti probabilis ſit ſuſpicio, poteſt nullâ requiſitâ Ordinarij licentiâ matrimonio aſſiſtere, contrahentéſq; matrimonio copulare, factis priùs denunciationibus (*c*), propria autem authoritate poteſt & debet interdicere matrimoniū oppoſito aliquo impedimento (*d*). Et hoc caſu ſolùm extrajudicialiter interdicit, quod non eſt actus Juriſdictionis; Oppoſito autem impedimento, non ſolùm non poteſt, nec debet procedere in matrimonio, ſed nec in denunciationibus (*e*). Et licet poſſit ac debeat oppo-

poſito impedimento matrimonium interdicere, non poteſt tamen de Impedimento cognoſcere, ſed illud debet ſtatim ad Ordinarium deferre, quia impedimentorum matrimonij cognitio pertinet ad Epiſcopum (*f*); Neq; licet aſſiſtere matrimonio frangentis aliorum Sponſaliorum fidem, relinquendo ejus conſcientiæ, an aliqua illam cauſa excuſet(*g*); ſed tenetur illud impedimentum ad Ordinarium deferre, cum ad Epiſcopum ſpectet ejus cognitio, qui, ſi conſtiterit de dictis Sponſalibus prioribus, tenetur cogere Sponſum ad illa adimplenda (*h*). Nec licet aſſiſtere eorum matrimonio, qui confeſſi ſunt impedimentum ſubeſſe, & poſtea negaverunt, tametſi aliter probari non poſſit, ſed tenetur rem ad Ordinariū deferre (*i*) quia ſtandum eſt primæ confeſſioni, cum nimis indignum ſit, ut quod ſua voce quíſq; dilucidè proteſtatus eſt, id in eundem infirmare poſſit (*k*) niſi ijdem contrahere volentes, probent ſecundam confeſſionem eſſe veram, cum ſit revocationi locus non ſolùm incontinenti, ſed etiam poſtea quoties confeſſio etiam ſpontanea eſt erronea (*l*). Nec Parochus debet eos vel eum audire, nec matrimonio aſſiſtere ſi eis vel ei opponatur impedimentum voti, & fateantur, vel alter eorum fateatur, ſe voviſſe, ſed fictè, atque adeò non teneri voto(*m*); quia licet votum fictè emiſſum non obliget coram DEO, & etiam Confeſſarius in foro conſcientiæ fidem pœniten-

tenti adhibere debeat, non tamen in foro externo; ſi alij qui opponunt, audierunt illum voventem, non creditur niſi juranti, ſicut etiam in juramento metu contracto non creditur, niſi in foro pœnitentiæ dicenti ſe caruiſſe animo ſe obligandi(*n*). In prædicto caſu, ſi de voto emiſſo aliter non conſtet, niſi ex confeſſione volentis contrahere, ſi votum fatentur, & ſimul defectū animi ſe obligandi, eſt ei fides adhibenda, eò quod ſit veriſimile in utroq; veritatem fateri, quia ſi mentiri vellet, faciliùs utrumq; negaret, cum probationes contra ipſum deficiant, nullúsque contra ipſum impedimentum opponat (*o*). Si Parochus certó vel probabiliter extra Sacramentalem confeſſionem ſcit inter contrahere volentes ſubeſſe impedimentum, quamvis infame & occultum, quod ipſe ſolus novit, nec probari poſſit, non poteſt in matrimonio procedere, illi've aſſiſtere, etiamſi id publicè petant; ſed ſi eos privata monitione non poſſit à matrimonio contrahendo abſterrere, tenetur impedimentum ad Ordinarium deferre. Quare cum poſſit hoc modo contrahere volentium peccata impedire, ad hoc tenetur, nec contrahere volentes, ſeu Sponſi jus habent, ut Parochus eos habentes impedimentum ſive impediens, ſive dirimens, conjungat, etiamſi publicè matrimonium petant (*p*). Non poteſt autem Parochus, vel alius habens licentiam aſſiſtendi matrimonio, publicè petentes repellere contrahere

Digitized by Google

here volentes, ſi non habent aliud impedimentum matrimonij, quàm quòd exiſtant in peccato mortali, ac proinde indignè ſint ſuſcepturi Sacramentum, ſi peccatum ſit occultum tametſi per duos teſtes probabile; debet eos tamen privatim monere(*q*) ſicut non poteſt eos repellere à receptione Euchariſtiæ, & Epiſcopus à receptione Ordinis (*r*). Noluit enim Chriſtus Dominus ſuos à ſuſceptione Sacramenti ob talem cauſam publicè reijci; unde etiam Judæ proditori ſuum exhibuit corpus. Quando autem Parochus & Ordinarius ſciunt diſpenſationem occultam à contrahere volentibus pro foro conſcientiæ obtentam, & nemo denunciat ſeu denunciavit impedimentum, tunc prædicta non procedunt quia tunc non denunciato impedimento poſſunt diſſimulare, eósq; matrimonio conjungere, quia illud impedimentum reputatur occultum (*ſ*). Non poteſt tamen Parochus vel Ordinarius diſſimulare, illósve conjungere, vel conjungi licentiam dare, ſi aliquis opponat, ſeu denunciet illud impedimentum, cujus occultam diſpenſationem pro foro interiori obtentam novit Ordinarius, coram quo cauſa vertitur; ſed tenetur non admittere diſpenſationem, & matrimonium prohibere, donec adducatur diſpenſatio pro foro externo, nam ex quo Juridicè oppoſitum eſt impedimētum, tenetur Ordinarius juſtitiam adminiſtrare, & ſecundū allegata & probata procedere(*t*).

Et hæc ſententia de rigore Juris eſt vera, licet ſecundùm æquitatem videatur aliter dicendũ. Parochus vel Ordinarius, qui ſolùm in confeſſione novit impedimentum, ſi commodè fieri poteſt, tenetur contrahere volentem, vel volentes cum impedimento, quod ex ejus vel eorum confeſſione novit, admonere ſaltem in confeſſione debet, ut deſiſtant à matrimonio, quoad uſque ſibi de remedio neceſſario provideant, conſulendo etiam eis, aut alteri eorum, ut ægritudinem fingant, & ſe intus vocari ad religionem, ut votum caſtitatis emittant ad quinq; vel ſex menſes, vel velle tempus opportunum ad deliberandum, quo tempore diſpenſationem impedimenti poſſunt quærere, idq; ne indignè petant, vel ſuſcipiant Matrimonij Sacramentum, & ad evitanda alia incommoda, quæ ex tali matrimonio ſequerentur (*u*). Si prædicta admonitio non poſſit à Confeſſario ſeu Parocho comodè fieri, vel poſt eam factam ipſi contrahere volentes nolint deſiſtere, nec juxta admonitionem votum emittere, nec fingere repentinam ægritudinem, ſed inſtent & petant jungi matrimonio, probabiliter & verior opinio eſt, matrimonium ob impedimentum occultum in confeſſione notum, non poſſe negari, ſivè petatur publicè, ſivè occultè, ſive à Parocho, ſive à Sacerdote non Parocho, habente licentiam à Parocho aſſiſtendi (*x*); quia vix fieri poteſt, ut Confeſſarius ſivè Parochus, ſive non Parochus,

à Pa-

à Parocho licentiam aſſiſtendi habens, matrimonium ſine aliqua pœnitentis nota impediat, cùm non poſſit effugere, nè vel ipſe vel alius matrimonio aſſiſtat, niſi aliquod impedimentum volenti vel volentibus contrahere obijciat, & ità exponetur periculo fractionis ſigilli(*y*).

*(a) *Text: cum inhibitio. §.1.* (b)*Laym: lib: 3. tr:3. p.2. cap:4. n.10. verſ. Deniq.* (c)*Conc: Trid: ſ.1. §.24. de reform: ibi. Quibus denunciationib9.* (d) *cap: fin: de clandeſt: deſpon: in fin: §.1. ibi Cum autem.* (e) *Baſil: Pont: de Matrim: lib: 5. cap: 36. n.1.* (f) *cap: de conſangvinitate in fin: ibi, Non ſunt cauſæ.* (g) *Segura p. 2. direct: cap: 15. n. 12.* (h) *Sanchez de Matrim: lib: 3. diſp: 15. n. 5.* (i) *Idem loc. cit. n. 6.* (k) *cap: Per tuas deprobat: & L. generaliter C. de non num. pec:* (l)*Farinac: p. 3. prax: crim: q. 81. c. 9. n. 313.* (m) *Sanchez d. diſp. 15. n. 9.* (n) *Sylv: v. Juramentum 44. 17.* (o) *Idem Sanchez loc: cit. n. 10.* (p)*Idem ibid. n. 12.* (q) *N. Boſſius de Matr: contr: c. 7. §.46. n. 207.* (r) *C. ex tenore.* (s)*Sanchez loc: cit: n. 14.* (t) *Idem loc: cit.* (u) *Baſil: Pont: lib: 5. c. 35. n. 1.* (x)*Idem ibid: n. 2.* (y)*N. Boſſius d. lib: cap: 7. §.48. n.221. in fin.*

5. Si quis dixerit Eccleſiam non potuiſſe inſtituere impedimenta, & in his inſtituendis errâſſe, eſt anathema(*a*). Et ſi quis intra gradus prohibitos ſcienter contrahere præſumpſerit, ſeparetur, & ſpe conſenquendæ diſpenſationis careat, tantò magis habet locum in eo, qui non tantùm contraxit matrimonium, verùm etiam

auſus fuerit conſummare(*b*). Si quis etiam dixerit cauſas matrimoniales non ſpectare ad Judices Eccleſiaſticos, anathema eſt(*c*).

*(a) *Concil: Trid: de reform: matr: ſeſſ: 24. Can: 4.* (b) *Idem ibid: Can: 5.* (c) *Idem ibid: Can: 12.*

JMMUNITAS ECCLESIASTICA.

I.

IMmunitas Eccleſiaſtica dividitur in localem, realem, & perſonalem. *Localis* in duobus conſiſtit .ſ. ut actus profani & Seculares ab Eccleſijs arceantur. Deinde ut malefactores confugientes ad Eccleſias ibidem in vita & membris protegantur. Proindè in Eccleſiijs & Cæmeterijs omnes negotiationes, nundinæ profanæ, Societatum conventiones, & conſilia ſub pœna arbitrio Ordinarij infligenda prohibentur(*a*). Specialiter verò ab Eccleſijs arceantur contentiones, & ſecularium Judiciorum ſtrepitus, adeò ut totus proceſſus judicialis, & ipſa etiam ſententia in loco ſacro lata, ipſo Jure nulla ſit(*b*) præcipuè ſi ſangvinis forum efficiatur (*c*). Unde præter nullitatem proceſsûs, etiam excommunicationis pœna jubetur inferri illis, qui cauſas criminales in Eccleſijs vel Cœmeterijs agitant(*d*). Inſuper comœdiæ profanæ, & ludi Theatrales, Choreæ & convivia, & ſimiles actiones prorſus à locis ſacris excludendæ ſunt (*e*). Deniq; Concilium Tridentinum ſtatuit, Muſi-

Muſicas eas, ubi ſivè organo, ſivè cantu laſcivum aut impurum aliquid miſcetur, item ſeculares omnes actiones, profana colloquia, deambulationes, ſtrepitus & clamores prohiberi, ut domus DEI verè domus Orationis videatur. Meritò etiam Gloſſa (*f*) invehitur in Scholaſticos & alios qui intrant Templa videndarum mulierum causâ, cum potiùs deberent oculos & mentem ad DEUM dirigere. Ut autem Eccleſiæ in majori reverentia & veneratione habeantur, hoc ſingulare privilegium non tantùm in Sacris Canonibus, ſed etiam legibus Imperatorijs (*g*) ijs eſt conceſſum, ut Malefactores regulariter quoscunq; (niſi ſpeciali Jure fuerint excepti) in ſuam protectionem recipiant. Porrò hæc protectio in duobus conſiſtit: 1. quòd confugientes ad Eccleſiam violenter per Judices ſeculares abſtrahi nequeant, & contra facientes incidant in excommunicationem reſervatam (*h*). 2. quòd Rectores & Clerici Eccleſiarum debeant ſervare vitam & membra talium Malefactorum, iiq; pœnâ aliquâ corporali affici non debeant, ſed pænâ tantùm pecuniariâ, vel Eccleſiaſticâ, utq; civiliter reſarciant partibus damna, quæ intulerunt (*i*). Circa egreſſum, vel dimiſſionem rei ab Eccleſia notandum eſt 1. Rectoribus Eccleſiarum incumbere ſervare vitam & membra confugæ, quod fiet, ſi pro ipſo ſtudeant apud Seculares Magiſtratus impetrare veniam & remiſſionem pœ-

næ corporalis. 2. Clerici tamdiu debent ſervare reum, nec eum ad examen vel inquiſitionem Judicis ſecularis extradere, quàm ipſe Judex etiam juratò de impunitate ejus promiſerit: qui ſi juramentum violaverit, debebit in ipſum excommunicatio fulminari(*k*). 3. cum hæc ſit enixa voluntas Canonum & legum, nè reus ad Eccleſiam confugiens, damnũ in vita & membris ſuſtineat, ideò Judices ſeculares non tantùm ſalva juſtitia poterunt; ſed etiam tenebuntur pœnam corporalem remittere, nè hoc privilegium Immunitatis inutile ſit reo, aut Eccleſiæ oneroſum, ſi eundem tamdiu ſervare debeant. Si verò Judices de facto recuſent, non videtur propterea in eos aliqua cenſura ferenda, cum jura ſolùm innuant, ut negantibus impunitatem, negetur etiam rei extraditio; Et ſi inferior Judex recusârit, apud Superiorem ejus inſtandum erit per Rectorem Eccleſiarum, utpotè quibus abſolutè injungitur, ut vitam confugientis conſervare ſtudeant; Imò non videtur facilè acquieſcendum promiſſioni alicujus inferioris Judicis, qui ex conſvetudine vel privilegio & jure regalium, Jus aggratiandi ſeu remittendi pœnam ordinariam non haberet, ſed protinus ſuperior ejusdem adeundus foret, quòd ſi Judex de facto aliquem dolo ſub promiſſione immunitatis, & multò magis ſi per violentiam extraxerit, debet ei ſervari fides, aut Eccleſiæ reſtitui (*l*). 4. Si Reus propriâ ſpontè Eccle-

Eccleſiam egrediatur, videtur ultrò deſerere hoc locale privilegium (*m*). 5. Si crimen ob quod reus ad Eccleſiam confugit, ſit *mixti fori*, locus erit præventioni inter ſecularem & Eccleſiaſticum Judicem, præſertim hoc caſu, ubi aliàs non pœna corporalis, ſed Eccleſiaſtica vel pecuniaria ob privilegium immunitatis eſt reo infligenda. Quod ſi Judex ſecularis cauſam præoccupaverit, aut merè Civilis ſit (*Ut ſi debitor obæratus ad Eccleſiam confugerit*) & reus non fidat perſonaliter, etiam habita impunitatis promiſſione, coram Judice comparere, poterit in Eccleſia remanens agere per Procuratorem, & ſi nec hunc deſtinârit, procedetur per decreta immiſſionis in bona ipſius, ſicut & alia executio, tum ad obtinendam ſatisfactionem læſorum, tùm ad pœnam contra bona fiat(*n*). Quod ſi de facto reus, vel ab Eccleſiaſtico Judice vel ſeculari pecuniariter punitus Eccleſiam egreſſus fuerit, non poterit poſtea ampliùs de eodem crimine accuſari & puniri (*o*) de quo non immeritò conqueritur Panormitanus (*p*) hæc frequenter à Judicibus ſecularibus violari. 6. Non quidem poteſt prohiberi Judici, ſi per cuſtodiam militarem animadverti curet, in reum forſan ab Eccleſia clam elapſurum, interim tamen non poſſunt impediri alimenta reo ſubminiſtranda, quia hoc modo reus per indirectum ab Eccleſia extraheretur, vel in ea fame necaretur (*q*). Alimenta autem deſumenda ſint in primis

ex

ex bonis illius, qui ad Eccleſiam confugit, vel propinquorum ejus, his deficientibus reliqui fideles in Concione, vel alio modo commonendi erunt, ut ſciant ſe teneri ex lege charitatis extremè indigenti ſubvenire, ſi nemo ſuccurrat, Eccleſiæ (*r*) atq; Eccleſiaſticis, qui tenentur vitam & membra confugientis ſervare, alimentatio incumbet. 7. Si reus ſit de illis, qui Eccleſiaſtica immunitate non gaudent, requirenda eſt licentia Epiſcopi, vel ejus Vicarij (*s*) qui perſonam aliquam Eccleſiaſticam, quæ capturæ à Judice ſeculari faciendæ interſit, deputet, & reum priùs ad Curiam Eccleſiaſticam, ejúsq; carcerem, ſub cuſtodia tamen, ſi opus fuerit, ſeculari, duci debere, atq; ibidem per Judicem Eccleſiaſticum inquiri, an revera crimē ab immunitate exceptum comiſerit, quo comperto tunc demum ſeculari Judici plenè tradendum eſſe. Cenſentur autem indigni Eccleſiaſtica immunitate publici Latrones & nocturni depopulatores agrorum(*t*), qui ſpe immunitatis, aut in ipſa Eccleſia (etiam alia ad quam confugit) deliquit; privilegium enim meretur amittere, qui abutitur, & indignus eſt Eccleſiæ patrocinio, qui offendit (*u*). Rei in crimine hæreſis, vel læſæ Majeſtatis, item Aſſaſſini, vel quicunq; hominem proditoriè & per inſidias, id eſt, veneno, à tergò, de nocte, aut aliàs nihil mali metuentem occiderint(*x*). De Jure quidem Civili (*y*) etiam raptores Virginum, adul-

adulteri, & homicidæ quicunque immunitate privantur, ſed communior DD: eſt ſententia prævalere in hac materia JurisCanonici diſpoſitionem, ubi ultra ſpecialiter exceptos iſto jure, omnes reliqui gaudere immunitate dicuntur, quantumcunq; gravia delicta admiſerint (z). Deniq; dicendum eſt, in hac immunitatis materia conſvetudinem aliquid operari poſſe, dummodò non trahat ſecum inconvenientias, & præjudicium Eccleſiarum, quia hæc immunitas magìs humani, quàm naturalis & divini Juris eſt, & licet ſit ex una parte favorabilis Eccleſiæ, ex altera tamen præjudicat nonnihil Reipublicæ, cujus intereſt, nè ſcelera impunita remaneant.

*(a) *C. 2. de Immunit: Eccleſ: in 6.* (b) *d. c. §. Ordinarijs.* (c) *in c. cum Eccleſias. d. 4.* (d) *c. cum decorem 12. de vit: & honeſt: Cler:* (e) *Conc: Trid: ſeſſ: 22. in decret de obſerv: & evit: in Miſſa* (f) *C. de his qui ad Eccleſ: confug:* (g) *Bulla Greg: XIV. cum alias. Quarant: in ſum̃: Bull: v. Caſus reſervati.* (h) *c. Reum 17. q. 4. c. Inter alia 6. de Immun: Eccl:* (i) *c. id conſtituimus 36. 17. q. 4.* (k) *Covar: var: reſol. lib: 1. c. 2. n. 16. in fin: Farinac: de Immun: Eccl: n. 301. Barboſ: in Collect: ad d. c. Inter alia n. 34. Clarus lib: 5. ſent: cap: 10. n. 1.* (l) *in d. c. Id conſtituimus. Si ipſe reus de Eccleſia diſceſſerit, à Clericis non quæratur.* (m) *l. Præſenti C. de his qui ad Eccleſ: confug:* (n) *Gloſſ: in d. c. Reum.* (o) *Panorm. in cap: 6. de Immun: Eccl: n. 9.* (p) *L. præſenti*

ſenti C. de his qui ad Eccl: confug: (q) *c. Aurum* 1 2. *q.* 2. (r) *Conſtit: Greg: XIV. cum aliàs.* (s) *c. Inter alia de Immun: Eccl:* (t) *c. fin: d. t.* (u) *d. Conſtit: cum aliàs.* (x) *in Novel:* 17. *c.* 7. (y) *d. c. Inter alia.* (z) *Covar: d. c.* 20. *n.* 3.

2. *Immunitas Eccleſiaſtica realis:* Hujus im̃unitatis is eſt effectus, quòd res ad Eccleſias Parochiales ſpectantes, & Parochi in perſonis ſuis à Jurisdictione ſeculari eximantur, non tantum Jure Pontificio & Cæſareo (*a*) ſed etiam Jure Divino (*b*). Et quidquid de facto practicatur, non valet conſvetudo, quæ potiùs abuſus eſt & corruptela, ſi Domini & Magiſtratus ſeculares Jurisdictionem in Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas exerceant; Nam ſicut Jus humanum Divinum tollere non poteſt, ità nec conſvetudo, quæ tantùm ab hominibus introducitur, & quidem tantò minùs, quantò actus contra Jus Divinum attentati magis ſunt peccaminoſi (*c*) Quis enim credat S. Pontificem in talem conſvetudinem conſenſurum, qui tollit omnem conſvetudinem Eccleſijs damnoſam (*d*) & in Bulla Cœnæ quotannis excommunicationem contra violatores hujus immunitatis fulminat. Minùs præſcriptione tollitur hæc immunitas, præſcriptio enim utpotè privatis competens debilior eſt conſvetudine publicâ, & ſicut Laici Jurisdictionem ſpiritualem poſſidere non poſſunt, ità nec præſcribere (*e*). Et licet S. Pontifex non poſſit hanc immunitatem ex toto tolle-

re,

re, utpotè non tàm à ſe quàm Jure Divino conceſſam; ſicut autem poteſt aliquem Laicum ad jus ſpirituale habilitare (veluti ad Jus patronatûs, quod ſpirituale eſt, & ſinè Simonia vendi nequit (*f*) omnes Laici habilitati ſunt) & eidem cauſam ſpiritualem delegare (*g*). Ità etiam poterit per privilegium ſaltèm in certis caſibus Laico Jurisdictionem in res & perſonas Eccleſiaſticas tribuere; non obſtante, quòd privilegium contra Jus Divinum dari nequeat, quia non eſt contra Jus Divinum, ſi Laicus ſibi vendicet Jurisdictionem Eccleſiaſticam authoritate Eccleſiaſticâ, ſed tantùm ſi Jure & authoritate propriâ & ſeculari. Privilegium autem cum facti ſit, probandum & exhibendum erit, niſi quòd immemorialitas temporis, accedente famâ privilegij, faciat aliquam præſumptionem. Præterea nè quidem ex cauſa publicæ neceſſitatis *v.g.* ingruentis poſſunt collectari Eccleſiæ, niſi in defectum, ubi Laicorum non ſuppetunt facultates, & tunc non ex authoritate Magiſtratûs ſecularis, ſed Eccleſiaſtici; Imò & ſummi Pontificis, niſi periculum in mora ſit (*h*). Et licet non ex paucorum ſententia, ſi ex bonis antequam ad Eccleſias pervenerint, certa quædam & determinata onera, vel tributa Principibus ſecularibus fuerint pendi ſolita, ea etiam impoſterùm ſolvi debeant, quòd res tranſeat cum ſuo onere (*i*). Extraordinarias autem & arbitrarias collectas Eccleſijs indicere, non erit
in

in poteſtate Principis. Si Eccleſia quædam bona in feudum à ſæculari Domino recognoſcat, huic Domino directo feudalis Jurisdictio reſervata intelligitur (*k*). Quoad Patronos & Advocatos Eccleſiarum notandum eſt, illos non poſſe bona Eccleſiaſtica uſurpare, intercipere, aut in ſuos uſus convertere, nec beneficiatos in perceptione fructuum, & reddituum impedire, aut in diſtributione & applicatione eorundem ſe ingerere ſub pœna excomunicationis, & amiſſionis Juris patronatûs ipſo facto (*l*) atque ſub pœna nullitatis contractûs & excomunicationis(*m*) (ſaltèm ferendæ ſententiæ) prohibetur nè Advocati, vel Patroni Eccleſiarum aut Vice-Domini Jus Advocatiæ, vel patronatûs alienent, Eccleſias aut ſubditos eorum exactionibus onerent, niſi ſpecialiter antiqui & moderati redditus ipſis fuerint per Epiſcopum conſtituti. Nam tempore fundationis poteſt Epiſcopus Patronis aut eorum Liberis moderatum cenſum de redditibus Eccleſiæ reſervare, quia in arbitrio fundatorum eſſe videtur, an res ſuas velint liberè donare Eccleſiæ, vel cum aliquo onere dummodò Epiſcopi approbatio interveniat (*n*). Sed & ex ipſo Jure Patronatùs hoc commodum conſequitur Patronus, ut egenus & ad inopiam lapſus ab Eccleſia alimenta petere poſſit, de his tamen quæ ſuperſunt, deductis neceſſarijs ad cultum divinum, & miniſtrorum ſuſtentationem. Et quamvis Eccleſia tenea-

teneatur de ſuperfluis omnes pauperes alere, tamen ſingulare Patroni privilegium eſt, quòd Eccleſia debeat abundantiùs alere Patronum quàm alios pauperes,& debeat habere rationem Statûs, item & familiæ ejus domeſticæ, Uxoris & liberorum, moderatè tamen, non ad luxum vel ſuperbam oſtentationem. Item pauperibus ſubvenit Eccleſia ex lege Charitatis, Patrono ex lege Juſtitiæ, qui & propterea actionem contra Eccleſiam inſtituere poteſt(*o*). Notandũ quóq; eſt, Patrono quidem incumbere, ut curam & inſpectionem habeat quoad bona Eccléſiaſtica, nè malè alienentur, aut dilapidentur, & ſi quid in Eccleſiæ detrimentum fieri deprehenderit, nec Beneficiatus honeſtâ monitione deſiſtere vellet, id Epiſcopo denunciet (*p*). Utq; Eccleſiam intra & extra Judicium defendat tanquam proprius ejus Advocatus, ſicut appellatur (*q*) non debere tamen Patronum veram aliquam Jurisdictionem in beneficiatum uſurpare, neq; viſitationem aliquam inſtituere, vel in adminiſtrationem Sacramentorum ſe ingerere(*r*). Deniq; non tantùm bona immediatè & propriè ad ipſam Eccleſiam ſpectantia ſunt immunia & exempta à Jurisdictione ſeculari, lege Divinâ hanc exemptionem præſtante, ſed etiam bona ipſorum Parochorum & Clericorum (*s*) ut etiam in his nulla exactio fieri poſſit ſinè cauſa neceſſitatis publicæ & cum conſenſu Magiſtratûs Eccleſiaſtici (*t*). Idémq; ad bona patrimonia-

nialia (ſaltèm exceptis oneribus realibus talibus locis ab antiquo imponi ſolitis, & ad ipſas perſonas Eccleſiaſticas transeuntibus, nè Principibus ſecularibus hoc privilegiũ nimis damnoſum ſit) extendi Juri conformiùs eſt (*u*). Ubi enim non diſtingvitur inter bona, nec nos diſtingvere debemus (*x*). Deinde ſequuntur etiam bona conditionem perſonæ, & magis dignum trahit ad ſe minùs dignum (*y*) & quæ Religioſis adhærent, Religioſa cenſentur (*z*).

*(a) *1 1. C. de SS: Eccleſ: C. de Epiſc: & Cler: C. de Epiſc: aud.* (b) *text: in c. Nimis de Jurejur: c. quanquam de cenſ: in 6. Trid: ſeſſ: 25. de reform: c. 20.* (c) *arg: cùm tantò de conſvet: c. Cum haberet, De eo qui duxit.* (d) *c. de conſvet:* (e) *c. decernimus de Judic: c. 3. de J. R. in 6.* (f) *c. de Jure 16. de Jur: patr:* (g) *Gl: in d. c. Decernimus.* (h) *cap: non minùs. c. adverſus 7. de Immun: Eccl:* (i) *c. tributum & ſeq: 23. q. 8.* (k) *c. ex transmiſſa de for: compet:* (l) *Trid: ſeſſ: 22. c. 11. & ſeſſ: 25. de ref: c. 9.* (m) *c. præterea 23. de Jur: Patron:* (n) *Panorm: & DD: comm: in d. c. Præterea n. 4. & 5.* (o) *Tex: Pan: & Barboſ: in c. Nobis 25. de Jur: Patr: Barb: Jur: Eccl: Univerſ: lib: 3. n. 216. & ſeq:* (p) *c. Filij 31. 16. q. 7.* (q) *in c. Cum autem de Jur: patr:* (r) *Trid: ſeſſ: 24. dc ref: c. 3.* (s) *c. quanquã de cenſ: in 6.* (t) *c. adverſus 7. de Immun: Eccl:* (u) *arg: c. fin: cum Gl: de vit: & honeſt: Cler: c. Si quis de foro: compet: & d. c. quanquam, ibi: Perſonas Eccleſiaſticas, & res eorum.* (x) *L. de prætio ff. de pub-*

public: (y) *c. 3. de conſec: Eccl:* (z) *L. qua Religioſis ff. de rei vindic:*

3. *Immunitas perſonalis*: Sciendum quod ratione perſonalis exemptionis Parochus & Clerici cum ipſo viventes, & alij coram nullo alio Judice, quàm Eccleſiaſtico regulariter conveniri poſſint, cui privilegio, cum non ſit perſonale, ſed pro honore totius Ordinis Clericalis conceſſum, Clerici etiam cum juramento renunciare non poſſunt(*a*). Neq; etiam ſtatutis & oneribus Laicorum ſubjacent(*b*). Nec obſtat, quod dicitur(*c*) neminem per Eccleſiæ nomen à murorum vigilijs excuſari &c. quia intelligitur de magna & communi neceſſitate ex hoſtili incurſu & obſidione, ut tunc etiam Clerici (ſaltem ex authoritate Magiſtratûs Eccleſiaſtici) ſi periculum moram patiatur, interveniente, per ſumptus vel ſervos aut famulos ſuos, vigilias murorum procurare debeant. Imò in maxima neceſſitate, & Laicis non ſufficientibus, etiam ipſos Clericos ad vigilias & defenſionem Civitatis (utpotè per quam juvantur Eccleſiæ, & proteguntur perſonæ miſerabiles, adjuvatur proximus, defenditur Patria &c.) teneri (*d*) neq; ex tali defenſione fieri irregulares niſi proprijs manibus, & mortem aliter vitare valentes aliquem occiderint (*e*). Interim ad hanc perſonalem pugnam Clerici absq; maxima neceſſitate non facilè, quin potiùs tanquam Chriſti milites ad ſpiritualem, Orationes .ſ. &

pre-

Digitized by Google

preces, aliáq; pia opera adigendi ſunt(*f*). Inſuper ſciendum, quód Parochus vel Clericus neceſſarius pro teſte in judicio ſeculari non poſſit à JudiceLaico vocari ad teſtimonium dicendum, ſed Ordinarius ejus Eccleſiaſticus requirendus ſit, ut vel jubeat eum in foro ſeculari teſtimonium dicere, vel ipſemet Judex Eccleſiaſticus, depoſitiones Parochi ſuſcipiat, & clauſas Judici Laico transmittat (*g*). In cauſa autem criminali ſanguinis non erit Clericus in teſtem adhibendus, niſi pro demonſtranda rei innocentia(*h*). Nec videtur hic prodeſſe, vel ab irregularitate excuſare proteſtatio quòd non feratur teſtimonium in ordine ad pœnam ſangvinis, quia hæc proteſtatio eſt facto contraria, & excuſat eo tantùm caſu,quo aliquis agit ob proprium intereſſe civiliter contra malefactorem, nè detur occaſio deprædandi Clericos, ſi ſuos malefactores metu irregularitatis accuſare non poſſent(*i*). Notat quoq; Martha(*k*) quod Clericus teſtis falſum deponens coram Judice ſeculari, ab eodem puniri non poſſit, ſed à proprio ſuo Judice Eccleſiaſtico, ſicut generaliter nomine delicti ſortiuntur etiam forum in loco ubi deliquerunt (*l*) non tamen coram Judice ſeculari illius loci ſed Eccleſiaſtico(*m*) in cauſis levioribus, ubi juramentum non exigitur, tolerari poteſt conſvetudo, ſi Parochus vel Clericus non vocatus ſed rogatus teſtimonium in foro ſeculari abſq; Judicis Eccleſiaſtici authoritate depo-

deponat (*n*). Juri etiam admodum conforme eſt, ut familiares quoq; & domeſtici Parochorum gaudeant immunitate Eccleſiaſticâ & fori privilegio (*o*) argumento à Scholaribus ducto (tanquam à minori ad majus, cùm Clerici ordinariè ſoleant eſſe magis privilegiati) quorum nuncij & famuli gaudent eodem fori privilegio (*p*). Idem dicit Baldus (*q*) de ſervis neceſſarijs & ſcutiferis militum; ſolet enim aliàs tolerari argumentum à militia armata ad ſpiritualem. Attamen hanc ſententiam Judices ſeculares non ſemper obſervant, qui concubinas & famulos delinquentes Clericorum, ad ſuum forum trahunt. Verùm circa hanc praxim rectè monet Laym (*r*) non poſſe aliquâ conſvetudine rationabiliter introduci, ut Judices vel lictores per vim ſinè licentia Parochi vel Judicis Eccleſiaſtici domum Parochialem ingrediantur, & inde fœminam aut famulam extrahant, injurioſum eſt enim per vim ingredi domum alienam, in quam non eſt Jurisdictio (*s*). Deinde & illam conſvetudinē reprobat Laym; c. L. ex qua petuntur per Judices ſeculares à Clericis expenſæ factæ in captura mulierum ſuſpectarum, tanquam qui hujusmodi expenſis cauſam dederint: quia expenſas nemo ſolvere tenetur, niſi priùs à legitimo Judice citatus, auditus, & condemnatus, & Clerici dant quidem cauſam capturæ remotam, non autem proximam; proximam enim dicitur dare, qui

Digitized by Google

inſtat, & petit capturam. Demùm Parochus vel Clericus correus in cauſa civili, vel ſocius criminis cum laico nihilominùs coram proprio ſuo Judice Eccleſiaſtico conveniendus eſt(*t*).

* (a) *c. ſi diligenti de for: compet:* (b) *c. Eccleſia de conſtit: c. Non minùs de Immun: Eccl:* (c) *c. 2. de Immud: Eccl:* (d) *Panorm: eod: c. 2. n. 5.* (e) *c. petitio de homicid: Clem: ſi furioſus eod: tit:* (f) *c. reprehenſibile c. non pila 23. q. 8.* (g) *Gail: pp: obſer: lib: 1. O. 100. n. 16.* (h) *Farinc: de teſt. q. 61. n. 57.* (i) *c. 2. de homicid: in 7.* (k) *Martha de Juriſdict: p. 4. caſ: 128.* (l) *c. Poſtulaſti & c. fin: de for: compet:* (m) *Covar: pp: qq: c. 11. n. 5. Laym: lib: 4. tr: 9. c. 4. n. 9.* (n) *Martha de Juriſd: p. 4. caſ: 111* (o) *auth: hab. ta C. nè filius pro patre.* (p) *Bald: in l. 1. C. nè uxor pro marito.* (q) *Laym: lib: 4. tr: 9. c. 4. n. 10.* (r) *§. ſed & lex 8: inſtit: de Injurijs.* (s) *Martha d. p. 4. c. 118. Menoch: de arbitr: caſ. 371. n. 12. Cov: pp: qq. c. 34.*

INDULGENTIA.

HOc vocabulum Indulgentia importat Remiſſionem Satisfactionis ſive pœnæ temporalis DEO pro peccatis debitæ; enimverò quod Eccleſia ex poteſtate clavium ſibi à Chriſto *Matth: 16.* traditarum ſolvit ſeu remittit in terris, ſolutum etiam eſt in cœlis. Hanc porrò remiſſionem facit Eccleſia per ſingularem applicationem meritorum Chriſti & Sanctorũ ejus;

Digitized by Google

ejus; Nam licet Chriſtus infinitè DEO Patri ſuo ſatisfecerit pro peccatis noſtris, nihilominùs hæc ſatisfactio non prodeſt indiſtinctè omnibus, niſi quatenus alicui applicatur, vel immediatè per ipſum Chriſtum, ut Mariæ Magdalenæ & Latroni in Cruce, vel per ſuſceptionem Sacramentorum, vel per Vicarium ejus Rom: Pontificem. Aliàs enim, ſi Chriſtus per ſolam ſuam ſatisfactionem voluiſſet omnibus indiſtinctè omnia peccata remittere, & ſecuram ſalutem conferre, fruſtrà inſtituiſſet Sacramenta, fruſtrà peccatores non agentes dignos fructus pœnitentiæ à regno cœlorum in multis Evangelij locis excluſiſſet, fruſtrà Paſtori Eccleſiæ claves ad ligandum & ſolvendum conceſſiſſet. Neque propterea per ſatisfactionem noſtram aliquid derogatur meritis Chriſti, ut cavillantur hæretici, qui licentia & libertate peccandi ſeducti, horrent pœnitentiam & ſatisfactionem (*a*), quia hæc ipſa ſatisfactio, non aliter vim & effectum habet, quàm ex ſatisfactione Chriſti, à quo offertur Patri & per quem acceptatur à Patre, ſicut declaravit Trid: (*b*) *Decet*, inquit, *Divinam Clementiam, nè ità nobis abſq; ulla ſatisfactione peccata dimittantur, ut occaſione accepta peccata leviora putantes, veluti Injurij & contumelioſi Spiritui ſancto in graviora labamur*. Quod experiuntur hæretici, & obdurati peccatores, qui in profundum peccatorum deſcendentes, tandem contemnunt, & in Atheiſmum labuntur.

Dividuntur Indulgentiæ, quod aliæ ſint *Totales*, ſeu *Plenariæ*, aliæ *Partiales*; per illas remittitur tota pœnitentia & ſatisfactio, ſive in hoc ſive in altero ſeculo ſuſtinenda, per has autem tantùm pars aliqua pœnitentiæ, ut ſi Indulgentia unius anni, ſeptennij, vel 40. dierum concedatur, ſenſus eſt remitti pœnitentiam, quæ aliàs secū-dum rigorem Eccleſiæ tot annis, vel 40. diebus (quæ pœnitentia 40. dierum in Canonibus dicitur Carena) (*c*) peragenda fuiſſet; Unde ulterius notandum eſt, valde utile eſſe pœnitentibus, ut ſtudeant indulgentias ab Eccleſia conceſſas lucrari, & Divinæ Juſtitiæ potiùs per Indulgentiam, quàm per modicas pœnitentias à Confeſſarijs injungi ſolitas ſatisfacere; pœnitentiæ tamen, quæ potiùs medicinales & præſervativæ ſunt, quàm vindicativæ, etiam ſtante Indulgentiâ, peragendæ ſunt (*d*). Porrò Indulgentiarum conceſſio primò & principaliter ad S. Pontificem ſpectat, cujus eſt diſpenſare Theſaurum Eccleſiæ ex meritis Chriſti & Sanctorum collectum (*e*). Deinde verò per ſpeciale privilegium etiam à S. Pontifice Inferioribus Prælatis concedi poteſt Jus dandi Indulgentias, ſicut conceſſum eſt Epiſcopis in Dedicatione dare Indulgentias unius anni, & in Anniverſario 40. dierum, & non ampliùs, ſivè ab uno, ſivè à pluribus Epiſcopis conſecrata ſit (*f*). Et hic actus non habet neceſſariam connexionem cum ordine Epiſcopali, quia eſt condonatio pœnæ extra

tra Sacramentum, & extra forum internum pœnitentiale, ideóq; Epiſcopus tantùm confirmatus, quamvis non conſecratus, Indulgentias rectè concedit, cùm per ſolam confirmationem tanquam Paſtor accipiat claves Eccleſiæ, quarum authoritate aliquem extra Sacramentum ſolvere & ligare poteſt (*g*). Demùm Remiſſio ampliſſima eſt *Jubileum*, ſicut enim in lege veteri quinquageſimus annus Jubileus & remiſſionis dicebatur, quo Judæi debita & hypothecas, aliásq; poſſeſſiones, prioribus Dominis remittebant, ſervos libertate donabant (*h*) quæ remiſſio præfiguratio erat remiſſionis peccatorum adventu Chriſti faciendæ, ità Eccleſia in lege nova pro ſolatio fidelium introduxit annū Jubilei, in quo præter plenam remiſſionem peccatorum & pœnitentiarum, alias inſuper gratias addere ſolet, ut liberam electionem confeſſarij cujuscunque, abſolutionem à reſervatis quibuslibet, commutationem votorum in aliud opus pium, non verò diſpenſationem &c. de quo in hoc opuſculo inferiùs ſub titulo: *Additamentum*, pro Confeſſarijs multæ utiles & practicæ quæſtiones tempore Jubilei occurrentes reſolvuntur.

*(a) *Manual: Paroch: Lud: Engel: p. 3. c. 2. §. 3. 1. & 2.* (b) *Trid: ſeſſ: 14. de Sacr: pœnit: c. 8.* (c) *p: 8. de accuſationibus.* (d) *Idem Man: Par: 161. 6. in fin:* (e) *Extravag. 2. de pœnit: inter commun.* (f) *c. cum ex eo 14. de pœnit: remiſſ:* (g) *Panorm:*

norm: in c. accidentibus, de exceſſ: Prælat: (h) *Levit: c. 25.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: de Indulgentijs.

INdulgentiarum uſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem, & Sacrorum Conciliorum authoritate comprobatum eſſe, Catholica Eccleſia ſemper docuit, eósque anathemate damnat, qui illas, aut inutiles aſſerunt, vel in eis concedendis ejus poteſtatem negant. Ut igitur fideles ad eas, tàm plenarias, quàm in forma Jubilei, conceſſas, quàm alias cõſequendas, promptiores ſe reddant, ipſarum valorem, fructus, & utilitates Parochi, ac Concionatores ſæpè declarent. Abuſus omnes, quorum occaſione inſigne earum nomen ab hæreticis blaſphematur, tollantur, & pravi quæſtus, in ijs percipiendis aboleantur. Non publicẽtur, neque earum conceſſiones typis depromantur, niſi priùs à Nobis, noſtróve Officiali recognitæ fuerint. Quod etiam ab omnibus cujuscunque Ordinis & Inſtituti Regularibus ſervari præcipimus. Indulgentiæ etiam perpetuæ, peccatorúmve remiſſiones, quibuscunque Hoſpitalibus, Monaſterijs, Eccleſijs, Domibus, Militijs, Ordinibus etiam Mendicantium Ordinem Regularibus perſonis, tàm ſingulariter, quàm univerſaliter, per quoscunque Romanos Pontifices, quavis occaſione, vel cauſa conceſſa, pro quibus conſequendis manus ſunt porrigendæ adjutrices, & quæ facultatem quæſtuandi, colligẽdique Eleemoſynas quo-

quomodolibet continent, Pij Papæ V. Conſtitutione Anno 1566. die 3. Febr: *revocatæ, caſſatæ, & annullatæ fuerunt, ideò nullo modo publicentur. Hortandi tamen ſunt fideles, ut Indulgentiarum occaſione, Eccleſijs, pijs locis, ac pauperibus largas Eleemoſynas erogent.*

TIT: DE DOCTRINÆ CHRISTIANÆ INITIIS.

I*Ddem Pius V.* Conſtit: Ex debito die 6. Octob: 1572. *ut vehementiùs excitaret ad tradendam Doctrinam Chriſtiauam, Chriſti fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, vel firmum propoſitum habentibus confitendi temporibus à SS: Canonibus ſtatutis, qui aliquam Doctrinæ Chriſtianæ ſocietatem ingredientur, & in diſcendo vel docendo articulos fidei, & S. Matris Eccleſiæ præcepta, operam ſuam navaverint, quoties in hoc S. Exercitio ſe occupaverint, 40. dies de injunctis ſibi pœnitentijs relaxat.*

TIT: DE S. EUCHARISTIA.

U*T autem ad Solemnitatem Corporis Chriſti celebrandam, & ad Chriſtianæ pietatis Officia fideles magis inflammentur, per Parochos Indulgentiæ à Summis Pontificibus Urbano IV. Clemente . Martino item V. & Eugenio IV. unicuiq; verè pœnitenti, & confeſſo conceſſæ evulgentur: ſunt autem hæc: Jejunantibus pridiè Solemnitatis Indulgentia conceſſa annorum centum. Iis qui in pimis Veſperis, quive in ſolemnitate Miſſæ ſolemni, horis matuti-*

tutinis, ac ſecundis Veſperis intererunt, pro ſingulis hujusmodi officijs conceſſa eſt Indulgentia centum annorum. Qui Prima, Tertia, Sexta, Nona & Completorij Officijs aderunt, ijs datur 40. annorum pro ſingulis horarum Officijs. Qui intra Octavam, Veſpertino, Matutinoq; Officio, & Miſſæ ſolemnis Sacro aderunt, Indulgentia item datur centum annorum.

JNTERDICTUM.

I.

TEmpore Interdicti quotidie poſſunt Miſſæ & Divina officia celebrari ſubmiſſa voce, Januis clauſis, non pulſatis campanis, excomunicatis & interdictis excluſis(*a*). In feſtis Nativitatis Domini, Reſurrectionis, Pentecoſtes, Aſſumptionis B.V. & Corporis Chriſti cum Octava, campanæ pulſantur, & Januis apertis alta voce Divina celebrantur, interdictis admiſſis; non tamen ij, quorum causâ latum eſt interdictum, appropinquent altari (*b*). Non ait, Sacramenta miniſtrantur, quod benè nota; Nimirum à primis veſperis cujuslibet feſtorum prædictorum, uſq; ad completorium feſti (*c*). Et Sacerdos poteſt benedicere Sponſam, aquam, candelas, olivas, niſi ſit ipſe interdictus(*d*). Intellige Sponſæ benedictionē, in feſto Aſſumptionis B. V. & Corporis Chriſti, non in alijs(*e*). In alijs diebus hæc eadam poſſunt fieri, ſed commodè ratione prædicta (*f*). Extra prædictas autem

autem moderationes prohibentur exercitia deputata certo Ordini Eccleſiaſtico, celebratio Divinorum, adminiſtratio Sacramentorum, collatio Ordinum, pulſatio campanarum(*g*) adde apertionem Januarum. Oratio tamen privata in Eccleſia non prohibetur, etiamſi orantes ſint interdicti, vel interdicta Eccleſia (*h*). Prædicatio etiam fieri poteſt pulſatâ campanâ (*i*). Pulſari quoque poteſt campana pro Ave Maria & pro nota horarum diei (*k*). Baptiſmus poteſt cum Cathechiſmo miniſtrari (*l*). Item pœnitentiæ Sacramentum etiam ſanis miniſtrari poteſt (*m*). Poteſt quoq; deferri Viaticum ad infirmos cum campanula & lumine, dari damnatis ad mortem, & Clericis ſecretò inter divina, non alijs licet admiſſis ad Divina(*n*). Prægnantibus poteſt dari communio, ſi probabiliter imminet periculum mortis(*o*). Poſt partum tamen non poſſunt introduci in Eccleſiam(*p*) oppoſitum affirmatur (*q*) ſed ſine ſtola. Matrimonium quoq; conceditur ſinè benedictione nuptiali(*r*) alij negant(*s*). Extrema unctio prohibetur(*t*). Ordo tamen commendationis animæ non prohibetur (*u*). Eccleſiaſtica ſepultura negatur Laicis, etiamſi egerint pœnitentiam (*x*) & debent ſepeliri in loco non ſacro, ſinè officio divino(*y*); ſed ſoluto interdicto transferri poterunt in Eccleſiam vel Cœmeterium (*z*). Et debent ſolemniter(*aa*). Clericis non interdictis, & interdictum ſervantibus, conceditur ſepul-

pultura cum ſilentio, cum officio ſinè nota, cum moderatione ſupradicta(*bb*)vel inEccleſia propria, vel in alia (*cc*). Demùm violantes interdictum, nempè contra modificationes prædictas aliquid facientes, fiunt irregulares (*dd*) ſi compleatur actus celebrandi divina.

*(a)*Sylv: v. Interdictum 5. q. 1.* (b) *Idem ibid: q. 2. Primum.* (c)*Idem ibid: Secundum.* (d) *Ibid: Tertium.* (e)*Ibid:* (f)*Ibid:* (g) *Idem q. 3.* (h)*Ibid: q. 5. Tertium.* (i)*Ibid: Sextum.* (k)*Ibid:* (l)*Ibid: q. Septim:* (m)*Ibid:* (n)*Ibid.* (o)*Ibid.* (p)*Vgolin: de Interdicto.* (q) *Navarr: in man: c. 27. n. 176.* (r) *Sylv: q. 7.* (s)*Vgolin: tab: 3. cap. 7. §. n. 1.* (t)*Sylv: initio. q. 2.* (u) *Ibid: q. 4. Sextum.* (x) *Ibid: q. 8. Primum.* (y)*Ibid: Tertium.* (z) *Ibid: Primum.* (aa) *Sà v. Interdictio n. 22.* (bb)*Idem n. 10.* (cc)*Sylv: q. 8. Quartum.*(dd)*Idem q. 5. Primum.*

LICENTIA.

I.

PArochus poteſt in materia dandi licentias circa quædam, cùm causa eſt evidens, declarare & interpretari, legem non obligare (*a*). Authoritativè poteſt declarare diſpenſando in dubio ſuper ſolutione jejunij(*b*) maximè ſi res urgeat, & Epiſcopus vel ejus Vicarius adiri & conſuli non poteſt. In abſentia Ordinarij, niſi aliud conſvetudine habeatur, poteſt diſpenſare cum ſuis ſubditis Parochianis ex juſta causa,

tâm

tàm circa unicam comeſtionem, quàm circa carnes (*c*). Imò etiam præſente Epiſcopo, ad quem ſit facilis recurſus (*d*). Et hoc habet ex conſvetudine univerſali. Quoad ſolutionem jejunij, & quoad diſpenſationem eſum carnium in Quadrageſima per totam Quadrageſimam, vel notabilem partem ejus in aliquibus Civitatibus, ſolet recurri ad Epiſcopum; In locis verò extra Civitatem, etiam talis diſpenſatio petitur à Parochis. Et gerentibus vicem Parochorum in illorum abſentia competit ex conſvetudine eadem poteſtas quam habent ipſi Parochi (*e*). Occurrente magna neceſſitate publica poteſt Parochus in tota Parochia, ſi non eſſet acilis aditus ad Epiſcopum & periculum commune ſalutis ſpiritualis vel corporalis eſſet in nora quoad translationem jejunij in alium dim, & quoad diſpenſationem generalem tempore peſtis, vel exiſtente aliâ causâ generali, lem quod Epiſcopus, id eſt, juſta de cauſa ansferre jejunium vigiliæ in alium diem, pu ſi contingat in ſolemni feſto *v.g.* Jejunium igiliæ S. Ioannis Baptiſtæ, in feſto Corporis hriſti, & jejunium vigiliæ S. Matthiæ in ferin ſecundam aut tertiam Quinquageſimæ. m etiam diſpenſare univerſaliter cum toto quo populo in lege jejunij, vel in cibis proitis etiam extra tempus peſtis, quoties erit qua causa juſta, ut contingit tempore mae famis, vel quando aliqua Civitas ſuſtinet lon-

longam obſidionem, & tempore Quadrageſimæ, aut aliorum jejuniorum Civitas obſeſſa laborat penuria piſcium, aut aliorum ciborum in jejunijs adhiberi ſolitorum(*f*). Et ſtante juſtâ causâ Parochus tenetur diſpenſare in lege jejunij, & in eſu carnium & lacticiniorum, quoties id expedit notabiliter communi bono, vel privato ſpirituali, aut corporali petentis; Conſultiùs quoq; erit, ut ſemper diſpenſet, quoties adeſt cauſa diſpenſandi, juſta ſcilicet, quia eſt dubium rationabile, an ſit ſufficiens, vel probabiliter judicetur ſufficiens: vel ſi judicetur non plenè ſufficiens cum diſpenſatione admiſceatur commutatio in aliquod opus pium; Expedit enim in hujusmodi diſpenſatione circa legem jejunij Epiſcopum ſeu Parochum eſſe facilem & benignum erga ſubditos, quoties agnoſcit cauſam juſtam diſpenſandi (*g*). Poteſt autem & debet Parochus diſpenſando in lege jejunij, vel eſu carnium, miſcere, ut dictum eſt, aliquam commutationem in aliud opus pium, quando agnoſcit cauſam diſpenſandi non eſſe plenè ſufficientem ad diſpenſandum, ut per eam commutationem ſuppleatur, ſeu compleatur cauſa, & diſpenſatio reddatur juſta(*h*). Si dubitat de ſufficientia cauſæ, etiam in hoc caſu poteſt partim diſpenſare, partim comutare jejunium in aliud opus pium(*i*); quia cûm cauſa ſit dubia, rectè poteſt Parochus reddere illam cauſam, ſeu certò juſtam, miſcendo commutatio-

tio-

tionem aliquam in aliud opus pium juxta quãtitatem dubij. Quando autem probabili judicio putat cauſam diſpenſandi in lege jejunij eſſe ſufficientem & juſtam, poteſt diſpenſare abſolutè nullam admiſcendo cõmutationem(*k*). Et ità ſentiunt omnes, & ſervatur in praxi à di-diſpenſantibus, qui ut plurimùm in jejunij & in eſu ciborum prohibitorum Judicantes eſſe cauſam ſufficientem, diſpenſant ſinè ulla commutatione. Etiam quando dubium eſt, an cauſa ſit ſufficiens, licet Parocho in lege jejunij diſpenſare ſinè ulla cõmutatione, nam in tali dubio rectè poteſt in favorem diſpenſati, benigniori parti ſe conformare in diſpenſatione, omnes enim, præter ſolum Cajetanum, dicunt dubium de ſufficientia cauſæ eſſe legitimam cauſam diſpenſandi(*l*). Poteſt quoq; Parochus pro caſibus repentinis, modò adſit cauſa rationabilis, dare licentiam laborandi die feſto (*m*). Item dare licentiam alteri Sacerdoti aſſiſtendi matrimonio ſuorum Parochianorum(*n*). Et Sponſos benedicendi (*o*). Licentia transferendi oſſa filiorum & Nepotis ex Eccleſia in qua erant ſepulta ad aliam Eccleſiam conceditur de licentia Rectoris Eccleſiæ, ubi erant ſepulta(*p*). Denùm ſine licentia Parochi poſſunt mortui ſepeliri in Eccleſia non Parochiali, in qua ſepulturam elegerunt, ſi requiſitus intereſſe recuſet, vel petitam Licentiam deneget.

*(a)*Comm: DD:* (b)*Sylv: v. Jejunium. Tertiũ.*

(c)

(c) *Azor: c. 29. q. 3.* (d) *Idem 1. p. lib: 7. cap: 18. q. 3. verſ: Sed dubiè.* (e) *Jo: Sancius in terminis in ſelect: diſp: 54. n. 36.* (f) *N. Boſſius ver: moral. tom. 3. tit: 21. n. 163. uſq; 167.* (g) *Idem ibid: n. 168.* (h) *Cajetan: in ſum̃: v. Jejunium cap: 3.* (i) *Filliuc: tom: 2. tract: 27. cap. 6. n. 129.* (k) *N. Boſſ: d. tit. 21. n. 174.* (l) *Filliuc. tr: 27. n. 224. & 225.* (m) *Trid: ſeſſ: 24. de ref: c. 1. de ref: matr:* (n) *Ibidem.* (o) *S. Congr: Rit: in Barchinon: 23. Junij 1607.* (p) *Ead: in Capuana 22. Decemb: 1629.*

LICENTIA ASSISTENDI MATRIMONIO.

I.

PArochus proprius poteſt deputare Sacerdotem ſui loco, & illi Licentiam concedere ad aſſiſtendum matrimonio (*a*). Quamvis fictè concederet, valeret utique Matrimonium coram eo celebratum (*b*) quia adeſt Licentia collata à legitimo Superiore, & ejus nullitas eſt occulta, atq; ità adeſt etiam communis error cum titulo præſumpto. Valet adhuc, etiamſi qui deputatur Regularis eſſet, quia hoc ſupponi videtur *in Clem:* (*c*) dummodò omni caſu deputandus ſit Sacerdos, quia alteri quàm Sacerdoti, Parochus aſſiſtendi Licentiam concedere nequit (*d*) & tale matrimonium coram tali delegato eſſet nullum (*e*) & ità ſemper fuit intellectum uſúq; receptũ Conc: Trid: in illis verbis:

Vel

Vel alio Sacerdote de ipſius Parochi, vel Ordinarij Licentia, quæ inducunt formam, ſicut inducunt formam præcedentia: *Qui aliter quàm præſente Parocho &c.* quare quamvis ille actus aſſiſtendi contrahentibus, illósq; conjungendi, ſit functio requirens Ordinem Sacerdotalem, & etiam Parochus non Sacerdos validè aſſiſtere poſſit, nihilominùs cum dictum Trid: Decretum per illa verba: *Vel alio Sacerdote*, requirat qualitatem Sacerdotij in eo, cui Licentia eſt delegan- da, & contineat formam, ſtandum eſt ejus diſpoſitioni, Secùs aliter contractum erit nullum (*f*). Non requiritur tamen in Sacerdote ſubrogando Ordinarij approbatio, cum id Concilium non dicat. Si Parochus dedit Licentiam aſſiſtendi mero Laico, qui habeatur communiter pro Sacerdote, valet matrimonium coram eo contractum(*g*) quia quamvis Parochus non poſſit dare licentiam non Sacerdoti, tamen concurrit titulus præſumptus, licentia ſcilicet à Superiore potenre concedere, & adeſt comunis error; impedimentum autem ob quod invalida eſt licentia, eſt ſolius Juris humani, in quo caſu Jus ſupplet defectum, & geſta per eum valida ſunt(*h*). Parochus quoq;, quamvis eſſet irregularis, ſuſpenſus, excommunicatus non toleratus, poteſt concedere licentiam alteri Sacerdoti aſſiſtendi matrimonio ſuorum Parochianorum, quia hæc conceſſio non eſt actus Jurisdictionis (*i*). Contra exiſtimantes Parochum excom-

communicatum, aut ſuſpenſum, ſi toleratus non eſt, alteri Sacerdoti aſſiſtendi, nec licitè nec validè committere. Eandem facultatem habet Parochus, quamvis degradatus, qui alteri Sacerdoti licitè aſſiſtendi committere poteſt (*k*). Poteſt etiam quilibet Parochus facultatem concedere alteri Sacerdoti conjungendi Sponſos in matrimonium, non ſolùm in propria Parochia, ſed etiam extra illam(*l*); quia Juriſdictio voluntaria, qualis eſt actus aſſiſtendi matrimonio, non ſolùm ab Ordinario, ſed etiam à delegato validè exerceri poteſt in ſubditos extra territorium(*m*). Parochus proprius nolens matrimonio alioquin licito intervenire, vel Licentiam interveniendi concedere, poteſt ad id cogi per Superiorem (*n*) quia ex debito ſui officij Parochus Sacramenta Parochianis invitus miniſtrare cogitur. Ut alius Sacerdos à Parocho, vel Ordinario validè matrimonio aſſiſtat, non ſufficit tacita vel præſumpta licentia, quamquis vellet inferre ex expreſſa licentia ad aliquos actus Parochiales digniores, ut ad adminiſtranda Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ (*o*) poteſtas enim delegata non eſt extendenda de caſu expreſſo ad caſum non expreſſum, quæ cùm ſit delegata derogans Ordinariæ, odioſa eſt. Ad valorem tamen Matrimonij ſufficit licentia tacita, ex ratihabitione de præſenti, ut quando vidente & ſciente Parocho vel Ordinario, & tacente & non contradicente & impediente, cum poſ-

poſſit contradicere(*p*), quia cum adeſt ratihabitio de præſenti, ſemper verificatur præcedere licentiam legitimam ad valorem matrimonij neceſſariam. Intellige ſufficere pro eo tempore tantùm, & reſpectu illius actûs ſolius, non reſpectu aliorum actuum. Etiam licentia metu vel dolo obtenta ſufficit, niſi per dolum & mendacia verſantia circa ſubſtantiam, vel cauſam finalem extorqueatur (*q*) quia mendacium & falſitas circa propriam & veram cauſam finalem, ipſam vitiat, nullámq; reddit(*r*). Validè quoq; datur licentia contra prohibitionem Epiſcopi ad effectum ut matrimonium contractum coram Sacerdote, cui conceſſa fuit, validum ſit (*s*). Quia ſpeciale eſt favore matrimonij, ut non reddatur nullum ſimplici prohibitione legis(*t*). Secùs ſi Epiſcopi Decretum, vel Conſtitutio Synodalis expreſsè adderet prohibitioni clauſulam irritantem, & annullantem licentiam aliter conceſſam(*u*). Licentia in ſcriptis non requiritur, ſed ſufficit verbalis(*x*) quia omnis actus verbo confici poteſt, niſi Lex expreſsè ſcripturam requirat, quam non expreſſit Concilium.

*(a)*Conc: Trid: cap: 1. verſ: Vel alio Sacerdote.* (b)*Sanchez de Matr: lib: 3. diſp: 21. n. 64.* (c)*Clement: Religioſi de privil:* (d) *Barb: de pot: Ep: alleg: 32. n. 112.* (e) *Navar: conſ: 6. n. 2. de clandeſt: deſponſ: in 2. edit.* (f) *N. Boſſ: de Matrim: contr: c. 4. §. 37. n. 106.* (g) *Idem d. c. 4. §. 38. n. 108.*

(h) *Idem tr: de trip: Jub: privil: ſect: 3. caſ: 2. §. 2. n. 144. & ſeqq:* (i) *Henriq: lib: 11. cap: 3. §. 5. & lib: 13. c. 7.* (k) *Bonac: q. 2. punc: 8. n. 23.* (l) *N. Homobon: de Bonis de Exam. Eccl: tr: 11. cap: 10. q. 23. reſol: 3.* (m) *N. Boſſ: de tripl: Jubil: privil: ſect: 3. caſ: 2. §. 6. n. 202.* (n) *Fr: Molin. diſſ: 11. n. 95. cum ſeq:* (o) *N. Boſſ: ubi ſupra. §. 42. n. 117.* (p) *Sanch: diſp: 15. n. 20.* (q) *Idem lib: 3. diſp: 39. à n. 13. & diſp: 21. n. 7.* (r) *Idem n. 14.* (s) *Baſil: Pont: de Imp: Matrim: c. 26. §. 6. verſ: valet.* (t) *Text: in c. 2. de Matr: contra Interdict: Eccleſ:* (u) *Ugolin: de Irregul: cap: 6. §. 7. n. 3.*

2. Licentia generalis adminiſtrandi omnia Sacramenta ſufficit, ut illius vigore poſſit Sacerdos, cui data fuit à Parocho abſentiam facere volente, vel infirmo, matrimonio contrahendo intereſſe (*a*) quia hæc æquivalet ſpeciali, & continet adminiſtrationem omnium Sacramentorum, & exercitium omnium functionum Parochialium, & in praxi eſt receptum. Licentia etiam conceſſa à Parocho, ut poſſit quis intra ſuam Parochiam omnia ad curam animarum ſpectantia exercere, ſufficit, ut poſſit quis validè matrimonio aſſiſtere (*b*). Non ſufficit tamen, ſi Parochus, quando eſt præſens, concedat alicui licentiam adminiſtrandi omnia Sacramenta, Secùs ſi abſens relinquat ſubſtitutum (*c*). Licentia data adminiſtrandi Sacramenta, magis neceſſaria, non poteſt extendi ad celebrationem matrimonij (*d*). Sacerdos delegatus per Li-

Licentiam generalem, validè aſſiſtit matrimonio, dum à Parocho concedente non revocatur, quæ tunc revocata cenſebitur, quando ijs, quibus conceſſa fuit, per certum nuncium, aut per literas notificata ſit revocatio(*e*). Ante hujusmodi autem intimationem acta tenent, etiamſi Sacerdos ille aliundè ſciret ſuæ facultatis revocationem(*f*); Expiratquoq; prædicta licentia, ſi interim Parochus moriatur (*g*) quidquid alij teneant. Si Parochus conceſſiſſet licentiam Sacerdoti aſſiſtendi, ſed hic nondum certificatus de ea notitia aſſiſtat (ut ſi licentia conceſſa fuiſſet nuntio miſſo à Parocho) valebit matrimonium; quia ſatis eſt eſſe cognitam & acceptatam à nuncio; Si veró Parochus motu proprio concedat, vel ad inſtantiam alterius non miſſi à Sacerdote, non valebit; quia talis licentia eſt quoddam privilegium, hoc autem effectum ſortitur à tempore notitiæ(*h*). Et matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo, qui habet licentiam à Proprio Parocho unius ex contrahentibus, & ignorat ſe illam habere, prout ignorat unus ex contrahentibus, eſt invalidum(*i*). Et Sacerdos credere non debet dicenti ſe licentiam habere à Parocho, ut poſſit coram ipſo contrahere, niſi certa ſigna afferat vel ſit perſona ſpectatæ fidei, de cujus veritate nullo modo dubitari poſſet (*k*). Quod ſi reverà non eſſet vera hujusmodi licentia, matrimonium cum illa contractum eſſet nullum (*l*). Et

aſſerenti licentiam proprij Parochi in contrahendo matrimonio requiſitam non interveniſſe, incumbit onus probandi, quando contra eam opponitur à tertio, quia hæc negativa eſt fundamentum ſuæ intentionis(*m*); Non tamen proprio contrahentium Parocho, qui habet intentionem fundatam (*n*) prohibetur enim celebrari matrimonium absq; licentia proprij Parochi, & ſic parti(*o*) Presbytero autem alieno dicenti ſe habere Licentiam ab Epiſcopo vel Parocho creditur(*p*) ſola enim aſſertio Præsbyteri, quod intervenerit matrimonio de licentia Ordinarij præſtat bonam fidem ad effectum legitimationis filiorum. Et notandum quòd proprij Parochi, vel alterius Sacerdotis de ejus Licentia, præſentia ſimultanea eſſe debet, & non ſufficit ſucceſſiva(*q*).

*(a) *Deciſ: à S. Congr: Rebell: de oblig: Juſt: poſt lib: 4. in declar: ſect: 4.* (b) *Sanchez lib: 3. diſp: 35 n. 7.* (c) *Idem ibid: n. 8.* (d) *Rot: deciſ: 643. mult: p. 1. diverſ:* (e) *Idem d. loc: diſp: 36. n. 9.* (f) *Idem ibid.* (g) *Rot: in Vicentin: Matr: arg: l. Mandatum C. Mandati cap. gratam, cap: Relatum de off: deleg:* (h) *Sanchez: d. diſp:* (i) *S. Congr: Conc: die 5. Decemb: 1626. & 15. Apr: 1623.* (k) *Sanchez d. diſp: 37. n. 2. lib:* (l) *S. Congr: Conc: 7. Septembr: 1520.* (m) *Maſcard: de probat: concl: 982.* (n) *Clemen: de privil: & Trid: cap: 1. ſeſſ: 24.* (o) *Idem Maſcard: conſ: 985. n. 3. & 4.* (p) *Seraphin. deciſ: 1099. n. 3. & 6. ex lep. alleg. 126.* (q) *Bonac: punc: n. 41.*

3. Vi-

3. Vicarius Foraneus cùm non comprehendatur in Decreto Concilij Tridentini ſub nomine ordinarij, cùm non habeat poteſtatem Ordinariam ſed delegatam, & ab eo ad Epiſcopum poſſit appellari; neq; matrimonijs aſſiſtere, neq; alijs aſſiſtendi licentiam dare ex vi ſui officij, ſeu delegationis in Vicarium Foraneum poteſt, ſed ad hoc ei ſpecialis commiſſio Epiſcopi neceſſaria eſt aſſiſtendi, vel concedendi alijs licentiam aſſiſtendi (*a*). Si Vicario Foraneo ab Epiſcopo cauſarum matrimonialium cognitio in genere concederetur, tunc ex vi hujusmodi delegationis, & validè aſſiſtere, & alijs aſſiſtendi licentiam dare poſſet (*b*); quia ſi poteſt de cauſa principali cognoſcere, multò magis de cauſa minùs principali & acceſſoria, ac de præambulis: Regula cui licet quod plus eſt (*c*). Si Parochus Diaconum, qui publicè exiſtimatur Sacerdos, mittat ad aſſiſtendum matrimonio, benedicendum aquam, vel nuptias, valida erunt acta ejus; Non item, ſi eundem audiendis confeſsionibus exponat (*d*) peccat tamen Parochus.

*(a) *N. Boſſ: c.4. §.14. n.26. & n. 68. de Matr. contr:* (b) *Segura in direct: 2. p. c.15. n.6. & c.16 n.1.* (c) *de reg: Jur. in 6.* (d) *Vgolin: tab: 2. c. 13. §. 4.*

MATRIMONIUM.

1.

PArochus antequam ad primam denuncia-

tionem Matrimonij veniat, diligenter inquirere debet de conſenſu tàm inter Sponſum & ſponſam, quàm inter propinquiores Conſanguineos, & præſertim ipſorum parentes, ſi ſint filij familias (*honeſtiſſimum enim videtur, & rationi ſummoperè conſentaneum, ut filiusfamilias in re tàm gravi conſilijs & voluntati Parentũ ſubjaceat*). Quod ſi quid difficultatis comperiat, admonito priùs Epiſcopo, ſeu Vicario, ejúsq; reſponſo accepto, ad denunciationem progredietur(*a*). Matrimonia tamen à filijsfamilias ſinè conſenſu Parentum contracta, irrita minimè ſunt, & Parentum conſenſus ea rata, vel irrita facere nõ poteſt, dummodò libero ipſorum contrahentium conſenſu facta ſint(*b*). Quærat, An matrimonium contracturi ſciant doctrinam Chriſtianam, aut ſaltem *Pater noſter*, *Ave Maria*, *Credo*, *& Decalogum*, quod ſi uterq; ea neſciat, aut eorum alter, moneat illos, ſe non antè ad tertiam denunciationem venturum, quàm illa ab ipſis rectè memoria teneri, & intelligi perſpexerit (*c*); Abſolutè tamen, & per longum tempus, aut ubi Sponſi inſtarent, non licet matrimonium detinere, donec dictam Chriſtianam doctrinam contrahentes didicerint; ſed expedit ſvaviter, & absq; violentia ad breve tempus impedire, ut ſic doctrinæ addiſcendæ curam habeant (*d*). Idem cenſuit *S. Congr*: & contra non addiſcentes ſolùm eſſe admonitionibus cominatorijs procedendum(*e*). Inquirat de contrahen-

hentium ætate; nam eos tantum, qui in ætate legitima ſunt conſtituti, denunciare debebit, ità ut Sponſus 14. ſaltèm annos ſit natus (*f*) Sponſa verò duodecim (g). Cum diſpenſatione tamen Epiſcopi poſſunt minores prædictis annis contrahere, ſi habent uſum rationis, ſeu malitiam, quæ ætatem ſuppleat(*h*). Inquirat quoque de patria contrahentium; nam exteros nequaquam denunciabit, niſi eorum conditionem noverit legitimo in ſcriptis teſtimonio, quòd alium Virum vel Uxorem non habeant, & quòd omni impedimento Canonico matrimonij careant (*i*). Interrogabit inſuper, an eo anno contrahentes in Paſchate confeſſi fuerint, & S. Euchariſtiam ſumpſerint; Nam ſi id non conſtet, à denunciatione abſtinere debebit, & deinde hortabitur conjuges, ut juxta Concilij præceptum (*k*) antequam contrahant, vel ſaltem triduò ante Matrimonij conſummationem confiteantur, & S. Synaxim piè recipiant; contrahentes enim cum peccato mortali, indignè recipiunt Sacramentum, & per conſequens peccant mortaliter(*l*). Non quatenus adminiſtrant, ſed quatenus recipiunt Sacramentum (*m*) nec peccant contra Concilium, quia Decretum Conciliare, conſilium tantùm eſt, non præceptum(*n*). Cavebit quoq; Parochus à denunciando eo, qui ſe cœlibem eſſe affirmat, & de matrimonio contrahendo egit, niſi doceatur legitimo in ſcriptis teſtimonio, vel nunquam alibi

ab

ab eo matrimoniũ contractum fuiſſe, vel priorem virum vel uxorem ipſius obijſſe; Matrimonium enim ſecundum contrahere non poteſt mulier, niſi per certum nuncium certificata fuerit de morte primi viri (*o*). Et certitudo mortis prioris viri, cum omninò qualis eſſe debeat, præſcribi non poſſit, hoc Judicis prudentis arbitrio attentis circumſtantijs concurrentibus relinquitur(*p*). Et abſentia viri, qui diſceſſit de anno 1602. & emanſit uſq; ad 18. Septembris 1627. absq; aliqua notitia quod ſupervivat, non eſt ſufficiens, ut ejus uxor poſſit tranſire ad ſecundas nuptias (*q*). Caveat item Parochus, nè vagantium & incertas ſedes habentium matrimonijs interſit, niſi priùs diligentem inquiſitionem fecerit, & re ad Epiſcopum delata, ab eo licentiam matrimonia hujusmodi celebrandi obtinuerit(*r*) nè fortè ſint alibi conjugati, & habeant occultum impedimentum contrahendi(*s*). Et Parochus in hoc negligens peccat mortaliter, ſed matrimonium valet(*t*). Vagus autem, ſeu vagabundus quo ad hoc propoſitum is dicitur, qui nullum certum domicilium habet, vel qui priſtinum domicilium omninò deſerens amiſit, & iter agit, aut navigat animo acquirendi novum(*u*). Banniti verò quò ad hunc effectum non dicuntur vagabundi(*x*). Et hoc jure alienigenarum gaudet etiam ij, qui nè coram proprio Parocho contrahant, aliò ſecedunt non habitaturi, nec manſuri

(*y*)

(*y*). Cavebit etiam ne tempore interdicti, aut perſonarum interdictarum matrimonijs interſit, quia tunc hoc non licet (*z*) poſſunt tamen Sponſalia licitè contrahi tēpore interdicti (*aa*); Parochus, ſi poſt ultimam denunciationem quatuor menſes elapſi ſint, ad celebrationem Matrimonij ampliùs procedere non debet, niſi novas denunciationes præmittat (*bb*). Et in hoc attendenda eſt conſvetudo cujusq; Epiſcopatûs, breviùs vel longiùs tempus deſignans.

*(a) *Barboſ: de off: & poteſt: Parochi. p. 2. c. 21. n. 1.* (b) *Conc: Trid: ſeſſ: 24. de reform: Matrim: c. 1. in princ:* (c) *Idem Barboſ: ibid: n. 2.* (d) *Sanch: de matrim: lib: 3. diſp: 15. ſub n. 19.* (e) *S. Congr: die 16. Mart: 1588.* (f) *cap: Atteſtationes. cap: ex literis de deſponſ. impub:* (g) *cap: continebatur eod: tit:* (h) *Barboſ: de off: & poteſt: Epiſc: p. 2. alleg: 32. n. 20.* (i) *Barboſ: de Parocho p. 2. c. 21. n. 6.* (k) *Conc: Trid: cap. 1. loc: cit:* (l) *Fernadez in exm: Theolog: mor: p. 3. c. 18. §. 1. n. 8.* (m) *Sanchez: lib: 2. diſp: 6. n. 4.* (n) *Franc: Leo in theſaur: for: Eccleſ: p. 2. c. 2. n. 49.* (o) *Text: in cap: In præſentia 19. de probat:* (p) *Menoch: de arbitr: caſ: 420. n. 128. & de præſumpt: lib: 6. præſumpt: 49. n. 28.* (q) *S. Congr: Conc: in Mediolan: 18. Septemb: 1627.* (r) *Conc: Trid: ſeſſ: 24. de reform: Matrim: c. 7.* (s) *Perez: lib: 1. in princ: tit: 14. lib: 8. ordin:* (t) *Sanchez: diſp: 35. n. 16. & 17.* (u) *Henriq: lib: 11. c. 3 §. 3.* (x) *Aloyſ: Ricc: in praxi fori Eccleſ: p. 4. reſol: 354.* (y) *Sanchez lib: 3. diſp: 23. n. 13. & 14. diſp: 25.*

25. n. 11. in fin: (z) *Vgol: de cenſur: tab: 5. c. 8. §. 2.* (aa) *Aloyſ: Ricc: in d. praxi reſol: 561. p. 4.* (bb) *Rebell: de oblig: Inſt: p. 2. l. 4. in declar: 6 ard: ſect: 2. n. 8.*

2. Ordinarius prohibere non poteſt, quin domi Matrimonia celebrentur, ſervata Concilij forma; ſed cùm maximè deceat, ut in Eccleſia celebrentur, debet ad id hortari, non præcipere (*a*). Et Parochi poſſunt absq; Epiſcopi licentia matrimonia ritè & legitimè celebrare, niſi Epiſcopus ex juſta causa aliter præſcripſerit (*b*). Parochus, vel alius Sacerdos, qui de licentia Parochi matrimonio aſſiſtit, debet conjungere eos matrimonio, qui publicè accedunt amicis & cognatis ſtipati ad celebrandum matrimonium, quamvis ex confeſſione ſciat, illos habere aliquod impedimentum dirimens, vel impediens, nec poteſt eis Sacramentum negare; Secùs ſi ſecretò & occultè petant (*c*); quia poteſt Parochus ex ſcientia Confeſſionis, vel quicunq; alius Sacerdos de ejus licentia Sacramenta miniſtrans, Euchariſtiam & alia Sacramenta negare ei, quem im̃ediatè ex confeſſione agnovit indignum, non publicè, ſed occultè, v. g. Si nemo adſit in Eccleſia, aut ſi pœnitens ad illum accedat in Sacriſtia, & nemine vidente Sacramenta requirat (*d*); quia ſi publicè negatur, revelatur confeſſio indirectè alijs; ſi occultè, nemini revelatur; tàm quia quilibet Chriſtianus habet jus ad petendam Euchariſtiam; &

alia

alia Sacramenta quocunq; tempore accommodato, quo Jure non poteſt privari publicè, niſi amittat per publicum peccatum mortale, unde dum publicè de illo non conſtat, non debet ei publicè Sacramentum denegari. Si Parocho præſente, ſeu alio Sacerdote de ejus vel Ordinarij licentia, intereſſentibus duobus vel tribus teſtibus, celebretur matrimonium, validè celebratur (*e*): Et Parochus validè aſſiſtit matrimonio, quamvis ipſe, vel teſtes vi detenti interſint, dummodò tamen intelligant conſenſum contrahentium (*f*); Validè quoq; aſſiſtit renuens & dolosè adductus, dummodò probè intelligat, & audiat contrahentium verba, niſi claudens aures affectatus eſſet nō intelligere, quamvis ipſe nulla verba proferat (*g*). In caſu neceſſitatis, ſi Parochus ſinè juſta causa renuat aſſiſtere, & ad Superiorem recurſus non ſit, induci poteſt aſtu aliquo ſinè mendacio, aliter grave peccatum committitur (*h*); quia eſt contra honorem Eccleſiæ, cujus perſonam Parochus repræſentat. Præſentia Parochi in matrimonijs neceſſaria non tantùm corporea, ſed etiam moralis requiritur cum intelligentia & advertentia actûs (*i*). Adde ut nedum intelligere oporteat cum quid agitur, ſed ut videat (*k*) & animo advertat. Validè quoq; aſſiſtit matrimonio, etiamſi ad alium finem vocatus, vel caſu præſens ſit (*l*) v. g. quando vocatus eſſet convivij, & confabulationis, vel alterius negotij gratiâ.

Item

Item validè aſſiſtit, quamvis ſit putativus (*m*) &: notum ſit contrahentibus illum Parochum carere vero titulo, ſi quo ad alios ſit communis error (*n*); quia ſufficit error communis probabilis in loco, ubi carens vero titulo juriſdictionem exercet (quia videlicet ibi communiter, & publicè ignoratur nullitas tituli) licet in ālio loco notorium eſſet ipſum eſſe inhabilem. Et quamvis non ſit promotus infra annnum (*o*); quia quamvis ſit privatus titulo ipſo facto, nondum tamen poſſeſſione ſpoliatus eſt, & interim præſumitur habere juſtam cauſam retinendi (*p*). Et licet habeat ſuam collationem nullam ob nulliitatem concurſûs propter defectū Examinatorum Synodalium (*q*); quia geſta à Judice Ordinario vel Delegato, non vero ſed putativo, titulum coloratum ſeu putativum, auctoritate legitimi Superioris habente cum communi errore, valent tàm in foro externo quàm interno, quamdiu nullitas tituli ignoratur(*r*). Si autem Parochus intruſus eſt abſq; titulo à legitimo Superiore collato, licet adſit error communis, non valet matrimonium cui aſſiſtit; quia in neutro foro valent ſic geſta per eum ſic inruſum; non enim ſufficit error cōmunis abſque titulo colorato neq; etiam titulus coloratus cum communi errore, ſed requiritur, ut titulus coloratus ſit auctoritate lagitimi Superioris, ſcilicet, habentis aliàs poteſtatem illum conferendi, ut geſta valeant, & ſi non ſit titulus, vel

non

non collatus à legitimo Superiore, ſunt nulla per eum geſta(*s*). Et Parochus licet ſit ſuſpenſus, irregularis, vel excommunicatus non toleratus validè aſſiſtit matrimonio, dummodò non ſit actualiter depoſitus ac poſſeſſionem beneficij retineat(*t*); quia aſſiſtere matrimonio, non eſt actus Jurisdictionis, ſed legitimi teſtimonij, ſeu teſtis præſtantis auctoritatem actui ſua præſentia per poteſtatem quam habet in ſubditos (*u*). Nec excommunicatus aſſiſtens efficitur irregularis, peccat tamen graviter (*x*) non enim exercet actum Ordinis. Et quamvis ſit Sacramentorum adminiſtratione interdictus, ſivè generaliter (ut quando ei propter imperitiam datur Vicarius, vel Coadjutor ; & ſimiliter quando propter aliquod crimen privatur Sacramentorum adminiſtratione) vel ſpecialiter (ut quando aliqua juſta de cauſa præcipit Epiſcopus vel ejus Vicarius, nè aliquos matrimonio jungat) validè aſſiſtit matrimonio(*y*); quia verè eſt Parochus, retinètq; Parochiæ poſſeſſionem & etiam titulum(*z*). Et quia Prælatus Papâ inferior ſaltem nunc temporis non poteſt conſtituere impedimentum dirimens(*aa*); Idem intellige de Parocho delegato, ſeu Vicario amovibili(*bb*). Et quamvis ſit Schiſmaticus, ſaltem coloratum titulum habens, ſi non ut talis fuit declaratus, & Parochia privatus(*cc*). Et licet ſit notoriè fornicator, non tamen adhuc in judicio condemnatus & confeſſus(*dd*); quia ad-

adhuc eſt Parochus beneficij poſſeſſionem retinens, ſuſpendendus tamen eſſet, & privatione puniendus (*ee*) vel habeat titulum injuſtum beneficij (*ff*). Et quamvis exiſtat in peccato mortali(*gg*). Et etiamſi aſſiſtat matrimonio ſuorum Parochianorum in alterius Parochia ſinè licentia Parochi illius loci, in quo aſſiſtit: quia eſſentia non eſt actus pertinens ad Jurisdictionem contentioſam imò neq; ad voluntariam(*hh*) quod Hurtado(*ii*) extendit etiam extra Epiſcopatum contra Layman putantem peccare mortaliter Parochum, ſi in aliena Parochia Sponſis ſuis ſolemniter ac publicè aſſiſtat, & contra Daualos & Molinam exiſtimantes id non eſſe matrimonium. Et quamvis aſſiſtens ſit delegatus Parochus, quem Epiſcopus conſtituit, & ad nutum ipſius amoveri poteſt, & Vice Curatus à Vicario proprietario inſtitutus(*kk*) etiam in præſentia Parochi proprietarij(*ll*). Secùs ſi vicarius Parochi amovibilis non ſit approbatus ab Epiſcopo(*mm*). Et deniq; quamvis Parochus non ſit Sacerdos, puta quia illi fuit collata Parochia, dum eſſet in minoribus Ordinibus conſtitutus (*nn*). Contra exiſtimantes non ſufficere præſentiam Parochi, qui non ſit Sacerdos, per Concilium Trid: cap: 1. dum dicit: *Qui aliter quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote;* ſed facilè reſpondetur, particulam *Alius*, non ſemper denotare perſonam antecedentem, eſſe ſimilis qualitatis, *ut conſtat ex illo Lucæ 23. Dicebant-*

cebantur autem, & alij duo nequam cum eo. Tum quia Concilium ſemper de Parocho loquitur abſolutè, absq; additione qualitatis Sacerdotij, quæ non eſt intelligenda, cum Decretum ſit correctorium, & ſtrictè accipiendum, & hic actus non requirat Sacerdotium, aut Ordinem.

*(a) *Leo in theſaur: p. 2. c. 9. n. 48. Poſſev: c. 10. n. 15.* (b) *S. Congr: Conc: in Turritana 12. Martij, 1633.* (c) *Svar: tom: 4. de pænit: diſp: 33. ſect: 6. n. 2. ſecundùm Conimbr: impreſſ:* (d) *S. Thom. in 4. diſt: 9. q. Unic: art: 5. quæſtiunc: 1. in corpore.* (e) *Conc: Trid: cap: 1. de Reform: matrim:* (f) *Ledeſm: de Matrim: q. 45. art: 5. punc: 3. dub: 2. verſ: Quo ſuppoſito.* (g) *Rot: in Ulixb: matrim: 16. Febr: 1622 & DD: apud Barb: alleg: 32. n. 83. & 85.* (h) *Coninck: diſp: 27. dub: 4. in fin:* (i) *Henriq: in ſumm: l. 11. c. 3. §. 1.* (k) *Barboſ: alleg: 32. n. 28.* (l) *Navarr: conſ: 20. n. 1. ſub tit: de Sponſal: in antiq: & conſ: 11. ſub tit: de claudeſt: deſpon: in novis.* (m) *Jo: Bapt: Coſtu de remed: ſubſid: remed: 127. n. 15.* (n) *Sanchez diſp: 22. n. 42. ad 47.* (o) *S. Congreg: Conc: 12. Martij, 1593.* (p) *c. Licet Epiſcopus de præben: in 6.* (q) *Ead: Congr: in Ceneten: 31. Julij, 1627.* (r) *L. Barberius §. Si ſervus.* (s) *N. Boſſ: de matrim: contr: cap: 4. §. 35. n. 100.* (t) *Bonac: q. 2. punc: 8. n. 21.* (u) *Navar: conſ: 14. de claudeſt: deſponſ: n. 6.* (x) *Baſil: Pont: tract: de Sacr: Matrim: lib: 5. c. 17. n. 10. & 11.* (y) *N. Boſſ: loc: cit: §. 33. n. 94.* (z) *Idem ibid:* (aa) *Sanchez lib: 7. diſp: 1.* (bb) *S. Congr: Conc: ut reſunt Subzedo & Ratibo.*

(cc)

(cc)*Navar: conſ: 8. n.2. ſub tit: de clandeſt: deſp: in novis* (dd) *Armendar: lib:1. de matr: n.19.* (ee) *N.Boſſ: loc: cit: §. 94. n.95.* (ff) *Sanchez lib: 3. diſp. 22. n. 62.* (gg) *Barboſ: alleg: 32. n.106.* (hh) *Salzedo cap: 76. verſ: 11.* (ii) *Hurtado de matr: diſp: 5. diff: 6. n.22.* (kk) *Sanchez lib: 3. diſp: 31. n.16.* (ll) *Baſil: Font: in ſuo noviſſ: tract: de Sacr: Matr: lib: 5. c. 28. n.2.* (mm) *Congr: Epiſ: 22. Decembr: 1617.* (nn) *Barb: d. alleg: 32. n. 105.*

3. Matrimonium valet *per Procuratorem* ſervata forma Concilij Trid: .ſ. coram Parocho & teſtibus contractum (*a*), Et ita habet praxis Eccleſiæ, ut amplius non liceat de hoc dubitare, Ut autem Procurator alieno nomine validum matrimonium contrahat: *Primò* debet habere ſpeciale mandatum ad contrahendum; *Secundò* mandatum debet eſſe ad incundum matrimonium cum certa perſona; *Tertiò*, debet id muneris per ſe obire, niſi mandatum ſubſtitutionem expreſſè explicet; *Quartò*, dum conſenſum præbet, facultas non debet eſſe revocata (*b*) Valet quoq; matrimonium *per literas ſeu epiſtolam* coram Parocho & duobus teſtibus celebratum, etiam Concilio Trid: attento (*c*); quia Tridentinum quo ad hoc non corrigit Jus commune, nullúmq; verbum habet, quo vetet hujusmodi matrimonia *per epiſtolam* inter abſentes; Ergò reliquit diſpoſitioni Juris communis, cui ſtandum erit; quod enim non mutatur, & non eſt expreſſè prohibitum, cur ſtare prohibetur

betur(*d*). Deinde Concilium quærit, & vult præſentiam perſonalem tantùm Parochi, & teſtium, cùm celebratur contractus matrimonij, & exprimitur mutuus conſenſus contrahentium, ac proinde ſatisfit Concilio, ſi Parochus & teſtes percipiant conſenſum unius expreſſum in literis ſeu epiſtola, & audiant conſenſum alterius, ad quem miſſæ ſunt literæ, quia tunc celebratur matrimonij contractus, ac proinde quoad hoc nulla eſt differentia inter matrimonium celebratum per Procuratorem & per Epiſtolam. *Primo quidem modo* matrimonium *per nuntium vel per epiſtolam* fieri poteſt, ſervatâ formâ Conc: Trid: ſi à mittente in literis exprimatur: *Te accipio in Uxorem vel Virum, cùm has meas acceperis, quas volo meas vices ſortiri*; Tunc enim ſi is, qui hujusmodi literas recepit, Parochum & teſtes adhibuerit, & illis præſentibus recitari fecerit, qui quidem Parochus & teſtes agnoſcant eſſe illius literas qui ſcripſit, & idemmet, qui recepit, fateatur ſe in easdem nuptias conſentire, erit validum matrimonium. Et ſi loco literarum mittat nuncium, erit matrimonium, ſi per nuncium exprimatur: *Accipio te in Uxorem, vel Virum, coram Parocho & teſtibus duobus, N. meus nuncius, quem volo meas vices gerere, id ſibi ſignificaverit, & aperuerit & conſenſerit.* Et id fiat coram Parocho & teſtibus, erit validum matrimonium (*e*). *Secundo modo* ſi literas aut epiſtolam mittens, ſcribat: *Se non ſolùm facere ſui*

corporis traditionem, ſed ex tunc traditionem per alterum ſibi faciendam acceptare; Nam tunc ſi Epiſtola lecta coram Parocho & teſtibus alter conſentiat, jam utriusq; traditio & acceptitio fit coram eodem Parocho, & teſtibus, & eſt verum matrimonium, & perfectum (*f*). *Tertio modo*, ſi recipiens epiſtolam reſcribat mittenti: *Se accepiſſe literas, in quibus vult ipſum in Conjugem, & ſimiliter ipſum velle*; tunc ſi hæc epiſtola recepta lecta coram Parocho & teſtibus, recipiens coram illo conſentiat, jam mutua acceptatio & traditio conſtat Parocho & teſtibus; quia illa epiſtola continet traditionem reſcribentis, & acceptationem traditionis factæ à priori mittente, & prior mittens ſe tradit, & acceptat coram Parocho & teſtibus, ac proinde fit matrimonium (*g*); Verùm hæc non ſunt neceſſaria; nam ſufficit contrahere juxta primum modum. *Quarto modo*, ſi is qui literas mittit, ut nuncius vel Parochus, vel aliquis de teſtibus nomine ſuo acceptet alterius Conjugis conſenſum ſeu traditionem; ſed neq; id neceſſarium eſt, & eſſet matrimonium *Per Procuratorem* (*h*); quia is qui abſentis nomine conſenſum alterius acceptat, *Procuratoris munus* gerit. NB. Prædicti modi in praxi adhibendi ſunt, non niſi cum maxima cautela, utpotè obnoxij periculis, literæ enim illius, qui ſupponitur miſiſſe illas, poſſunt eſſe falſæ, aut forſan facta mutatio conſensûs (*i*).

*(a) *Cap: fin: de Procuratore in 6. Jul. Sanmazarius*

zarius de Sponſ: c. 3. art: 4. n. 114. (b)*Poſſev: n. 26.* (c)*Navar: conſ: 2. n. 9. in antiq: & nov: conſ: 6. n. 9. de Cognat: ſpirit: cum multis alijs.* (d) *L. Si præcipimus C. de Appell:* (e)*N. Boſſ: de matrim: contr: cap: 3. §. 64. n. 313.* (f)*Henriq: l. 11. c. 2. §. 6. lit: L. in textu.* (g)*Sanch: l. 1. diſp: 6. n. 28.* (h) *Rebell: p. 2. l. 6. 2. q. 5. n. 12.* (i) *N. Boſſi loc: cit: in fine.*

4. Matrimonium contractum valet coram Presbytero, qui ſe Parochum putabat ex cauſa vicinitatis, vel alia veriſimili(*a*) & id etiamſi non fuerint factæ denunciationes in propria Parochia. Et matrimonia clandeſtina valida ſunt, non ſervatâ formâ Concilij in loco, ubi Concilium non fuit publicatum(*b*); præſumitur autem publicatio Concilij, ubi Decretum fuit aliquo tempore in Parochia tanquam Decretum Concilij obſervatum(*c*). Sponſis copulam habentibus ante conjunctionem Sacerdotalem, nè detur publica pœnitentia, ſed ſalutaris aut pecuniaria moderata(*d*). Ex præcepto Concilij tenetur Parochus uti verbis: *Ego in matrimonium vos conjungo*; vel ſaltem alijs juxta ritum & conſvetudinem Patriæ(*e*) exiſtimant quidam ſub mortali, alij ſub veniali. Et Parochus habeat librum, in quo nomina conjugum, teſtium, & locum matrimonij contracti deſcribat, & diligenter cuſtodiat(*f*). Et tenetur ſub mortali propter finem neceſſarium vitandi lites(*g*). Forma autem deſcribendi matrimonia talis eſ-

ſe poteſt: *Ego N. Rector Parochialis Eccleſiæ Sancti N. tribus diebus feſtivis continuis publicè denunciavi matrimonium inter A. & B. nulloq; legitimo impedimento oppoſito; ac viro & muliere à me interrogatis, eorumq; mutuo conſenſu intellecto matrimonium inter A. & B. in facie Eccleſiæ juxta formam Concilij Tridentini die --- menſe --- Anno --- in dicta Eccleſia Sancti N. fuiſſe celebratum fidem facio, præſentibus N. & N. teſtibus &c. Ego N. Rector Parochialis Eccleſiæ S. N. manu propriâ.* Ex hoc libro Parochi, in quo Matrimonium deſcribit, probatur illud (*h*). Cum Parocho deponenti de pertinentijs ad ſuum officium credatur (*i*). Et ex ſupradicta partita etiam mortuis teſtibus, & Parocho ſcribente, absq; alijs probationibus matrimonium plenè probatur (*k*).

*(a) *S. Congr: apud Bellarm: ad c. 1. in Declarationibus.* (b) *Sanch: l. 3. diſp: 18. n. 1. Congr: Conc: ad Epiſcopi Tricarienſis conſultationem per Hieronymum Card: Matthæum.* (c) *Eadem.* (d) *Congr: Epiſc: 15. Maij 1590.* (e) *Barboſ: alleg: 32. n. 169.* (f) *Trid: c. 1. ſeſſ: 24. de Reſor: matrim:* (g) *Sanch: l. 3. diſp: 15. n. 22.* (h) *Lancell: Gallia conſ: 15. n. 3* (i) *Menoch: de arbitr: caſu 99. n. 3.* (k) *Barboſ: de off: & poteſt: Epiſc: allegat: 32. n. 175.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: de MATRIMONIO.

M*Oneãtur Sponſi ante celebrationem Matrimonij in aliquo ex caſibus etiam occultis, impedien-*

dientibus & dirimentibus absq; diſpenſatione Apoſtolica contracta matrimonia nulla eſſe, eósq; excommunicationem incurrere qui in aliquo conſangvinitatis aut affinitatis probibito gradu ſcienter matrimonium contrahunt; Ii autem qui in aliquo ex caſibus impedientibus & dirimentibus, ſciênter contrahere audent, peccato mortali ſe ſe obſtringunt, ac pœnas à SS: Canonibus inflictas incurrunt. Ad evitandas fraudes, quæ occurrere poſſunt in contrahendis matrimonijs in gradibus prohibitis cum diſpenſatione Apoſtolica nemo Parochus, aliúsve quivis audeat celebrare vel ſolennizare Matrimonium quodcúnq; inter eos, qui à Sede Apoſtolica diſpenſationem obtinuerint contrahendi in gradibus prohibitis, niſi priùs hujusmodi diſpenſationes ab Ordinario, ejúsve Officiali recognitæ ſint. Matrimonia in Eccleſia Parochiali, non autem in privatis ædibus celebrentur. Nemo Parochus, aliúsve Sacerdos permittat in ſua Eccleſia matrimonia celebrari ab aliquo Sacerdote, qui ad munia Parochialia exercenda ab Ordinario, ejúsve Officiali approbatus non ſit; & præcipuè caveat, nè ibidem admittat prædicantes hæreticos ad hujusmodi munus obeundum, etiamſi contrahentes hæretici ſint. Multi ſunt qui vagantur, & incertas habent ſedes, & ut improbi ſunt ingenij, primâ Uxore relictâ, aliam, & plerumq; plures, illa vivente diverſis in locis ducunt, quare Parochi antequam vagorum hominum Matrimonijs interſint, diligentem de eis inquiſitionem faciant; Et ſi illos copulandos eſſe judicaverint, rem totam

ad Ordinarium, ejúsve Officialem, ſi Pragæ ſint, & per Archi-Diœceſim ad proprij Diſtrictûs Archi-Diaconum, ſeu ſaltem ad Decanum deferant, ut quid agendum ſit, prudenter decernatur.

MISSA.

I.

PArochus non habens copiam Confeſſarij neceſſitate urgente celebrare poteſt absque prævia confeſſione, præmiſſâ tamen cōtritione (*a*) ſcilicet, quando debet miniſtrare Viaticum infirmo morti proximo: & quando tenetur in die feſto celebrare, nè Parochiani Miſſâ careant: Et quando omittendo Sacrum eſſet periculum infamiæ, ſcandali, vel gravis admirationis, quæ moraliter loquendo, ſemper conjuncta eſt cum aliquo periculo murmurationis & infamiæ (*b*): Et quando conſuetudo eſſet dicendi Sacrum ad ſepeliendum defunctum, quod ſi omitteret, vel aliquam infamiam ſuo nomini compararet, vel defunctum fructu Sacrificij conſueti privaret (*c*): Et quando jam eſſet inchoata Miſſa, quin imò nondum cœpta, Sacerdos tamen jam ad Altare acceſſiſſet, & ſine periculo mali nominis, vel ſcandali, vel murmurationis ab Altari non poſſet recedere, nec tenetur tunc ad altare vocare Confeſſarium, vel ſe exuere ſacris veſtibus (*d*): Multò minùs, ſi jam cœpta eſſet conſecratio, debet, ceſſante omni ſcandalo, vel ma-

mali nominis ſuſpicione, interrumpere Sacrificij immolationem jam cœptam, ut confiteatur(*e*); quia hoc præceptum fortius eſt præcepto præmittendæ poſt mortale confeſſiionis ante ſumptionem, ſoláq; hujus Sacrificij integritas cenſenda eſt juſta causa differendæ poſt Sacrum confeſſionis; debet tamen poſtea, data copia Confeſſarij, quàm primùm, *id eſt*, cum primùm iterum celebraturus eſt confiteri (*f*). In celebrandis Miſſis ea omnia obſervare & evitare debet, quæ à S. Conc: Trid: in Decreto ea de re edito, Ordinarijs locorum præſcripta ſunt (*g*). Extra caſum neceſſitatis, eſſet mortale, ſi ſine ſtola, manipulo, aut cingulo non benedicto celebraret(*h*). Contraria eſt etiam probabilis, quoad cingulum non benedictum(*i*). In caſu neceſſitatis poſſet Sacerdos celebrare ſine aliquo indumento ex dictis (*k*) NB. Stolam poſſe deſervire pro manipulo, & manipulum pro Stola, quia talia indumenta non habent figuram determinatam(*l*). Si cingulum perfringatur,& utraq; pars ſufficiat ad cingendũ, utraq; pars eſt benedicta, imò poteſt necti & deſervire (*m*).

*(a) *Conc: Trid: ſeſſ: 13. c. 7.* (b) *Sylv: v. Euchariſtia 1. §. 7. n. 9.* (c) *Idem ibid.* (d) *Navar: in man: cap. 25. n. 76,* (e) *Reginald: lib. 29. cap: 6. n. 146.* (f) *Bonac: de Sacram: diſp: 4. q. 6. punc: 1. n, 22.* (g) *Conc: Trid: ſeſſ: 22.* (h) *Nugn: tom: 1. in 3. part: q. 83. ar: 3. dub: ult: in fin.* (i) *Sá v. Miſſ: n. 10.*

n. 10. (k) *Filliuc: tom: 1. trac: 5. n. 145.* (l) *Villalob: in ſum: p. 1. tr: 8. dub: 28. n. 3.* (m) *Sà v. Miſſa n. 12.*

2. Parochus tenetur celebrare Miſſam diebus feſtivis in propria Eccleſia, & non in alia (*a*): Et tenetur in Eccleſijs ſuis, diebus Dominicis & ſolemnibus, & alijs etiam diebus, ità frequenter ob plebium ſuarum comoditatem, ac ſubditorum ædificationem celebrare, quod muneri ſuo ſatisfaciat (*b*). Ad hoc obligatur ſaltem in diebus Dominicis & feſtis, quibus obligatur populus audire Miſſam, vel per ſe, vel per alios ex juſta causa (*c*). Circa nonnullos alios intra hebdomadam ſtandum eſt conſvetudini regionum toleratæ & obſervandæ absq; ſcrupulo (*d*). Extra tempus verò, quo populus non tenetur ex præcepto Miſſam audire, ablatâ conſvetudine vel ſtatuto, non eſt obligandus Parochus ad Sacrificandum (*e*); quia hæc duo videntur correlativa, in quibus diebus populus non tenetur Miſſam audire, nec tenetur Parochus ſacrificare. Nec obligatur Parochus in die Natalis Domini ad tres Miſſas celebrandas, ſed ſatisfacit ſi unam dicat (*f*) ſicut & ſatisfacit, qui unam audit (*g*); Svaderem tamen ut tres legeret ſuis competentibus horis, niſi juſta cauſa & ratio excuſaret. Si unam tantùm celebrare vellet, deberet dicere vel primam, vel tertiam, & potiùs tertiam, cujus Oratio cum officio concordat (*h*). Parochus non videtur obligandus

dus ad applicationem Sacrificij pro populo ſingulis diebus feſtis; quia non debentur proventus paſtorales præcisè, ut celebret ad intentionem populi, ſed ratione potiùs Officij paſtoralis(*i*). Tenetur tamen Jure Divino interdum, præſertim in ſolemnioribus diebus Miſſæ Sacrum ſuis ovibus applicare juxta boni viri arbitrium(*k*).

*(a)*Guttierez qq. Canon: lib: 1. c. 30. n. 1.* (b) *Trid: ſeſſ: 23. de ref: cap: 14.* (c) *Sylvius in 3. p. q. 83. art: 1. quæſit 17.* (d) *Ferdinã. in Exam: Theol: moral: p. 4. c. 15. §. 2. n. 2.* (e) *Fagund: de 5. prær: Eccl: præc: 1. p. 1. lib: 3. cap: 15. n. 8.* (f) *Navar: conſ: 1. n. 2. de celebrat: Miſſ:* (g) *Sylv: in ſumm: v. Miſſa. 2. n. 1. verſ: 7.* (h) *N. Gavant: in Coment: ad rubr: Miſſ: tom: 1. p. 4. tit: 3. n. 6.* (i) *Nvvar: in man: cap: 25. n. 92.* (k) *Trid: ſeſſ: 23. de ref: c. 1. & Barb: de off: & pot: Epiſc: p. 2. alleg: 24. n. 23. in fin: N. Gavant: in coment: ad rubr: Miſſ: p. 3. tit: 12. n. 27.*

3. Parocho concedere poteſt Epiſcopns ob defectum Sacerdotum, quòd in diebus feſtis bis, urgente neceſſitate celebret(*a*). Imô ſæpiùs in die celebrare poteſt, qui plures Parochias adminiſtrat, quibus una Miſſa ſatisfacere non poteſt (*b*) (*ſi mos ferat, & Epiſcopus conſenſerit*): Et quando pauci ſunt Sacerdotes, & multi ſint Catholici in locis infidelium & hæreticorum(*c*). In hoc caſu purificatio Calicis, poſt ſumptum Sanguinem, non eſt ſumenda, niſi in ultima Miſ-

Miſſa, nè poſt primam, ſequentes celebret non jejunus, ſed in vaſe & loco honeſto eſt ſervanda, ut in alia Miſſa, ſumpto ſanguine, adhuc jejunus ſumere poſſit(*d*). Et vinum purificati Calicis non eſt conſecrandum in alteraMiſſa; tùm quia digiti eo vino abluti ſunt; tûm quia in Calice ferè ſemper aliquid conſecrati liquoris adhæret, quod vino affuſo permiſcetur; Non licet autem, certè non decet, verba conſecrationis proferri in materiam partim conſecratam, partim non conſecratã(*e*). Et vinum purificati Calicis non eſt diſtribuendum populo pro ablutione, neque in Sacrarium proijciendum ob reverentiam Sanguinis, ſi fortè, ut fit, infuſo vino ſit admixtum. Si ante oblationem superveniat Epiſcopus, vel Princeps, vel multitudo iter facientium, die quo ad Miſſam obligantur, poteſt interrumpi Miſſa, & repeti ab initio, ut audiant(*f*). Imò ſi purificationem Calicis non ſumpſiſſet, poſſet dici altera, superveniente Epiſcopo, Principe, Cardinali, Legato, Nuntio, Patriarcha, Duce; non Comite, Marchione, aut ſimilibus (g).

*(a)*S. Congr: Conc:* 17. *Aug:* 1626. (b)*Suarez: diſp:* 80. *ſect:* 3. (c)*Navarr: & alij apud Scortiam lib:* 2. *cap:* 16. *n.* 2. (d)*Innoc:* 3. *de celebr. Miſſ: c. Ex parte.* N. *Gavant: comment: in rubr: Miſſ: p.*3. *tit:* 9. (e) *Man: Paroch: p.*2. *n.*3. *fol:* 179. (f)*Navarr: de Orat: notab:* 16. *n.* 55. (g) *Gloſſ: c. Sufficit v. Altarum.*

4. Con-

4. Conſecraturus hoſtias minores, eas locare debet ſuper corporale honoris gratiâ, & ſuper Aram Sacrificij; Si in pyxide ſint, expedit cooperculum tempore conſecrationis removeri; Id tamen non eſt neceſſe, quia fit conſecratio, etiamſi pyxis non aperiatur tempore conſecrationis ex oblivione (*a*) cum præſentes fiant per pyxidem in qua continentur; Secùs eſt, ſi in Tabernaculo tunc eſſent incluſæ; non enim Tabernaculum cenſetur vas continens, ſed arcula occludens. Item ſi particulæ in pyxide ſuper Altare in cornu Epiſtolæ fuiſſent ex errore appoſitæ, non autem ſuper Aram, licet Sacerdos in Sacriſtia habuiſſet intentionem conſecrandi eas, non eſſent conſecratæ (*b*); quia intentio Miniſtri debet eſſe rationabilis, non eſſet autem talis, ſi Miniſter intenderet conſecrare particulas poſitas extra Aram. Imò hoſtiæ, quas quis inſcio Sacerdote conſecrandas appoſuit in corporali, non remanent conſecratæ; nam materia conſecranda debet determinari per intentionem conſecrantis (*c*). Minores hoſtiæ, ſi deferantur ad Altare poſt oblationem primariæ, non eſt neceſſe repetere verbaliter oblationem, modò intendat quis earum conſecrationem (*d*). Et Sacerdos, ſi non inveniatur hoſtia magna, poteſt Miſſam celebrare & conſecrare particulam parvam juſta de cauſa, & ex neceſſitate, ſecluſo Scandalo (*e*). Nec peccat, ſi in Miſſa aquam calidam miſceat vino, ſi ſit in aliqua frigidiſſima

ma regione talis conſvetudo, nē fortè vinum congeletur(*f*). Cum hoſtijs minoribus jam antea conſecratis, aliæ non conſecratæ non debent in pyxidem conijci, & ita permixtæ conſecrari(*g*); Tùm quod ſacras non ſacris attingi & permiſceri indecens; tûm quia non ſatis tutum, formam conſecrationis proferri una vice in materiam conſecratam & non conſecratam.

*(a) *N. Gavant: comment: in rubr: Miſſ: p. 3. tit: 7. n. 4.* (b)*Svarez in 3. par: tom: 3. diſp: 43. ſect: 6. & N. Gavant: loc: cit:* (c) *comm: DD.* (d) *Idem Gav: loc: cit: tit: 10. n. 19,* (e)*Dian: par: 6. tr: 7. reſol: 17.* (f)*Idem ibid: reſol: 18.* (g)*Gavan: tit: 7. n. 4.*

5. Qui intendit conſecrare guttas vini, quæ vel extra, vel intra cuppam Calicis adhærent diſcontinuæ ab alijs; Item & particulas panis, quæ ſunt à continuo ſejunctæ, conſecrat eas(*a*); At non decet intentionem ferri circa particulas ab hoſtijs integris diſcontinuas, aut guttas vini extra cuppam Calicis adhæreſcentes, & conſultiùs eſt eas ante conſecrationem detergere. Guttæ vini intra cuppam hærentes, cum per pronomen HIC, in conſecratione id totum intelligatur, quod eſt in Calice conſecrabile (niſi quis reſtrinxerit mentem ad ſolum id quod in Calice continetur per modum continui) conſecrantur per formæ pronunciationem; hoc enim videtur conſorme eſſe menti Chriſti & Ec-

cleſiæ(*b*). Contrarium docent alij(*c*) quidquid ſit de ejuſmodi particulis & guttis; illæ ſumendæ erunt cum alijs conſecratis ante purificationem Calicis ad majorem cautelam. Fragmenta etiam conſecrata ſumenda ſunt ante purificationem Calicis, vel ſaltem cum illa à Sacrificante jejuno; quin etiam à non jejuno poſt ablutionem, ſi ipſius ſunt, modò ab altari non recesserit; imò licet aliquamdiu interim populum communicaverit; quia hujusmodi ſumptio reliquiarum cenſetur complementum morale ejusdem convivij ad quod jejunè acceſſit (*d*); Imò licet eſſent alterius præconſecrantis, non debent tamen dari Laicis communicantibus, nec poſt ablutionem ab ipſis ſumptam, nec antè; & ita in praxi ſervatur; quia has reliquias abſumere non pertinet ad eos, ſed ad Sacerdotis miniſterium, & eorum actio communicandi cenſetur perfecta & omninò conſumata in ipſa prima ſumptione Sacramenti (*e*). Si prioris Sacrificij fuerint, non ſumuntur à non jejuno, ſicut neq; ſi quis Sacrificans jam ab Altari receſſerit, & aliqua fragmenta reliquerit niſi eſſent adeò minuta, ut aſſervari ſine majori irreverentia minimè poſſent, quia jejunium eſt ad reverentiam ſinè præjudicio majoris irreverentiæ(*f*). Majores autem recondi debent in loco Sacro & tuto, donec in alio Sacrificio à jejuno ſumi poſſint. Poſſunt etiam ſumi particulæ, ſive à ſe, ſive ab alio conſecratæ à non jejuno,

no, ſi timetur incurſus hoſtium(*g*). Et fragmẽta quando in aliqua Eccleſia una tantùm Miſſa celebratur, & ibi non reſervatur Sacramentum, quia reſervari ſine majori irreverentia non poſſunt(*h*); Imò ſi eſt probabilis timor alicujus irreverentiæ, vel quia in manus infidelium Sacramentum timetur adventurum, vel ab animali, vel ab igne, conſumendum, vel ab aliquo alio irreverenter tractandum, poterit non ſolùm Sacerdos, ſed etiam eo deficiente Laicus non jejunus, ſibi proprijsq; manibus Sacramentum miniſtrare; quia quod ſtatutum eſt in reverentiam Sacramenti, non debet in illius irreverentiam cedere (*i*).

* (a) *Comm: DD.* (b) *Bonac: de Sacram: q. 2. diſp: 4. pun: 5. n. 7.* (c) *Reginald: Svarez & Laym: lib: 5. tr: 4. c. 2. n. 14.* (d) *Rubr: Miſſ: p. 3. tit: 7. de defectu intentionis. Azor: lib: 10. c. 30. q. 1. Sot: in 4. diſt: 12. q. 1. ar: 9.* (e) *Dian: p. 6. tr: 6. reſol: 2. fin:* (f) *N. Gavant: ſupra tit: 9. n. 3.* (g) *Bonac: diſp: 4. q. 6. pun: 2.* (h) *Dian: tr: 4. de Sacram: reſolut: 45.* (i) *Svar: diſp: 69. ſect: 5.*

6. Parochus non poteſt pro Miſſa, quàm ſingulis diebus feſtis populo celebrare debet, ſtipendium ab alio accipere, ut illi applicet Sacrificium (*a*) ſunt tamen qui tenent contrariam opinionem: Et Capellanus qui tenetur quotidie celebrare, non poteſt novam eleemoſynam accipere, & duabus obligationibus unicâ ſatisfacere, niſi in fundatione expreſsè cautum ſit,

quod

quod non teneatur Sacrificium applicare(*b*). Et Parochi ſeu Rectores beneficiorum, qui poſſunt Miſſam per alium celebrare, poſſunt tribuere Sacerdoti celebranti eleemoſynam congruam ſecundùm morem Civitatis vel Provinciæ, niſi in fundatione beneficij aliud cautum fuerit, & pro ſe aliam partem retinere(*c*). In Capellanis amovibilibus nominatis & electis ab hæredib9 teſtatorum ad celebrandas Miſſas idem eſt (*d*) prohibetur autem Sacerdotibus ſimplicibus(*e*). In diebus feſtis, quibus prohibetur fieri de feſto duplici non poſſunt dici Miſſæ votivæ neq; de Requiem (*f*). Nimirum infra octavam Epiphaniæ, Paſchatis, Pentecoſtes, in hebdomada majori, Feria quarta Cinerum, & in Vigilijs Nativitatis Domini & Pentecoſtes. Et quando feſtum eſt duplex, quia duplex ſolemnitatem habet(g). Et quando Miſſa votiva exigitur de Aſſumptione B. Virginis, de Nativitate ejuſdem, & ejusmodi, dici poteſt Miſſa de B.V. votiva cum intentione ad honorem Aſſumptionis &c. aliàs enim dedecet dicere: *Gaudeamus omnes in Domino diem feſtum &c.* vel imutare verba, *diem feſtum* in *Commemorationem*; quia alia ſequerentur incommoda, neq; laicorum cauſa violandæ ſunt rubricæ(*h*). Qui habet onus Miſſam celebrandi de Roſario (quæ tantùm Ordini Prædicatorum eſt conceſſa) poteſt dicere Miſsam votivam de B.V. ut in Miſſali, & ſatisfaciet (*i*). Et Miſſæ certis Regularibus conceſ-

ſæ,

ſæ, non poſſunt ab alijs dici, etiam in ipſorum Regularium Eccleſijs(*k*). Et Miſſæ XV. Auxiliatorum, S. Gregorij pro vivis & defunctis, Venetijs, & alibi impreſſæ; Item de Patre æterno, ſunt omninò prohibitæ(*l*). Non tamen prohibentur eæ Miſſæ, quæ numero Triginta nominet. Gregorij appellantur, de quibus in Dialog: 4. c. 55. (*m*) Et poſſunt eſſe vel de Requiem, vel de occurrente cum applicatione Sacrificij Animæ pro qua dicuntur. In ipſa Miſſa ritus & preces approbatæ tantùm adhibeantur (*n*).

*(a) *S. Congr: Conc: de celebrat: Miſſ: ad 4. reſpondetur.*(b)*Ead: Congr: 13. Julij, 1630.* (c) *S. Congr: ad dub: 8. de anno 1616.* (d)*Conge: Concil: in Neapolit: 17. Aug: & in Favent: 7. Sept: 1630.* (e) *S. Congr: de celebr: Miſſ: 21. Junij, 1625.* (f) *S. Congr: Rit: 28. Aug: 1626. & 1627.* (g) *Gavant: commentar: in Rubr: Miſſ: p. 1, tit: 4. n. 3.* (h) *Idem p. 4. tit: 17. n. 7.* (i)*Ead: Congr: 6. Maij 1623. & 23. Julij, 1632.* (k) *Ead: 19. Novemb: 1622.* (l)*Ead: 8. Apr: 1628.*(m)*Ead: 28. Octob: 1628.* (n) *Trid: ſeſſ: 22.*

7. Parochus obligatur monere populum, ut Miſſas frequentet, cogere tamen non poteſt, ut audiat in Parochia(*a*). Licitum enim eſt populo in diebus feſtis Sacrificio Miſſæ in Eccleſijs Regularium intereſſe (*b*) quinimò audientes etiam in Sacello, aut Oratorio privato, etiam in majoribus ſolemnitatibus totius anni, ſatisfaciunt

ciunt præcepto ex conſvetudine univerſo pœnè orbe recepta, ſcitâ, & toleratâ ab ipſis Parochis, dummodò in contemptũ Parochi id non efficiant(*c*). Nomine contemptûs autem, intelligitur expreſſus cum indignatione & convitijs in proprium Parochum jactatis(*d*). Secùs ſi in licentia celebrandi Miſſas in Oratorio privato excipiantur, ut moris eſt, majores ſolemnitates non celebrandi ibidem.

* (a) *Deciſum refertur apud Barboſ: de offic: & pot: Epiſc: p. 2. alleg: 24. n. 17.* (b) *Congr: Epiſ: 1. Junij 1606.* (c) *Navar: in man: cap: 22. n. 5.* (d) *Azor: inſtit: moral: p. 1. l. 7. c. 6. q. 4. in fine.*

8. Parochus in gravi neceſſitate poteſt ſine Miniſtro celebrare(*a*). Si nullum habet Miniſtrum, qui reſpondere ſciat, dummodò habeat maſculum, qui urceolos miniſtret, poterit ipſe etiam absq; neceſſitate ſibi reſpondere (*b*). In defectum miniſtri neſcientis reſpondere, poteſt Sacerdos præire, dicendo quæ veniunt reſpondenda, & Miniſter ſequi recitando verba Sacerdotis(*c*); In Miniſtrum tamen ne admittat fœminam; eſt enim magis indecens & periculoſum, fœminam adhibere, quàm ſine miniſtro celebrare (*d*). Néq; etiam in neceſſitate, pro reſponſione Miſſæ, fœminam miniſtram habeat(*e*). Poteſt quoq; uno lumine olei vel adipis in neceſſitate absq; mortali celebrare(*f*). Licet enim communi Eccleſiarum conſvetudine receptum ſit, ut lumen ſit geminum & in ce-

ra, ob cauſam tamen etiam non valdè gravem, celebrari poſſet cum uno cereo, vel igne ardente in oleo aut ſevo, modò ſcandalum abſit(*g*).

*(a) *N. Homob: de Exem: Eccl: p. 1. tr: 4. c. 15. quaſ: 146.* (b) *Poſſev: de off: Curat: c. 2. n. 9.* (c) *Svar: tom: 3. q. 83. diſp: 88. ſect: 2. in fin.* (d) *Bonac: de Sacr: diſp: 4. q. ult: punc: 9. n. 32.* (e) *Svar: tom: 3. diſp: 87. ſect: 1.* (f) *Jacob: de Graff: in aur: deciſ: p. 1. lib: 2. c. 43. n. 1.* (g) *Laym: l. 3. tr: 5. c. 6. n. 17.*

9. Celebrans Miſſam in Altari, in quo imago Crucis non exiſtit, non peccat mortaliter (*a*) ſtante neceſſitate, & ſecluſo ſcandalo ac contemptu. Si Parochus evocetur ab Altari ad Baptiſmum, aut Sacramentum pœnitentiæ aut Viaticum conferendum ei qui periclitatur, neque periculum moram patiatur, poteſt relinquere Sacrificium etiam peracta conſecratione, & quo neceſſitas vocat, properare. Monendus tamen eſt populus de causa, ne offendatur, & ſtatuendus ad Altare qui obſervet, nè quod periculum Euchariſtiæ interim creetur. Idem dicendum ſi vocetur ad Infirmum ungendum, cui nullum aliud Sacramentum miniſtrari poteſt(*b*). Si poſt Evangelium ante oblationem ex conſvetudine Concio habeatur, poteſt Parochus depoſitâ caſulâ interim non procul ab Altari confeſſiones excipere; extra Concionem verò minimè, quando ipſe ſacrificat, niſi neceſſitas imperet; eſt enim indecens, & non ſine offenſio-

Digitized by Google

ſione talis interruptio(*c*). Deficientibus particulis fas eſt Sacerdoti partem hoſtiæ à ſeipſo conſecratæ Laico præbere, ſive causâ infirmitatis, nè ſine Viatico decedat, ſive causâ devotionis, iſte S. Synaxim ſumat (*d*) ; quia Sacerdos non tenetur conſumere totam quantitatem materiæ ab eodem conſecratæ, ut patet in eo caſu, quando unam hoſtiam & plures particulas, vel duas hoſtias, quarum una in Sacrario ſit reponenda, conſecravit. Ante auroram vel poſt meridiem poteſt Parochus Sacrum habere causâ communicandi Infirmum morti proximum; prævalet enim ſalus Infirmi conſvetudini, vel præcepto contrario, nec eget diſpenſatione Epiſcopi (*e*). Absq; Calice tamen conſecrato, & ſacris veſtibus, non licet Sacrificare, etiam ad comunicandum infirmum; quia prævalet reverentia huic Sacramento debita, utilitati infirmi ſpirituali(*f*). Ad benedictiones Nuptiales impertiendas, & pro ſepeliendo mortuo, ubi cum Miſſa ſepelitur, tenetur Parochus celebrare diebus non feſtivis(*g*).

* (a) *N. Homob: ubi ſupra q.143.* (b)*Navar: de hor: Can: c.16.n.69.* (c)*DD: apud Bonac: diſp: 4.q.6.punc: 1.n.20.* (d)*N. Homob: de Exam: Eccleſ: p.1.tr: 4.c.11.q.110. & Fagund: de 5.præc: Eccl: par: 1.l.3.c.20.n.8.* (e)*Navar: in man: c. 25.n.85.* (f) *DD: Com; & N. Marchin: de bello Div: part: 3.c.9.n.8.* (g)*Lud: à S. Joan: de adm: Sacr: art: 1.tit: de reſid: n.13. in fin.*

10. Parochus, ſi recordetur ſe non jejunum, vel excommunicatum, aut irregularem eſſe, & Canon nondum cœptus ſit, tutiùs agit abſtinendo à Miſſa, ſi ſine gravi ſcandalo poſſit(*a*). Quod omninò faciendum eſt, ſi Miſſa privatim celebratur; ſi verò publicè, plerúmq; conſultiùs eſt progredi(*b*); quia fermè abſiſtere non poteſt Sacerdos ſine aliqua nota, præſertim ſi jam oblatio facta, vel Canon Miſſæ cœptus ſit. Ratio horum omnium eſt; quia ubi difficultas occurrit, ſemper eligendum eſt id, quod minùs periculi habet (*c*). Si aliquis excommunicatus, & non toleratus Miſſæ Sacrificio intereſſe præſumat, qui expelli nequeat, dummodo Miſſæ Canon nondum cœptus ſit, habet Parochus juſtam cauſam relinquendi, vel interrumpendi cœptū Sacrificium(*d*). Si Sacramentum Infirmo miniſtrandum, non ſit tantæ neceſſitatis; puta ſi Euchariſtia per modum Viatici adminiſtranda ſit ei, qui paulò antè confeſſus fuerat, tunc non decet Sacrificantem poſt factam oblationem, vel certè poſt Canonem cœptum, exutis SS: veſtibus Sacrificium derelinquere. Si tamen homo in ipſo templo exiſtens S. Viatico indigeat, quia ſubitò morbo correptus, mox moriturus timeatur, debet Parochus etiam poſt conſecrationem ab Altari diſcedere, & Sacramentum miniſtrare(*e*). Si alicui in Extremis conſtituto S. Extrema Unctio adminiſtranda ſit, præſertim tali, cui petenti facilè denegari non poteſt, Paro-

Digitized by Google

Parochus ante factam oblationem à cœpta Miſſa deſiſtere poteſt, ſi ſcandalum abſit. In quo caſu ſi diù non abfuit, videlicet non ampliùs horam, tunc reverſus pergere debebit, à quo loco reliquerat. v. g. dicto Evangelio, ſicuti ſi concio interveniſſet. Sin verò longa mora interpoſita fuit, quia v. g. ad locum diſtantem evocatus erat Parochus, tunc ab initio Miſſam repetere debet (*f*).

*(a) *S. Thom: q. 83. art: 6. ad 22.* (b) *Coninck: art: 8. n. 64.* (c) *S. Thom: ibid:* (d) *Laym: in Theol: mor: l. 5. tr: 5. c. 7. n. 2.* (e) *Gloſſ: in c. Nullus.* (f) *Laym: ubi ſupra.*

11. In Germania & alijs locis validè conſecrat Sacerdos in vino paulò ante congelato; eſt enim etiam vinum cùm congelatum eſt (*a*) graviter tamen peccaret, qui tale vinum conſecraret, quòd ſi tamen congelatio priùs ſolveretur, non eſt improbabile (*b*) quamvis deceret aliud ſumere, & omninò ſvadendum eſt, quando comodè fieri poteſt (*c*). Si vinum conſecratum congeletur, non deſinit eſſe Christus ſub ſpeciebus, & ideò minimè aliud vinum conſecrandum eſt (*d*). Unde Miſſale Romanum monet, ſi contingat vinum conſecratum in Calice congelari, debere liquefieri & ſumi.

*(a) *Sà v. Miſſa n. 3.* (b) *Coninck: de Sacram: q. 74. art: 5.* (c) *Svarez: in 3. par: tom: 3. diſp: 45. ſect: 1. in fin.* (d) *Laym: l. 5. tr: 4. c. 2. n. 6.*

Digitized by Google

EX SYNODO PRAGENSI

Tit: de MISSÆ SACRIFICIO.

PRimam Miſſam, Primitiæ dicta, nè quis celebrare audeat, niſi priùs ab Archi-Diacono, alióve cui id cura dedit Ordinarius, in cæremonijs obeundis, approbatus fuerit, & facultatem ab eodem Ordinario, Officialíve ſuo obtinuerit ſcripto per verbum, Placet, pœna ſuſpenſionis propoſita contravenientibus, quam eo ipſo ſubeant. Nemo Clericus vel Laicus in ſuis ſecularibus Eccleſijs, Capellis vel Oratorijs, quamvis ab Ordinario probatis, etiamſi Juris-Patronatûs fuerint, quenquam Sacerdotem ſecularem, qui advena ſit, vel peregrinus, celebrare patiatur, niſi oſtenderit formata, literáſve teſtimoniales, ſeu dimiſſorias Ordinarij ſui, intra ſex menſium ſpatium ad ſummum datas, & ab Ordinario, Officialíve ſuo recognitas, & ſcripto comprobatas: In qua recognitione exhibere teneantur Teſtimonium ſcriptum, de eorum vita & moribus ab ijs Ordinarijs, in quorum Diœceſi, poſt literas dimiſſorias à ſuo Epiſcopo obtentas, aliquamdiu permanſerint. Quod autem de Sacerdotibus ſecularibus praſcribitur, illud etiam locum habet in Regularibus, cujuſvis Ordinis & inſtituti, etiam exemptis, qui abſq; ſuorum Superiorum facultate literiſq; teſtimonialibus, de eorum vita & moribus nulla ratione admittantur ad celebrandum in Eccleſijs, Oratoriiſve, ſeu Capellis etiam Laicalibus, Archi-Epiſcopali Juriſdictioni ſubjectis. Miſſam non celebret quivis Sacerdos

dos in Altari, in quo Archi-Epiſcopus, aliúsve Epiſcopus eo die celebrârit, niſi conceſſum illi fuerit.

MISSÆ DEFUNCTORUM, SEU DE REQVIEM.

I.

PArochus, & quilibet alius Sacerdos non impeditus legitimè tenetur ſub culpa mortali Sacrum facere in certo Altari à Teſtatore præſcripto; quia violat privatam legem Teſtatoris, non tamen tenetur ad reſtitutionem, ſi alibi pro eo celebret(*a*). Si tenetur celebrare in Altari privilegiato pro defuncto, & alibi celebrat cum Numiſmate v. g. S. Caroli, quo anima poteſt liberari à Purgatorio, peccat mortaliter; quia non ſervat pactum, & tutius eſt privilegium Altaris, quàm Numiſmatis, de quo dubitari poteſt, an ſit benedictum (*b*). Anniverſaria nè fiant in die feſto, ſed eo caſu in ſequenti die (*c*). Tolerantur Miſſæ privatæ de Requiem in feſto duplici quod non eſt de præcepto pro implenda voluntate Teſtatorum (*d*). Extra hunc caſum, & alios de quibus in rubricis Miſſalis, laicorum causâ non ſunt violandæ rubricæ, nec minuendæ feſti duplicis ſolennitates. In Altari pro certis diebus privilegiato, non poteſt dici Miſſa de Requiem in feſto duplici de præcepto(*e*). In diebus, quibus prohibetur fieri de feſto duplici, non debent dici Miſſæ de

de Requiem (*f*) nimirùm infra octavam Epiphaniæ, Paſchatis, Pentecoſtes, Hebdomadæ majoris, Feria quarta Cinerum & in Vigilia Nativitatis Domini, & Pentecoſtes. Poteſt celebrari Miſſa pro defunctis in Dominicis & Feſtis, inſepulto, & in Eccleſia præſente corpore (*g*), Ubi nimirum viget conſvetudo ſepeliendi defunctos unà cum Miſſa. Et Sermo poteſt haberi in funere finita Miſſa(*h*). Pro Miſſa de Requiem poteſt dici Miſſa de Sancto vel de feria currente, quando majori devotione afficimur in his Miſſis, & eò magis ſi Rubricæ obſtent, quibus eſt magis obediendum(*i*). Miſſæ triginta S. Gregorij non ſunt prohibitæ; debent autem dici hoc modo, ex eodem S. Gregorij 4. lib: Dialog: c. 55. nimirùm per 30. dies continuos, ab uno vel à pluribus Sacerdotibus ſucceſſivè: recitata Miſſa quæ occurrit, vel de Requiem juxta Rubricas Miſſalis, cum applicatione Sacrificij animæ illi, pro qua dicuntur(*k*) Si intra hos triginta dies occurrat Paraſceve cum Sabbato S.; imò etiam feria V. in Cœna Domini, non tamen dicuntur triginta dies diſcontinuati; quia Eccleſia prohibet celebrationem Miſſæ duobus primis prædictis diebus, & in feria V. Cœnæ Domini jubet comunionem Sacerdotum in unica Miſſa ſolemni; qui verò celebrant in feria V. & Sabbato prædictis, poſſunt continuare 30. dies, omiſſo die Paraſceves, in quo non propriè fit Sacrificium. Si dican-

cantur 30. Miſſæ uno die, vel pluribus diſcontinuatis diebus, proderunt quidem, ſed non ex inſtitutione S. Gregorij, de qua in Dialogo loc: cit. Et eodem modo, ſi intra 30. Miſſas enumeres, quas ter in die Nativitatis Domini celebrabis(*l*); ſufficit enim, ut eo die una Miſſa titulo Miſſarum S. Gregorij pro defuncto dicatur, aliæ duæ, pro quibus quisq; voluerit.

*(a)*Bonac: de Euchar: diſp: 4. p. ult: n. 7. §. 4. à n. 2. ad finem.* (b)*Fraxinell: de oblig: Sacerd: ſect: 4. concl: 4. §. 9. n. 1.* (c) *Congr: Rit: 27. Sept: 1608* (d) *Ead: 1. Sept: 1607.* (e)*Ead: 24. April: 1627* (f)*Ead: 28. Aug: 1617.* (g) *Congr: Rit: 23. Maij 1603.* (h)*Rubr: Miſſ: tit: 13. n. 3.* (i)*Gavant: tom: 1. p. 3. tit: 12. n. 2. & ſeq.* (k) *Congr: Rit: 28. Octo: 1628.* (l) *Idem Gav: tom: 1. in Theſaur: Sacr: Rit.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: De SS: MISSÆ SACRIFICIO.

CApellarum oneribus & Miſſarum numero, cuivis beneficio Eccleſiaſtico, fundatione, alióve nomine adjuncto, unusquisq;, prout ſui muneris partes requirunt, ſatisfaciat. Quibus autem in Eccleſijs, ob multa, variáq; legata, Miſſas uſq; adeò multas celebrari oportet, ut pro ratione ſingulorum dierum, quos teſtamento, aliáve ultima voluntate, Teſtatores præſcripſerunt, muneri, quod eorum pijs voluntatibus debetur. ob Sacerdotum penuriam ſatisfieri non poteſt; aut Eleemoſyna eo nomine aſſignata

gnata adeò tenuis eſt, ut non facilè inveniatur, qui velit ſe huic muneri ſubijcere; Unde depereunt pia teſtantium voluntates, & eorum conſcientias ad quos prædicta ſpectant, onerandi occaſio datur, Eccleſiarum Rectores ſivè Parochi, aliive quorum intereſt, omnia ſingillatim Ordinario ſignificet, ut re diligenter perſpectâ, poſſit in illis Eccleſijs, quas hac proviſione indigere cognoverit, juxta Conc: Trid: ſeſſ: 25. de Ref: c. 4. ſtatuere circa hæc, quidquid magis ad DEI honorem & cultum, & Eccleſiarum utilitatem, videbit expedire; Ita tamen, ut in ſingulis Miſſis, quæ Jure reductionis celebrabuntur, eorum defunctorum commemoratio fiat, qui pro animarum ſuarum ſalute legata ad pios uſus reliquerunt, idq; per intentionem applicationis Miſſarum; per preces in ſecundo Memento, & per Collectas in Miſſis fieri poterit.

MISSARUM REDUCTIO.

TItulus hic ponitur huc, non quaſi Parochi habeant facultatem reducendi onera Miſſarum, ſed ut ſciant, ad quem recurrere debeant, ſi in ſuis Eccleſijs invenient magnum Miſſarum numerum, pro quibus celebrandis adeò tenuis Eleemoſyna relicta ſit, ut non facilè inveniatur, qui velit ſe huic muneri ſubijcere; Tum quia poſt emanatum Concilium Tridentinum, & publicationem Synodi Pragenſis plures declarationes S. Congregationis Concilij evul-

evulgatæ ſunt quæ partim derogant ipſi Concilio, & partim dictæ Synodo, & ſunt ſequentes deſumptæ ex Collectaneis Bullarij Auguſtini Barboſæ, ex ſumma Dianæ,& exCommentarijs Fagnani in quinq; libros Decretalium ſub hoc titulo Reductionis Miſſarum.

1. Sacra CongregatioConcilij Tridentini Interpretum olim conſulta:An facultas tributa in Diœceſana Synodo, & Generalibus Ordinum in Capitulis generalibus per Decretum Concilij *cap: 4. ſeſſ: 25.* ſit intelligenda de præteritis omnibus ab antiquo usq; ad Concilium,& primam Congregationem Epiſcopalem,ſeu generalem Capitulorum Ordinum, aut etiam de oneribus in futurum imponendis, quotiès opus fuerit? Reſpondit *d. cap: 4.* eſſe intelligendum de onere Miſſarum impoſito ante Concilium; Non ita ſi poſt (*a*). Item cenſuit Decretum *d. cap: 4.* non procedere in obligationibus Miſſarum, quæ impoſitæ ſuntCapellis erectis in titulum, ſive ex prima inſtitutione Teſtatorum,ſive ex alia quacunq;. Et propterea in Decretis *de celebr: Miſſ:* ab Urbano VIII. confirmatis §. 1. Eadem S. Congregatio diſtrictè prohibet, atque interdicit, nè Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquo modo reducant onera ulla Miſſarū celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis: Sed pro his omnibus reducendis,aut moderandis,aut commu-

mutandis ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perſpectâ id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, *ut in Bullar: tom: 4. pag: 315.* Quinimò etſi legatum ſit ità tenue, ut non ſit qui velit onus illi injunctum ſubire, & ſi recurrendum ſit ad Sedem Apoſtolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum inſumendum ſit pro expenſis ad id neceſſarijs; nihilominùs S. Congr: cenſuit, pro reductione oneris, ut ſupra impoſiti, ab ijs, ad quos pertinet, Sedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quæ abſq; ulla impensa id ſtatuet, quod magis in Domino è re eſſe judicaverit. *eod: tom: 4. pag: 317.* (*b*) Nota tamen quod Miſſarum onus injunctum reducere & moderare poſſit Epiſcopus etiam poſt Decreta *de celebr: Miſſar:* ſi in ipſa beneficij inſtitutione id expreſsè cautũ fuerit (*c*). Secùs verò dicendum eſt, ſi expreſsè cautum non fuerit, quia onera beneficij in eorum fundatione injuncta ſervari mandat Concilium Tridentinum *ſeſſ: 25. cap: 5.* Et meritò; nam fundatio & dotatio illa habet ſe per modũ quaſi contractûs ultrò citróq; obligatorij, ſeu donationis ſub modo; quam cum Epiſcopus admiſerit, & proviſus, dum inſtitueretur, non recuſaverit, non poteſt modò onus detrectare (*d*), imputétq; ſibi beneficiatus, ſi paſſus eſt ad tenuem ordinari Eccleſiam ſeu beneficium (*e*). Hinc S. Congr: Concilij cenſuit non eſſe concedendum indultum, quod petebatur, reductionis one-

erum Miſſarum beneficio incumbentium; m quia Concilium juncta declaratione ipſius ongregationis non permittit reductionem Miſſarum, quarum celebratio in fundatione eneficij injuncta fuit; tûm quia ex hoc fideles candalizarentur, & à fundationibus retraherentur; tum quia ceſſant cauſſæ Concilij, quod on reperiantur, qui tale onus ſubire velint, um beneficiati acceptantes beneficia ſpontè etiam onus ſuſceperint. Adverte tamen Decretum *cap: 5. ſeſſ: 25.* quod jubet ut oneribus beneficio incumbentibus non derogetur, recipere declarationem à jure communi, & *in cap: 8. verſ: Quod ſi ſeſſ: 25.* ut locum habeat, ſi onera hujusmodi de jure vel de facto adimpleri poſſint, aliàs ſecùs. Et hanc interpretationem jam pridem videtur admiſiſſe S. Congregatio: Nam Conſulta: An facultas commutandi ultimas voluntates de jure communi Epiſcopo competens cenſeatur ſublata per ſpeciale remedium *cap: 4. ſeſſ: 25.* quo cavetur, ut Epiſcopus circa hæc in Diœceſana Synodo provideat; Reſpondit non eſſe ſublatam, ſi quæ Epiſcopis de jure cõmuni competebat circa ultimarũ voluntatum commutationem (*f*). Cæterùm cum clara ſit diſpoſitio Concilij *in d. cap: 4. ſeſſ: 25.* tribuentis Epiſcopo facultatem reducendi in Synodo Diœceſana numerum Miſſarum, quæ in aliquibus Eccleſijs ex varijs Defunctorum relictis impoſita ſunt, ſi numerus ſit adeò magnus, aut Eleemo-

moſynæ pro illis celebrandis ſint adeò tenues, ut non facilè inveniatur qui velit huic ſe muneri ſubijcere: Idem videtur reſpondendum de Anniverſarijs, omnia enim ſacra ſunt(*g*) nec eſt ratio quare anniverſaria ſubtrahantur ab ipſa Concilij diſpoſitione. Et propterea S. Congregatio cenſuit *d. cap: 4. ſeſſ: 25.* habere locum etiam in reductione Officiorum pro defunctis. Et in individuo cum Capitulo Cathedralis Neapolitanæ pro tenui Eleemoſyna incumberet onus celebrandi tot anniverſaria, ut ad remedium Concilij *in d. c. 4.* recurrendum foret, & hæſitaretur de facultate Archi-Epiſcopi, eo quod in d. c. 4. fieret mentio de Miſſis tantùm, & non de Anniverſarijs: S. Congregatio ad ipſius Capituli conſultationem reſcripſit Archi-Epiſcopo in hæc verba: (*Cum ex libello hoc Capituli iſtius Cathedralis nomine oblato cognitum eſſet ab Illuſtriſſimis Cardinalibus, qui Sacra Concilij Tridentini Decreta interpretantur, dubitari abs te, an ejusdem Concilij decretum ſeſſ: 25. cap: 4. intelligatur etiam de Annivesarijs; ij Amplitudini Tuæ ſignificandum cenſuerunt, Decretum prædictum in Sacrorum etiam Anniverſariorum reductione locum habere, ut in margine ipſius libelli adſcriptum eſt. Quamobrem Amplitudo tua præfati Canonis authoritate in caſu propoſito uti non dubitabit &c.*) 26. Novembris 1583. Philippus Boncompagnus Card: S. Sixti.

Recipit tamen hæc facultas moderandi Miſſas

ſas & Anniverſaria duplicem limitationem. Altera ut procedat tantummodo in oneribus impoſitis ante Concilium. Altera ut locum non habeat in obligationibus Miſſarum, quæ impoſitæ ſunt Capellis erectis in titulum, ut ex ipſius S. Congregationis ſententia ſuperiùs dictum eſt (*b*). Poſtremò nota, Capellæ appellatione venire Parochialem Eccleſiam; nam de Parochialib9 intelligitur hæc litera ſecundum omnes, cum referat ſe ad Concilium Generale Lateranenſe, quod de illis loquitur (*i*) quandoque tamen nomine Capellæ intelligitur Eccleſia Collegiata (*k*) quandoq; Domus Religioſa ſeu Monaſterium (*l*) frequentiùs autem Capellæ nomine intelligimus, ſeu Sacellum, id eſt, locum conſecratum DEO intra & extra Eccleſiam(*m*). Vel Altaria in eiſdem Sacellis conſtructa(*n*). Vel Capellanias ſive perpetuas, ſive manuales cum onere Miſſarum celebrandarum(*o*) licet ut plurimùm Capella, Altare, Capellania pro eodem accipiantur(*p*). Frequenter etiam Capellarum nomen uſurpamus pro Oratorijs ſeu privatis, ſeu publicis(*q*). Interdum etiam Capellæ dicuntur Sacrorum Solemnia, quæ coram Papa & Cardinalibus peraguntur(*r*).

* (a) *S. Congr: Conc: Teſtibus Hieron: à Sorb: in annotat: ad compend: privil: Regular. v. Miſſa 3. Confeſſ: in ſum: privil: Mendic: tit: 19. de divin: offic: & Miſſar: celebr: cap: 3. Barboſ: de off: & pot: Epiſc: p. 2. alleg: 29. n. 2.* (b) *Fagnan: in 1. par: ter-*

tertij Decretal: de præben: c. Significatum n. 15. (c) *S. Congr: Conc: ſuper Decretis de celebr: Miſſ: q. 1. imp: de anno 1626.* (d) *Arg: l. Imperator §. Enim verò.* (e) *c. Conquerente, & ibi DD: de Cler: Non reſid:; Gl: in c. Clericus victum in ver: Vtgilijs 91. diſt:* (f) *Fagnan: ut ſupr: de Conſtitutionibus c. Ex parte. n. 29.* (g) *Gl: 1. in c. Cum creatura de celeb: Miſſ:* (h) *Fagnan: ut ſupr: proximè n. 30.* (i) *c. Extirpanda.* (k) *c. Cum Capella de privil:* (l) *c. de Capellis Monach: ſpecul: eod. tit.* (m) *c. Quiſquis. verſ: Capella 17. q. 4. & Auctores apud Fagnan: in 1. par: tertij Decretal: de præben: c. Expoſuiſti n. 3.* (n) *Felin: in c. Ex parte 1. l. 2. n. 1. & ſeq:* (o) *Fagnan: in c. de ætat: & qual:* (p) *Gloſ: in Clement: 2. verſ: Quartò.* (q) *Fagnan: in c. Expoſuiſti de præbendis n. 3.* (r) *Card: Paleott: de Sacr: Conſiſt: conſultat. p. 5. q. 11. pag: 313. lit: B.*

2. Ubi Concilium Tridentinum eſt receptũ, reductio Miſſarum ab Epiſcopo facienda omninò eſt in Synodo; nam ita diſponit Concilium (*a*); Ubi verò non eſt receptum, procedit opinio Henriquez quod fieri poſſit extra Synodũ (*b*). Non poſſunt tamen Generales Religionum extra Capitulum; quia Epiſcopis id competit de Jure communi, quod Concilium non mutavit; pro Abbatibus verò, & Generalibus ſtatuit Jus novum (*c*).

* (a) *Bonac: de Sacram: diſp: 4. q. ult: punc: 7. §. 2. n. 9.* (b) *Henriq: in Gloſſ: lit: P. p. 2. trac: 14. reſol: 3.* (c) *Barboſ: de poteſt: Epiſ: p. 3. alleg: 28. n. 12. & ibid. reſol: 4.*

OBLA-

OBLATIONES.

I.

OBlationũ appellatione continetur, quidquid fidelis offert DEO & Eccleſiæ(*a*) ſive ſint res mobiles, ſivè immobiles, nec refert teſtamento legentur, vel aliter donentur(*b*). Quæ in uſum Eccleſiæ Miniſtrorum reponuntur, ſunt de jure Parochiali(*c*) quia illis propter adminiſtrationem Sacramentorum ſunt debitæ(*d*). Oblationes autem & anniverſaria pertinent ad Rectores & Vicarios Eccleſiarum militarium, & non ad Cōmendatarios ſeu Præceptores earum, quia illa non veniunt appellatione Decimarum, quæ tantùm conceduntur & debentur Cōmendatarijs(*e*). Vice-Curatus quando ſervierit Eccleſiæ, & adminiſtraverit Sacramenta Parochianis pro Rectore infirmo ſeu aliàs impedito, conſequitur emolumenta ipſius Rectoris, & licita eſt ei retentio oblationum, & Eleemoſynarum ſibi factarum(*f*). De præcepto tamen oblationes non debentur, cum id in SS:Canonibꝰ nunquam appareat, niſi in ſequentibus caſibus (*g*). *Primus eſt*: Cùm debentur per modum cenſus, penſionis aut conventionis antea factæ cum Eccleſia(*h*). *Secundus*: cùm debentur ex teſtamẽto, legato, donatione, voto &c.(*i*). *Tertius*: Quãdo Miniſtri non habent congruam ſuſtentationem; ex eo quod Parochiani non ſolvant decimas ſufficientes ad ſuſtentationem, nam ſi ſol-

verent, non daretur talis obligatio(*k*). Si non ſolvunt, tenentur Parochiani ex præcepto naturali & divino ad exhibendas oblationes Presbyteris miniſtrantibus ſpiritualia, ubi ipſi Presbyteri indigentes ſunt, nec habent, unde poſſint ſibi neceſſaria miniſtrare(*l*). Et poſſunt prædicti Parochiani per viam excommunicationis hoc caſu ad eas ſolvendas compelli, niſi tantâ inopiâ laborent Parochiani, quòd ei ſufficienter providere non poſſint, quo caſu manibus victum quærere debet, ne Parochianis oneroſus exiſtat (*m*). *Quartus*: Cùm alicubi Oblationes conſvetudine ſunt introductæ; nam ubi extaret, quod in quibusdam feſtivitatibus Parochiani ſoliti ſint certas facere oblationes, illis neglectis, aut non præſtitis poſſunt per Superiorem cogi ad illam conſvetudinem ſervandam, & videtur intelligendum de conſvetudine per decem annos recepta(*n*). Notandum hanc conſvetudinem, licet à principio voluntariam, & minimè obligatoriam, ſenſim poſſe habere vim legis, & obligare, quia acceptata eſt, & præſcripta ut obligatoria(*o*). Et ad hoc tria requiruntur, ut valeat conſvetudo prædicta offerendi Clericis in Eccleſia, & poſſint compelli Laici ad eam obſervandam, tanquam laudabilem (*p*). *Primùm* quod Parochiani gratis, ſpontè, purè & ſimpliciter, nullâ neceſſitate cogente, vel pactione, vel pignore præcedente, ſed ex devotione principaliter obtulerint & ſolverint. *Secundum*, Ut quod

à Pa-

Parochianis ſolvitur ſit certum, taxatum ta-
nen arbitrio Parochianorum, non autem Re-
oris Eccleſiæ. *Tertium*, quòd totus populus,
el major pars perſiſtat in ſervando prædictam
udabilem conſvetudinem, quia tunc cogi po-
runt ſingulares eam non ſervantes.

*(a)*Cap: Cum inter. de verb: ſignif:* (b)*cap: Qui
lationes. c. Clerici 23. q. 1.* (c)*C. Quia Sacerdo-
13. c. Sanctorum 14. 10. q. 1.* (d)*Hoſt: in ſum:
de Parocho n. 3. verſ: & hac Presbytero.* (e) *Fr:
h: qq. Reg: tom: 1. q. 34. art: 7.* (f) *Cagn: l. tom:
deciſ: conſult: 80. per totum.* (g)*S. Thom 2. 2. q.
art: 1.* (h)*Angel: in ſum: v. Oblatio num: 1.* (i)
buff: de Decim: q. 1. n. 24. (k) *Svar: de Relig:
: 1. tr: 2. l. 1. c. 5. n. 7.* (l) *Sot de Juſt: l. 9. q. 3.
: 1.* (m) *Guttierez can: l. 2. c. 21. n. 139.* (n)
var: in man: c. 13. n. 19. (o) *Guttierez loc: cit:
140.*

2. Oblationes factæ *alicui Capellæ in Eccleſia
ſtenti*, non Capellano, ſed Eccleſiæ, & Rectori
bentur (*a*) niſi appareat relictum eſſe intuitu
pellæ non Eccleſiæ (*b*). In dubio Oblationes
tæ in *aliquo Altari* præſumuntur fieri intuitu
cleſiæ (*c*). Quæ fiunt *in Capella vel Oratorio* ſi-
nter Parochiæ fines, non Oratorio, ſed ipſi
ochiali adjudicari debent (*d*). Etiamſi obla-
nes fierent *in Capellis* ubi erecta eſſent diſtin-
beneficia, quia nihilominus Parochiali &
ocho, non Capellis & Beneficiarijs cederent.
Oblationes factæ *Imagini* depictæ in parie-

verent, non daretur talis obligatio(*k*). Si non ſolvunt, tenentur Parochiani ex præcepto naturali & divino ad exhibendas oblationes Presbyteris miniſtrantibus ſpiritualia, ubi ipſi Presbyteri indigentes ſunt, nec habent, unde poſſint ſibi neceſſaria miniſtrare(*l*). Et poſſunt prædicti Parochiani per viam excommunicationis hoc caſu ad eas ſolvendas compelli, niſi tantâ inopiâ laborent Parochiani, quòd ei ſufficienter providere non poſſint, quo caſu manibus victum quærere debet, ne Parochianis oneroſus exiſtat (*m*). *Quartus*: Cùm alicubi Oblationes conſvetudine ſunt introductæ; nam ubi extaret, quod in quibusdam feſtivitatibus Parochiani ſoliti ſint certas facere oblationes, illis neglectis, aut non præſtitis poſſunt per Superiorem cogi ad illam conſvetudinem ſervandam, & videtur intelligendum de conſvetudine per decem annos recepta(*n*). Notandum hanc conſvetudinem, licet à principio voluntariam, & minimè obligatoriam, ſenſim poſſe habere vim legis, & obligare, quia acceptata eſt, & præſcripta ut obligatoria(*o*). Et ad hoc tria requiruntur, ut valeat conſvetudo prædicta offerendi Clericis in Eccleſia, & poſſint compelli Laici ad eam obſervandam, tanquam laudabilem (*p*). *Primùm* quod Parochiani gratis, ſponte, purè & ſimpliciter, nullâ neceſſitate cogente, vel pactione, vel pignore præcedente, ſed ex devotione principaliter obtulerint & ſolverint. *Secundum*, Ut quod

à Pa-

à Parochianis ſolvitur ſit certum, taxatum tamen arbitrio Parochianorum, non autem Rectoris Eccleſiæ. *Tertium*, quòd totus populus, vel major pars perſiſtat in ſervando prædictam laudabilem conſvetudinem, quia tunc cogi poterunt ſingulares eam non ſervantes.

*(a) *Cap: Cum inter. de verb: ſignif:* (b) *cap: Qui oblationes. c. Clerici 23. q. 1.* (c) *C. Quia Sacerdotes 13. c. Sanctorum 14. 10. q. 1.* (d) *Hoſt: in ſum: tit: de Parocho n. 3. verſ: & hæc Presbytero.* (e) *Fr: Em: qq. Reg: tom: 1. q. 34. art: 7.* (f) *Cagn: l. tom: 2. deciſ: conſult: 80. per totum.* (g) *S. Thom 2. 2. q. 8. art: 1.* (h) *Angel: in ſum: v. Oblatio num: 1.* (i) *Rebuff: de Decim: q. 1. n. 24.* (k) *Svar: de Relig: tom: 1. tr: 2. l. 1. c. 5. n. 7.* (l) *Sot de Juſt: l. 9. q. 3. art: 1.* (m) *Guttierez cano: l. 2. c. 21. n. 139.* (n) *Navar: in man: c. 13. n. 19.* (o) *Guttierez loc: cit: n. 140.*

2. Oblationes factæ *alicui Capellæ in Eccleſia exiſtenti*, non Capellano, ſed Eccleſiæ, & Rectori debentur (*a*) niſi appareat relictum eſſe intuitu Capellæ non Eccleſiæ (*b*). In dubio Oblationes factæ in *aliquo Altari* præſumuntur fieri intuitu Eccleſiæ (*c*). Quæ fiunt *in Capella vel Oratorio* ſito inter Parochiæ fines, non Oratorio, ſed ipſi Parochiali adjudicari debent (*d*). Etiamſi oblationes fierent *in Capellis* ubi erecta eſſent diſtincta beneficia, quia nihilominus Parochiali & Parocho, non Capellis & Beneficiarijs cederent (*e*). Oblationes factæ *Imagini* depictæ in parie-

te domûs alicujus perſonæ privatæ, Parochiali cedunt, intra cujus fines ſitus eſt paries, niſi offerens obtuliſſet contemplatione Domini domûs, putà ſi talis eſſet pauper, vel offerens ſciret Dominum domûs ex conſvetudine convertere oblationes in ſuas neceſſitates, vel in pios uſus: nec obſtat. *cap: Hanc conſvetudinem, cauſa* 11. *q.* 1. quia loquitur de oblatis in Eccleſia, non in loco profano (*f*). Quæ fiunt *Tempore Jubilei vel Anno ſancto in Eccleſia Cathedrali*, ſpectā ad Archi-Presbyterum ejusdem Eccleſiæ, no ad Epiſcopum; Nam cùm Archi-Presbyter ha beat curam animarum, & Sacramentorum ad miniſtrationem, habet per conſequens de Ju communi fundatam intentionem in omnib Oblationibus, idq; privativè ad Epiſcopu (g). Oblata *Celebranti in Eccleſia*, cedunt Rect ri(*h*). Quæ fiunt *in Miſſa de Sponſa* quæ celebr tur à Parocho in aliena Parochia, debent eſſe c lebrantis, cùm ejus contemplatione dentur (Quæ *Sacris Imaginibus* deferuntur, ſive in Eccl ſia Parochiali poſitæ ſint hujusmodi Imagi ſacræ, ſive extra, intra tamen limites Paroch debentur Parocho, qui habet fundatam int tionem in omnibus obventionibus conting tibus intra limites ſuæ Parochiæ(*k*); Jus en naturale habet Parochus intra limites ſuæ rochiæ, mediúsq; eſt inter DEUM & populu unde quemadmodum dogmata & Sacrame quæ proveniunt à DEO, exhibet populo,

vice verſâ exhibet DEO, ea quæ ſunt populi, nempe preces & oblationes, & qui Altari ſerviunt, de Altari participant(*l*). Non habet tamen Parochus fundatam intentionem ad effectum, ut oblationes convertat in proprium uſum, ſi à largientibus ad certum finem deſtinatæ fuerint, putà pro Miſſis & fabrica; largientium enim voluntas hoc caſu præciſè ſervari debet(*m*). Demùm hujusmodi oblationum ſolus Parochus habet adminiſtrationem(*n*) tamen in materia oblationum conſvetudo eſt attendenda(*o*).

*(a) *Felin: in c. Dilectus n. 1. de off: ordin:* (b) *Mar: Ant: Genuen: in pract: Archi-Ep: Neapol: c. 72. n. 14.* (c) *Hieron: Carat: in opuſc: de Jur: Parochi tit: 3. c. 9.* (d) *Rot: deciſ: 256. par: 1. recent:* (e) *Abb: in c. Paſtoralis n. 2. Rot: deciſ: 308. n. 2. par: 2. recent: & in Hiſpalen: Primitiarum 13. Maij, 1612.* (f) *Hieron: Carat: de tit: 3. c. 11.* (g) *Abb: in c. Quoniam notab: 1. de Decim: Rot: in Benevent: ſpolij 2. Decemb: 1585.* (h) *Hieron: Carat: d. tit: 3. cap: 13. in princ:* (i) *Idem ibidem in fine.* (k) *Text: in c. Paſtoralis, & ibi Canoniſtæ, de his quæ fiunt à Præl: ſiv: conſ: cap: Et text: in c. Hanc 10. q. 1. & in c. Dilectus de off: Ord: S. Congr: in una Canon:* (l) *S. Thom: ubi ſupra d. art: 2.* (m) *Roca in Bracharen: Oblationum 17. Decemb: 1612.* (n) *Abb: in c. Paſtorali n. 2. verſ: Adminiſtrationem autem. De his quæ fiunt à Præl: S. Conſ: cap:* (o) *Mar: Socin: de oblatione lib: 18. n. 17. & 26. Rot; in Lunen: Sarzanen: Oblationum 8. Febr: 1627.*

PA-

PAROCHUS.

I.

PArochus debet eſſe præditus morum gravitate ſeu probitate, ætatis maturitate, & literarum ſcientiâ (*a*). Recipiens beneficium curatum ante 25. annum (incœptum) cum talis à Jure ſit incapax, tenetur beneficium renunciare, & in conſcientia tenetur fructus reſtituere(*b*). Nec poteſt Epiſcopus diſpenſare, ut quis ante 25. annum incœptum Parochialem Eccleſiam obtinere valeat(*c*). Parochialem acceſſoriè unitam habens, ſufficit ut ſit conſtitutus in ea ætate, quam requirit beneficium, cui Parochialis acceſſoriè reperitur unita(*d*). Morum gravitate ſeu probitate carens, indignus eſt ſtipendijs de Chriſti patrimonio ſumendis(*e*). Tantâ debet literarum ſcientiâ præditus eſſe quâ plebem ſibi commiſsam valeat paſcere ſalutaribus verbis, atq; exemplis, & docere id quod eſt neceſſariũ ad ſalutem (*f*). Et liberum eſt Epiſcopo, tàm in viſitatione, quàm extra iterum examinare Parochum ſuper doctrina literatura, approbatum ab Anteceſſore, tempore proviſionis Parochialium, nec non ſuperveniente rationabili cauſa,& ſuſpicione ignorantiæ(*g*). Parochus quoq; debet infra annum à ſibi commiſſi regiminis tempore numerandi ſe facere ad Sacerdotium promoveri; quod intra id tempus promotus non fuerit, Eccl

ſibi commiſsâ, nulla etiam præmiſſa monitione, eſt ipſo Jnre privatus(*h*). Nec ignorantia excuſat(*i*). Juſtum tamen impedimentum excuſat, & requiritur ſententia ad omnimodam privationem(*k*). Ei qui Sacerdos non eſt tempore proviſionis, poteſt quidem conferri Eccleſia Parochialis, ſi tamen in ea ſit ætate, & aliàs idoneus, & intra annum poſſit promoveri ad Sacerdotium(*l*). Obtinens Parochialem, & intra annum non faciens ſe ad Sacerdotium ordinari, beneficium in conſcientia retinere non poteſt, ad fructûsq; reſtitutionem tenetur(*m*) & quidem ante Judicis ſententiam, quia conſtat de mente Legislatoris, volentis quod ante monitionem, & Judicis ſententiam privatio incurratur(*n*). Intra tempus, quo promoveri tenetur, legitimè impeditus, ceſſante impedimento, quoad utrumq; forum, non alium annum integrum, ſed tantum complementum partis anni, in qua legitimè impeditus fuit, ad promovendum acquirit(*o*). Qui Eccleſiam Parochialem inſufficientem ad victum obtinet, non tenetur ſe promoveri facere ad Sacerdotium infra annum, ſed eam dimittere cogitur(*p*). Inutilis, & miniſtrare impotens effectus, non eſt ſuo beneficio privandus, quia afflictis non eſt danda afflictio(*q*). Et hoc intelligitur de Jure & titulo beneficii(*r*).

*(a) *C. Cum in cunctis de elect: §. Inferiora.* (b) *Hoied: de incompat: benef: p. 1. c. 24. n. 5. & 19.*

(c)

(c)*Imol: in Clem:* 1. *n.* 34. *de ſtatu Monialium* (d) *deciſum refert Gallet: in marga: caſ: conſc: v. Canonicus* 5. *& v. Parochus.* (e)*S.Thom:* 2. 2. *q.* 63. *art:* 2. (f)*Trid: ſeſſ:* 5. *de ref: c.*2. (g)*Idem c.*6. *ſeſſ:*21 (h) *C. Licet canon:* 14. *de elect: l.* 6. (i) *Hoied: ſup: p.*1. *c.*24. *n.*19. (k) *per: Gl: celebrem: v. Juſto impedimento vetante in c. Commiſſa de elect: l.*6. (l) *c. Cum in cunctis.* §.*Inferiora de elect:* (m) *Navar: in man: c.*27. *n.*118. *& conſ:*1. *n.*2. *in antiq: aliàs conſ:*12. *in novis de reſcript: & de orat: c.*22. *n.*46 (n) *c. Licet Canon: ibi, nulla etiam præmiſſa monitione*(o)*Gare: de beneſi: p.*2. *c.*5. *n.*120. (p)*Idem p.*2. *c.* 5. *n.* 121. (q) *c. de Rectoribus. c. ex parte. c. fin: de Cleric: ægrot: c.*1. *eodem n.*32. (r)*Lancellot: in inſtit: Canon: l.*1. *tit: de Coadiut:* §.1. *& ult:*

2. Parochi cogendi ſunt ad ſubeunda per ſeipſos, & non per ſubſtitutos, ea munera, ad quæ tenentur; tolerandi autem, ut per ſubſtitutum ſuppleant in illis tantùm caſibus, quibus expreſſis verbis Canonum, Decretorúmve Concilij permiſſum eis eſt, ut per Vicarios, Coadjutores ſeu ſubſtitutos poſſint officio ſuo fungi (*a*). Cogi autem non poſſunt ab Epiſcopo, ſed hortari, ut ſubminiſtrent neceſſaria Presbyteris volentibus celebrare in eorum Eccleſijs (*b*). Candelas benedictas in feſto Purificationis non debent tranſmittere ad ædes ſecularium, ſed juxta laudabilem conſvetudinem, & ab Eccleſia univerſali obſervatam, tenetur populus in Eccleſia eas recipere (*c*). Et celebrans qui diſtribuit

buit candelas, cineres & palmas detecto capite diſtribuere tenetur(*d*). Curatus ſive Rector Eccleſiæ Parochialis, tanquam Caput Eccleſiæ, thurificandus eſt ante Dominum loci(*e*). Quia miniſtrari Sacramenta Parochianis, & Miſſas coram illis celebrari, eſt ipſis valdè neceſſarium ſi, Parochus providens eos carituros Sacramentis & Miſſis in longam infirmitatem incideret, carentia illa imputaretur ei ad culpam, ſaltem quando dedit cauſam(*f*).

*(a) *S. Congr: Conc: Nullius* 3. 1591. (b) *S. Rit: Congr: in Egitanien: in* 3. *dubio ſub* 10. *Junij* 1602. (c) *S. Congr: Epiſ: in Folignen: de anno* 1581. (d) *Congr: Rit:* 18. *Julij* 1626. (e) *Ead: Cong: Rit: in Turritan:* 7. *Auguſti* 1910. (f) *N. Boſſius tom:* 3. *var: moral: tit:* 21. *n.* 10.

Ex Synodo Pragensi
Tit: De Parochis.

Parochi, tàm in Urbe Pragenſi, quàm in alijs Civitatibus & locis Regni Bohemiæ, ubi aliqui Itali habitant, illos & publicè & privatim ſæpè moneant de obſervanda Conſtitutione fel: record: Clementis Papæ Octavi edita die 26. *Julij* 1596. *quâ ſtatuitur, ut nullus Italus, cujusvis conditionis & ſtatûs ille ſit, quovis quæſito colore, audeat habitare, vel domicilium tenere, ubi aliqua Eccleſia cum Parocho vel Paſtore ſeu Sacerdote Catholico non exiſtit, in qua liberè ſine omni periculo palàm & publicè celebra-*

lebrari, & audiri poſſint Miſſæ, officia Divina & Conciones, ac Sacramenta miniſtrari, mortuorum corpora ſepeliri, & cætera fieri juxta Catholicum ritum S. Romanæ Eccleſiæ. Abſtineant Itali à matrimonijs cum hæreticis mulieribus, & ab hæreticorum ſepulturis; Filios ſuos non ſinant per hæreticos de Sacro fonte levari; neq; ipſi hæreticorum filios, niſi à Catholico Sacerdote baptizentur, levare præſumant. Medicorum hæreticorum opera, ceſſante neceſſitate, ubi adſit Catholici Medici idonei copia, non utantur. Ex Italia ad hæreticorum loca profecturi, id ſignificent Ordinarijs ſuis vel Inquiſitoribus, à quibus ſeriò admoneantur, ut Catholicè & religiosè vivant, atq; hæreticos & ſchiſmaticos vitent. Singulis annis ſaltem, de eorum Sacramentali Confeſſione, & Sacratiſſimæ Euchariſtiæ perceptione per eos facta, fidem Ordinarijs ipſis, vel Inquiſitoribus transmittere teneantur. In eos qui contra hæc facere præſumpſerint, uti de hæreſi ſuſpectos, per locorum Ordinarios vel Inquiſitores procedi poterit. Hæc omnia ex dicta Conſtitutione.

Parochi curent, ut in una quaq; Parochia habeatur Ludimagiſter, qui Catholicus ſit, & eruditus, ac bonæ famæ. Id autem non ſolùm in Grammatices, & humaniorum literarum peritia; ſed etiam in fidei Chriſtianæ rudimentis, ac Catholica Religione, ad Petri Caniſij Cathechiſmi præſcriptum, pueros, adoleſcentéſve inſtruat, eosq; bonis moribus, Chriſtiana pietate, atq; ſpiritualibus exercitijs diligenter imbuat. Diligentiam item exhibeant, ut mulieres,

quæ in Parochijs puellas docent legere & ſcribere, Catholicæ ſint, & ſpectata vita, atq; in eis erudiendis, libris utantur Catholicis, & à proprio Parocho approbatis. Curent Parochi & Confeſſarij item, ut piæ teſtantium voluntates, & relicta in pios uſus, Eccleſijs, alijsq; locis, & perſonis, promptè ſolvantur. Parochi omnes ſæpè populis ſignificent, eos omnes tàm Clericos, quàm Laicos, qui alicujus Eccleſiæ, Beneficiíve, aut loci pij bona, cenſus, Jura, fructus & obventiones per ſe vel alios quacunq; arte, vel quovis quæſito titulo, in proprios uſus convertere, & uſurpare præſumpſerint, ſeu impedire, ne ab ijs, ad quos jure ſpectant, percipiantur, excommunicationem, & alias pœnas SS. Canonum, & generalium Conciliorum Jure contra hujusmodi inflictas, incurrere.

EX EADEM SYNODO.

Tit: de S. EUCHARISTIA,

CUm autem Itali plures, alijq; nonnulli, ſivè Clerici ſivè Laici requirant à Parochis, aliíſve Eccleſiaſticis, atteſtationes S. Confeſſionis & Communionis, & aliarum actionum Catholicam Religionem concernentium, caveant omnes, nè atteſtationem conficiant, niſi de ijs, quæ certò ſciunt, vera eſſe; Atq; ut in hujusmodi atteſtationibus omnis fraus, aut fraudis ſuſpicio tollatur, nè eas alicui tradant, niſi priùs à Metropolitano, Officialíve ſuo recognitæ, ſcriptóq; confirmatæ fuerint.

PAROCHUS MATRIMONIJ PROPRIUS.

I.

P*Arochus proprius*, quoad celebrationem Matrimonij dicitur is, in cujus Parochia habitant contrahentes tempore matrimonij(*a*). Rectiùs is dicitur, in cujus Parochia contrahentes domicilium habent, vel cui principaliter incumbit cura animarum in loco domicilij (*b*). *Parochianus quis efficitur*, ſtatim ac habitandi animum majori anni parte habens, incipit habitare(*c*) etiamſi quis mutet domicilium ſimulatè, & animo fraudandi proprium Parochum (*d*) quia ſic ſe transferentes ad alium locum jure ſuo utuntur, & hi validè contrahunt coram Parocho novæ habitationis, ſicut & transeuntes ad locum ubi non eſt publicatum Concilium ad illius obſervantiam fugiendam (*e*). Juxta prædictam doctrinam validum eſt Matrimonium Amaſiæ, quæ ſe tranfert ad domum Concubinarij cum intentione cum eo commorandi majori anni parte, ibiq; coram Parocho illius domicilij celebrat matrimonium, non cum Amaſio, ſed cum alio extraneo (*f*); quia ſic contrahit quaſi domicilium & efficitur parochiana Parochi Amaſij, & conſequenter validè contrahit. *Parochus originis* non poteſt aſſiſtere matrimonio, ſed hæc aſſiſtentia ſpectat ad Parochum illum, ſub cujus Parochia quis habitat

tat (*g*); quia cùm Concilium loquatur de proprio Parocho, abſq; dubio requirit præſentiam Parochi domicilij habitationis, & non originis, qui non eſt proprius. Matrimonium contractum coram Parocho illius loci, ubi contrahens moratur tanquam Prætor, Judex ſeu Medicus temporalis validum eſt(*h*). Contractum poſt quartum menſem à muliere *coram Parocho oppidi*, ad quod à Civitate in qua habitabat, ad Scandala ſubmovenda juſſu Principis Secularis translata fuerat, ſub præcepto illinc non diſcidendi, donec aliud ſtatutum non eſſet, valet(*i*). Validum fuit matrimonium *Cujusdam Juvenis cum meretrice*, qui dubitaverat illud in propria civitate contrahere adhibendo Conc: Trid: ſolemnitates, eò quod Juvenis parentes eis impedimento de facili futuri erant, & propterea Romam venerunt, & coram Teſtibus & Parocho in Parochia, in qua aliquantulũ permorati erant, matrimonium contraxerunt per verba de præſenti(*k*). Intellige dumodò haberent animum permanendi non ad breve tempus. Validum quoq; eſt matrimonium contractum coram Parocho ubi habitat mulier, quæ ſtat in Monaſterio, vel domo causâ famulandi, vel addiſcendi virtutes, & ſtatim non eſt receſſura (*l*).

*(a) *Bonacin: de Matrim: q. 2. punc: 8. n. 1.* (b) *Panorm: in cap: In noſtra 11. de ſepultura.* (c) *Sà v. Parochus n. 2. verſ: Ad matrimonium.* (d) *Sanchez: lib: 3. diſp: 18. ſub n. 29. verſ: Cæterum. & diſp:*

diſp:25.ſub n.11. in fin: (e) *Idem d. diſp: 18.n.29* (f) *Barboſ. de pot: Epiſc: alleg: 32.n.68.* (g) *Sanch: lib: 3. de matrim: diſp: 23.n. 7.* (h) *S.Congr: Conc: teſte Garc: de benef: per 5.c. 7.n.11.ad 4.* (i) *Ead: teſt: eod: d. c.7.n.11.ad 5.* (k) *S. Congr: Conc: 26. Junij 1621.* (l) *Ead: in Senen: 17. Maij 1600. Cævall: com: contr: com 4.606. dub: 115.n.144.*

2. *Parochus ruralis* non eſt proprius Parochus, quando rus vel recreationis causâ habitatur, aut ad paucos dies tantùm incolitur, non autem majori parte anni (*a*). Si quis in confinio duarum Eccleſiarũm Parochialium habitaverit, cenſebitur Parochianus illius, in qua domus aditum magis frequentatum habet (*b*); Ex aditu enim judicatur de domo cui cedit (*c*). Quando contrahentes ſunt ex diverſis Parochijs, tunc ubi matrimonium contrahitur in Parochia habitationis uxoris, proprius Parochus erit ipſius; At quando contrahitur in Parochia habitationis viri, Parochus illius ſufficit (*d*). Nam cùm unus ſine altero matrimonij vinculo conjungi non poſſit, ratione connexionis uterq; contrahens fit ſubditus illius Parochi, coram quo matrimonium contrahitur. Parochi duo, ſimul poſſunt aſſiſtere matrimonio ejus, ubi .ſ. quis dimidia anni parte in una Parochia, alterâ dimidiâ in alia habitat (*e*). Ubi inæqualitas habitationis datur, majoris temporis pars eum facit Parochum, in quo habitatio fit (*f*). Si in Parochiali duo præſunt in ſolidum exercentes curam

ram animarum, validè contrahitur coram quolibet, altero etiam invito, & eorum quilibet alteri aſſiſtendi licentiam dare poteſt, cùm eorum quilibet Parochus dicatur, & ſit & poſſit omnibus ejusdem Parochiæ habitatoribus & incolis reliqua Sacramenta miniſtrare (*g*). Et procedit, etiamſi habeant diviſas hebdomadas inſerviendi, quod fit majoris ſervitij gratiâ, & ratione diviſionis laboris, non verò ut minuatur poteſtas cujusq; in ſolidum (*h*). *Scholaſtici in loco ſtudij, Mercatores in loco ubi exercent mercaturam, Profeſſores Scientiarum in Academijs, Famuli, & Mercenarij, non ad breve tempus locantes operas ſuas in domo Heri, & ij qui causâ peſtis, belli &c. aliquò confugiunt*, poſſunt validè contrahere matrimonium coram Parocho illius domicilij ſeu Parochiæ in qua tunc habitant, nec eſt neceſſe, ut contrahant coram Parocho proprij domicilj, à quo tunc abſunt (*i*); quia illa diuturna habitatio moraliter cenſetur, & conſvetudine communi recepta eſt per modum cujusdam domicilij. *Duo Alienigenæ Vir & Mulier*, qui non deſerentes proprium domicilium, nuper aliquò devenerunt, & non habent animum ibi permanendi, ſed revertendi ad propriam domum, ibi coram Parocho loci validè non contrahunt (*k*); quia proprius illorum Parochus non eſt is, qui præeſt Parochiæ, ad quam ſe transtulerunt, ſed ille in cujus Parochia habent domicilium, & fixam habitationem, licet ex privilegio in itinere

nere poſſint Sacramenta neceſſaria recipere à Parocho loci, non tamen voluntaria, ut eſt matrimonium, reſpectu cujus Concilium requirit proprium Parochum. *Parochus Sponſi* in parochia Uxoris, & *Parochus Uxoris* in parochia Sponſi, ſufficienter & validè aſſiſtere poteſt matrimonio in quacunq; Parochia celebrato(*l*); quia Concilium tantum requirit proprij Parochi præſentiam, & Parochus habitationis Viri, eſt proprius Parochus illius, & è contra, qui Parochus legitimè, & validè in hoc caſu, etiam extra ejus Parochiam, præſentiam ſuam ſuo Parochiano, cum altero Conjuge alterius Parochiæ matrimonium celebranti exhibet; tùm quia ſic ſufficienter ſatisfit fini Concilij, Parocho proprio interveniente ubicunq; aſſiſtat, qui fuit tollere clandeſtinitatem, conſtare facere matrimonium Eccleſiæ, & habere notitiam impedimentorum per proprium Parochum. Demûm adeſt declaratio, quæ ſic ſe habet: *Matrimoniū contractum in Parochia mulieris coram Parocho Viri, & è converſo, valet, etiamſi Parochiæ Viri & mulieris ſint in diverſis Diœceſibus* (*m*). Quare cum hæc ſententia nitatur aperta ratione, & etiam deciſione S. Cong: poterit tutò adhiberi in praxi.

*(a) *Navar: cenſ: 7. n. 1. de clandeſt: deſponſ: in novis.* (b) *Aloyſ: Ricc: in praxi deciſ: 333. in 1. edit: aliàs reſol: 510. in 2. edit.* (c) *l. cui ædes ff. de legat: 3.* (d) *Navar: in man: cap: 25. n. 144. & d. conſ: 3. n. 1. in novis.* (e) *Idem conſ: 7. n: 3. de claud: deſp:*

deſp: in novis. (f)*Barboſ: alleg: 32.n. 69.*(g)*Guttier: c. 64. n. 6.* (h)*Idem loc: cit:* (i)*N. Boſſ: tr: de tripl: Jubil: privil: ſect: 4. caſ: 13. n. 32. & ſect: 1. caſ: 10. §.6. n. 155. ad 156.* (k) *Idem de matrim: contr: c. 4. §. 8. n. 16.* (l)*Idem §. 11. n. 20. per DD: ibi.* (m)*Bellarm: ad cap: 1. ſeſſ: 24. de refor: Matrim.*

3. Parochi debent cautè uti facultate aſſiſtendi matrimonio extra propriam Parochiam, vel Diœceſim ſuorum ſubditorum, absq; conſenſu Parochi, vel Ordinarij loci, ob reverentiam eisdem, Parocho vel Ordinario debitam, tamen ſi faciant, remoto omni ſcandalo, non peccant, & non poteſt Ordinarius loci illos punire, neq; legitimè conqueri; nam illi nulla irrogatur injuria, & hoc verum eſt, quando contrahentes ſunt diverſarum Parochiarum vel Diœceſum, & Parochus unius aſſiſtit matrimonio in Parochia vel Diœceſi alterius celebrato; cum S. Cong: Conc: id fieri poſſe declaraverit (*a*). Si in aliqua Diœceſi Synodus Diœceſana, vel Ordinarius ſtatuiſſet conſtitutione vel edicto, aliquam pœnam contra Parochos alienos in Diœceſi aſſiſtentes ſuorum Parochianorum matrimonio, absq; licentia Parochi, vel Ordinarij loci, in quo contrahitur, Parochus alienus ſic aſſiſtens ſuorum matrimonio ſine conſenſu Parochi vel Ordinarij loci, in foro conſcientiæ talem pœnam non incurreret, etſi tunc quoad forum externum Epiſcopus loci poſſet ipſum

punire(*b*); quia Epiſcopus talem prohibitionem rationabiliter facere poteſt, & proinde ad evitandam pœnam in foro exteriori indiget conſenſu Parochi vel Ordinarij loci, licet citra talem conſenſum validè aſſiſtat, & matrimonium teneat. *Vagus* ducens Uxorem in aliquo loco, ubi eſt verè domiciliũ mulieris, poteſt contrahere in aliquo ubi voluerit, cum omnes poſſint eſſe Parochi *Vagi*, quamvis adſit Parochus mulieris; quia tunc eſt etiam verè Parochus *Vagi* alius in alio loco ubi reperitur *Vagus* (*c*). Parochus Sponſæ ad quem pertinet matrimonij celebratio, non antè hanc faciet, quàm habeat fidem Parochi Sponſi de denunciationibus in ejus Parochia factis, ab eodem ſubſcriptam, & Eccleſiæ Parochialis ſigillo munitam(*d*).

* (a) *N. Boſſius c. 4. §. 14. n. 34. de matr: contr:* (b) *Idem ibid: n. 35.* (c) *S. Cong: Conc: 28. Auguſti 1607.* (d) *Barboſ: de Parocho p. 2. c. 21. n. 28.*

PESTIS.

I.

PArochus tempore peſtis tenetur miniſtrare Sacramenta ſaluti neceſſaria, vel dare ſuis expenſis, qui miniſtret(*a*). Si hoc tempore renunciet beneficium, non debet admitti renunciatio(*b*); quia hoc eſſet veniente lupo oves deſerere contra Domini præceptum(*c*). Et duplici malitia contra Charitatem & Juſtitiam

pec-

peccat, tempore peſtis non reſidens(*d*). Contra charitatem, quia propriam vitam corporalem animarum ſaluti præponit; Contra juſtitiam verò, quia oves ſuas deſerit, à quibus decimas, redditus, & Eccleſiaſtica beneficia, tanquàm juſta ſuorum laborum recipit. Parochi ad loca ſana confugientes, & monentes Parochianos ſuos, ut ad illa loca ſana ſe recipiant, obligationi ſuæ non ſatisfaciunt, niſi eis debita alimenta per ſe, vel per alium miniſtrent(*e*). Tempore tamen perſecutionis factæ ab hoſtibus fidei, licitum eſt deſerere Urbem, & monere ſubditos ut eum ſequantur in montibus & ſpeluncis & terræ cavernis, vel ſecum ad alia remotiora loca ſe transferant(*f*). Minimè verò liberum eſt à ſua Parochia infecta diſcedere, & ad loca remotiſſima confugere, *etiam ſubſtituto Vicario* (*g*); quia etiam poſito ſubſtituto quodammodo oves ſuas deſerere videntur, longè à ſua Parochia diſcedentes. Hinc Epiſcopus, etiam poſitis ſubſtitutis, prohibere poteſt, ne Parochi diſcedant, vel ſi diſceſſerint, pœnis præcipere ut redeant(*h*); Utrumq; enim præceptum juſtum eſt, utpotè bonum commune animarum reſpiciens, cui tenentur Parochi obedire. Nec licet eis, etiam relicto ſubſtituto, diſcedere ab Urbe, vel loco infecto, animo diu permanendi, niſi obtentâ licentiâ in ſcriptis ab Epiſcopo, & approbatione ſubſtituti(*i*). Adeò ut ſi oretenùs ſolùm obtineatur, pro nulla habeatur contra

punire(*b*); quia Epiſcopus talem prohibitionem rationabiliter facere poteſt, & proinde ad evitandam pœnam in foro exteriori indiget conſenſu Parochi vel Ordinarij loci, licet citra talem conſenſum validè aſſiſtat, & matrimonium teneat. *Vagus* ducens Uxorem in aliquo loco, ubi eſt verè domiciliũ mulieris, poteſt contrahere in aliquo ubi voluerit, cum omnes poſſint eſſe Parochi *Vagi*, quamvis adſit Parochus mulieris; quia tunc eſt etiam verè Parochus *Vagi* alius in alio loco ubi reperitur *Vagus* (*c*). Parochus Sponſæ ad quem pertinet matrimonij celebratio, non antè hanc faciet, quàm habeat fidem Parochi Sponſi de denunciationibus in ejus Parochia factis, ab eodem ſubſcriptam, & Eccleſiæ Parochialis ſigillo munitam(*d*).

* (a) *N. Boſſius c. 4. §. 14. n. 34. de matr: contr:* (b) *Idem ibid: n. 35.* (c) *S. Cong: Conc: 28. Auguſti 1607.* (d) *Barboſ: de Parocho p. 2. c. 21. n. 28.*

PESTIS.

I.

PArochus tempore peſtis tenetur miniſtrare Sacramenta ſaluti neceſſaria, vel dare ſuis expenſis, qui miniſtret(*a*). Si hoc tempore renunciet beneficium, non debet admitti renunciatio(*b*); quia hoc eſſet veniente lupo oves deſerere contra Domini præceptum(*c*). Et duplici malitia contra Charitatem & Juſtitiam pec-

peccat, tempore peſtis non reſidens(*d*). Contra charitatem, quia propriam vitam corporalem animarum ſaluti præponit; Contra juſtitiam verò, quia oves ſuas deſerit, à quibus decimas, redditus, & Eccleſiaſtica beneficia, tanquàm juſta ſuorum laborum recipit. Parochi ad loca ſana confugientes, & monentes Parochianos ſuos, ut ad illa loca ſana ſe recipiant, obligationi ſuæ non ſatisfaciunt, niſi eis debita alimenta per ſe, vel per alium miniſtrent(*e*). Tempore tamen perſecutionis factæ ab hoſtibus fidei, licitum eſt deſerere Urbem, & monere ſubditos ut eum ſequantur in montibus & ſpeluncis & terræ cavernis, vel ſecum ad alia remotiora loca ſe transferant(*f*). Minimè verò liberum eſt à ſua Parochia infecta diſcedere, & ad loca remotiſſima confugere, *etiam ſubſtituto Vicario* (*g*); quia etiam poſito ſubſtituto quodammodo oves ſuas deſerere videntur, longè à ſua Parochia diſcedentes. Hinc Epiſcopus, etiam poſitis ſubſtitutis, prohibere poteſt, ne Parochi diſcedant, vel ſi diſceſſerint, pœnis præcipere ut redeant(*h*); Utrumq; enim præceptum juſtum eſt, utpotè bonum commune animarum reſpiciens, cui tenentur Parochi obedire. Nec licet eis, etiam relicto ſubſtituto, diſcedere ab Urbe, vel loco infecto, animo diu permanendi, niſi obtentâ licentiâ in ſcriptis ab Epiſcopo, & approbatione ſubſtituti(*i*). Adeò ut ſi oretenùs ſolùm obtineatur, pro nulla habeatur contra

formam Tridentini, poteritq; Parochus privari fructibus Eccleſiæ ſuæ, ob non reſidentiam (*k*) quod tamen procedit ſolùm in foro externo, quia in foro conſcientiæ ſufficit licentia, ore concesſa(*l*). Prior, qui habet Vicarium perpetuum, cui animarum cura incumbit, non tenetur tempore peſtis reſidere(*m*). Quod ſupradictum eſt de pœnis Parochorum, hi tempore peſtis pœna excommunicationis non ſunt cogendi ut reſideant; quia cum tuendæ vitæ deſiderium adeò à natura nobis impreſſum ſit, præſumendum eſt, non paucos Parochos metu mortis correptos, ſpreta excommunicatione fugam arrepturos, atq; inopinato, & repentino eventu his cenſuris illaqueatos in malo ſtatu deceſſuros; quare hoc non eſſet animabus proſpicere, ſed potiùs eosdem Parochos (qui ſicut omnes, etſi incolumes, in articulo mortis, ſumpto articulo mortis pro periculo verſari dicuntur) evidenti perdendæ ſalutis periculo exponere(*n*). Et gladius Excomunicationis tunc ſolùm evaginandus eſt, quando profuturus, non quando obfuturus creditur (*o*). Proindè Parochi non reſidentes tempore peſtis, pœnâ pecuniariâ, vel amiſſione fructuum, vel privatione Eccleſiæ Parochialis ſunt coërcendi ad formam Tridentini (*p*). Sicut enim Parochus absq; licentia Epiſcopi non ſolùm læthaliter delinquit (*q*) ſed etiam non facit fructus ſuos etiam antè ſententiam(*r*); Ità etiam & multò magis, ſi abſit

ſit à ſua Parochia tempore tantæ neceſſitatis, in qua rationabiliter præſumere poteſt, multos absq; Sacramentis ſuâ culpâ deceſſuros. Et ſæviente morbo peſtifero non licet abeſſe Parocho per duos menſes, etiam facto Vicario, absq; licentia Epiſcopi, quidquid ſit de alijs temporibus. Præterea eſto quod abſentia per octo dies, poſito ſubſtituto, licita ſit Parochis absq; alia Epiſcopi facultate, vel etiam abſentia unius diei per ſingulas Hebdomadas de tolerata conſvetudine univerſali, nec liget Parochos culpa læthali, aut pœna amiſſionis fructuum (s). Tamen hæc doctrina non procedit in caſu urgentis peſtis, cum admodùm veriſimile ſit, ſpatio dierum octo Parochi operam neceſſariam eſſe, rerum ſtatum notabilem poſſe ſubire mutationem imò ipſam ſubſtituti mortem nullo alio ſubdelegato, cum magno animarum periculo contingere de facili poſſe.

* (a) *Sà v. Parochus.* (b) *Rodr: in ſum: caſ: conſc: p. 2. c. 37. n. 3. & ult:* (c) *Coninck: diſp: 25. dub: 7. n. 102. verſ: Nota primò.* (d) *S. Thom: 2. 2. q. 26. art: 5. & q. 185. art: 5. & quodl: 12. q. 18. art: 3.* (e) *Teſtat: q. 110. in cap: 10. Matth: verſ: Aliqui dicunt.* (f) *D. Auguſt: epiſt: 180. ad Honorat: quæ eſt de fuga tom: 2.* (g) *cap: Extirpandæ de præb: & cap: Quia nonnulli de Cler: non reſid:* (h) *Svarez diſp: 44. ſect: 3. n. 12.* (i) *Trid: ſeſſ: 23. de ref: c. 1. verſ: Eadem omnino: & ibi Vicarium idoneum. & verſ: Diſcedendi autem licentiam.* (k) *Navar: conſ:*

22.à num: 5. ad finem de Cler: non reſid: (l) *Filliuc: p. 3. tr: 41. cap: 6. q. 6. n. 30.* (m) *Deciſum refert Gonzal: ad reg: 8. Cancell: Gl: 6. n. 99.* (n) *N. Marchin: de bello divino 1. p. c. 3. n. 2. 3. & 4.* (o) *N. Homobon: de exam: Eccl: tom: 3. tr: 15. c. 8. q. 25. verſ: At nimis acre.* (p) *Trid: ſeſſ: 23. cap: 1. de ref: & juxta C. Relatum c. Ex parte. c. Qualiter de Cler: non reſid:* (q) *S. Thom: ut ſupra.* (r) *Navar: conſ: ult: de Cler: non reſiden:* (s) *Poſſev: de off: Cur: c. 1. n. 19. Barboſ: de off: & pot: Epiſc: alleg: 53. n. 105. Lud: de Beja 4. per caſ: 21.*

2. Parochis dandus eſt *Coadjutor ſeu Capellanus tempore peſtilentiæ*, cum eadem Sacerdotis perſona nequeat Sanis & infectis Sacramenta miniſtrare, & propter mortis periculum horreant ſani cum eo Paſtore agere, quem nôrint infectis appropinquâſſe, & aſſignanda eſt illi merces ex redditibus Eccleſiæ Parochialis, ex menſa Epiſcopali, ut unus ſanis, alter infectis vel ſuſpectis valeat deſervire (*a*). Et magis expedit *Coadjutorem*, quàm Parochum miniſterio infectorum deſtinare; quia Parochus præſumitur perſona dignior, & Reipubl: utilior, quàm ſit ſimplex Capellanus; tùm quia congruum eſt, ut inſerviat majori parti populi ſui, quàm minori; tùm quia major prudentia, ſcientia, & Jurisdictio prærequiritur in gubernatione majoris gregis incolumis, quàm minoris ad interitum ruentis (*b*). *Deficientibus Coadjutoribus* tenetur Parochus Sacramenta infectis per ipſum miniſtra-

ſtrare, atq; vitam corporalem prodigere relictis ſanis; quia licet major pars ſit cæteris paribus minori præferenda, tamen in noſtro caſu non ſunt cætera paria, cum ſani non ſint in articulo mortis conſtituti, ſicut ſunt ægroti, qui ſi ſine Sacramentis moriantur, defectu contritionis poſſunt tuâ culpâ damnari (c). Tempore peſtis licet Parocho, aut alij Sacerdoti ſeipſum communicare, nè alius inficiatur (d) cum ipſe ſit Miniſter conſecratus, qui ſicut poteſt alijs, ità ſibi ipſi eandem Euchariſtiam ſaltem in caſu peſtis miniſtrare. Cadavera infecta non ſunt de more ex præcepto deferenda ad ſepulturam, nec proceſſionaliter, accenſis facibus, à Parocho ob contagij periculum aſſocianda (e). In caſu rariſſimo peſte tactis ſepultura poteſt permitti in templo, & tunc in profundiſſima foſſa cum calce, ne templa horrori ſint populo, & ab eodem deſerantur (f). Peſtis tempore à Seculari Principe prohibitus prædicare verbum DEI, non tenetur obedire, nec debet; ſed ſi cum lege Principis conſentiat populus, debet Prædicator cedere, & ad alia loca fugere, excepto, ſi Prædicator haberet curam animarum; quia tunc ex officio debet gregem ſuum paſcere, nec poteſt illum deſerere etiam cum vitæ periculo (g). Tempore peſtis eſt juſtiſſima causa diſpenſandi *in denunciationibus*, ut ſi quis peſtiferatus ſit in articulo mortis conſtitutus, & velit Concubinã ducere, vel ad prolem legitimandam, vel ad ma-

majorem conſcientiæ, ſuæ tranquillitatem, & ſecuriorem tranſitum(*h*). Sed ſi uterq; ſupervixerit, denunciationes erunt ſupplendæ ad detegenda impedimenta; Secùs ſi nulla eſſet ſuſpicio impedimenti dirimentis, vel juſtus viri pudor, & nobilitas generis obſtaret(*i*). Si tempore peſtis incolumis cum ſana matrimonio jungi cupiat, & ad Eccleſiam pauciſſimi confluant, ac proindè *denunciationes* in ea fieri nequeant, tenetur in primis Parochus illis Sponſis de futuro ſvadere, ut conjugium differant uſq; ad liberationem à peſte, vel uſq; ad populi ad Eccleſiam concurſum, qui ſi *diebus ferialibus* ſufficiens appareret, liceret tunc *denunciationes tribus diebus ferialibus immediatè ſequentibus* peragere(*k*). Si peſtis tempore tàm diebus feſtivis, quàm ferialibus Eccleſiæ populo deſtituantur, nolintq; Sponſi in tanta Matrimonij dilatione ex cauſa etiam levi conſentire, non tenentur expectare liberationem à peſte, ſed poſſunt Parochum cogere, ut illi aſſiſtat, juxtà ea quæ de Parochi præſentia voluntaria, vel vi, vel dolo, vel caſu extorta docet Sanchez(*l*). In hoc eventu, *denunciationibus eſt ſuperſedendum*; quia ſi Parochus propria auctoritate eas omittat in aliqua neceſſitate, ut in caſu iſto, non eſt puniendus (*m*). Veriùs tamen & tutiùs eſt ad Epiſcopum recurrere, ut diſpenſet, ne ejusdem arbitrio puniatur(*n*). Si ad Epiſcopum recurſus fieri hoc tempore non poſſit, vel nolit diſpenſare absque legi-

legitima cauſa; tunc *omiſſis denunciationibus* ad matrimonium juſta aliqua cauſa impellente, devenire poſſunt(*o*). Tempore peſtis valet *Teſtamentum conditum cum duobus teſtibus & Parochiali Presbytero* (*p*) & Papa reprobat contrariam conſvetudinem, & leges Imperatorias aliter decernentes, loquitúrq; *de teſtamento etiam ad profanas Cauſas:* Et iſte Canon habet vim obligandi in omnibus locis (*q*) & ſervatur ubique (*r*). Præterea ſcriptura Presbyteri Parochialis cum unico teſte facit valere teſtamentum tempore peſtis conditum, ſaltem ut teſtamentum nuncupativum; quia duo teſtes ſufficiunt ad valorem teſtamenti nuncupativi. Tantò magis, quia fides unius perſonæ maximæ auctoritatis, qualis eſt Presbyter Parochialis, gerit vicem duorum teſtium(*s*). Parochus poteſt etiam fungi *munere Notarij in ultimis voluntatibus*, & teſtamentum ab eo exceptum cum duobus teſtibus, eſt validum(*t*). Et quando teſtamentum probaret per ſolos teſtes, ut in caſu noſtro, *Notarius* tunc poteſt computari in numero teſtium(*u*). Licet *in cap: Cum eſſes, & cap: Relatum primò de teſtam:* definiantur ſaltem duo teſtes ſimul cum Parocho, ex quibus colligitur non ſufficere unum cum Parocho; Tamen iſte textus non habet locum in caſu peſtis, in quo duos ſufficere teſtes DD: communiter tradunt quia loquuntur univerſaliter extrà hos caſus extremæ neceſſitatis.

* (a) N. *Marchin: de bell: Div: p. 1. c. 6. n. 9.* (b) *Coninck: diſp: 25. de Ordine Charitatis dub: 7. ſub: n. 102. verſ: nota 3.* (c) *Rutil: Benzon: lib: 1. diſp: 1. q. 1. concl: 4. verſ: Adde quod Rex non tenetur, in fin:* (d) *Svar: diſp: 72. ſect: 3. in fin:* (e) N. *Marchin: de bell: div: p. 4. c. 6. n. 6.* (f) *Text: in cap: Ubicunq; 13. q. 2. Ubi extra Urbem ab initio ſepulturæ omnes habebantur.* (g) D. *Thom: Quodl: 12. art: 18.* (h) *DD: apud Sanchez: l. 3. de Matr: diſp: 9. n. 19. cauſa 12.* (i) *Idem n. 3. & 7.* (k) *Idem l. 3. diſp: 6. n. 10.* (l) *Idem d. lib: diſp: 39. à num: 5. ad 14.* (m) *Medina l. 1. ſummæ c. 16. §. 13.* (n) *Guttier: l. 1. qq. Can: c. 19. n. 3.* (o) *Sanchez d. lib: diſp: 10. n. 27. concl: 1.* (p) *Alexander Papa in cap: Cum eſſes, de teſtam:* (q) *Alciat: in l. 1. C. de SS: Eccleſijs.* (r) *Covar: in c. Cum eſſes. n. 13. de teſtam:* (s) *Covar: ubi ſupra.* (t) L. *Dominicus Labeo, & ibi Gloſſa, & interpretes ff. de teſtam:* (u) *Ibidem.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: De PAROCHIS.

QUæcunq; pietatis Officia fidelibus ſuæ Parochiâ quavis adverſa valetudine laborantibus, præſtare debet Parochus, eadem majori dilgentiâ exhibere tenetur, cum ejus Parochialem Viciniam, Parochialésve fines peſtilentia, peſtisve ſuſpicio invadit: tunc enim propoſito ſibi ob oculos tàm gravi gregis ſibi commiſſi periculo, omni conſtantia, omniſq; animi firmitate munitus, illum nullo modo deſerat;

ne Paſtoris ſolatio deſtitutus, vehementiùs perterre-factus, afflictione tabeſcat, ſed operam, ſtudium, & miniſterium ſuum ità navare ſtudeat, ut ad omnia Charitatis & miſericordiæ officia, & exemplo ſuo, & pio quodam Sanctarum cohortationum ardore, quibus perpetuò uti diligentiſſimè debet, ne quis è grege ſuo absq; pœnitentiæ Sacramento ex hac vita migret.

PENSIO ALUMNATICA.

IN Concilio Trid: *ſeſſ: 23. de ref: cap: 18.* ſtatutum eſt, ut in qualibet Eccleſia Cathedrali Seminarium aliquod erigatur, in quo Juvenes & Adoleſcentes educentur, ac in diſciplina Eccleſiaſtica inſtruantur : *Cum Adoleſcentium ætas,* inquit, *niſi rectè inſtituatur, prona ſit ad mundi voluptates ſequendas, & niſi à teneris annis ad pietatem, & religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines poſſideat, nunquam perfectè, & ſinè maximo ac ſingulari Dei Omnipotentis auxilio in diſciplina Eccleſiaſtica perſeveret.* Ad hoc propterea Seminarium erigendum, & conſecrandum, poterit Epiſcopus omnibus quibuscunq; beneficijs Eccleſiaſticis ſuæ Diœceſis (*quæ tamen propria Seminaria & Scholas non habent*) certam penſionem imponere, ut in d. cap: 18. latiùs habetur. Alias præterea penſiones (*quæ & cenſus in Jure dicuntur*) rectè exigit Epiſcopus, nimirùm tempore fundationis, aut conſectationis, cum conſenſu fundatorum.

rum, & ex juſta cauſa Eccleſiæ impoſitas, *juxt: cap: præterea 23. & ibi DD: de Jure Patr: c. quarta de Cauſ:* Item & reſervatas in recognitionem beneficij exemptionis, quam Epiſcopus cum conſenſu Capituli à ſua Jurisdictione Eccleſiæ dedit, quod facere poteſt teſte *Barboſ: de off: Epiſ: par: 3. alleg: 89.* prout etiam S. Pontif: eximendo ſibi reſervat cenſum, aut penſionem. *c. conſtitutus 6. de relig: dom: c. cum Venerabitis 21. de cenſ:*; Extat verò prohibitio Conc: Later: *in c. prohibemus*, ne novi cenſus imponantur Eccleſijs, nec veteres augeantur &c., quod potiſſimùm de cenſu perpetuo accipiendum eſt, temporalem autem cenſum ad unum vel plures annos ex juſta cauſa v.g. pro reparatione Eccleſiæ Cathedralis, ad ſolvenda debita, pro alimentatione pauperum Scholarium, & aliorum, ab Epiſcopo imponi poſſe tradit Barbos. *d. p. 3. alleg: 18. n. 3. & 11.* Hæc ex *man: Paroch: Ludov: Engel: par: 1. c. 6. de Exact: n. 7.* Adde, quod taxa pro Seminario ſolvi debet non modò ex fructibus beneficiorum, ſed etiam penſionum, ut in decreto Concilij Trid: d. *c. 18. verſ: Ad hanc autem portionem ſeſſ: 23.* Et generale eſt, ut penſionarij teneantur ad collectam per Clericos ſolvendam ex fructibus beneficij, ſicuti cæteri Beneficiati, ut pluribus probat Gigas *q. 28. n. 19. verſ: Tertiò limita.*

PRÆ-

PRÆCEDENTIA.

PArochus debet præcedere Canonicis Collegiatæ in aſſociandis funeribus defunctorum propriæ Parochiæ(*a*) ratione ſtolæ(*b*). In funeralibus non debet præcedere Canonicis Cathedralis, ſed benè omnibus alijs Presbyteris, qui non ſunt de Cathedrali(*c*). Præcedentia inter Curatos Eccleſiarum Parochialium non ratione Regulæ, ſed ratione Antianitatis, ſeu prærogativæ Eccleſiæ Parochialis, Curatis danda eſt(*d*). Curatus & Sacriſta Cathedralis, etiam quod ſint amovibiles, quando intervenit Capitulum dictæ Cathedralis, debent præcedere proprio Parocho defuncti(*e*). Curatus amovibilis Cathedralis in proceſſionibus debet incedere cum Capitulo dictæ Cathedralis ſupra Priores, Plebanos & Curatos perpetuos beneficiatos(*f*). Et Parochus indutus ſuperpelliceo in proceſſionibus præcedit omnibus Rectoribus & Presbyteris(*g*). Rectores quoq; Eccleſiarum Parochialium, non debent incedere inter Dignitates, & Canonicos, ſed ſeparatim(*h*).

*(a) *S. Cong: Rit: in Praneſtin: Cavarum* 13. *Julij* 1619. (b) *Ead: in Nucerina ſax oferrati* 14. *Octob:* 1609. (c) *Ead: in Viterbien:* 25. *Junij* 1611. (d) *Ead: in Aſtien:* 21. *Martij* 1609. (e) *Ead: in Piſaurien:* 22. *Martij* 1631. (f) *Ead: in Caliem:* 9. *Aprilis* 1633. (g) *Ead: in Firmam: Terret: S. Victoriæ* 31. *Martij* 1618. (h) *Ead: in Materana* 12 *Maij* 1612.

Pro-

PROCESSIO.

PRoceſſiones facere de nocte cum Sactiſſimo Sacramento feriâ quintâ & feriâ ſextâ majoris hebdomadæ non convenire, & repugnare myſterijs Eccleſiæ, & eſſe abuſum omninò tollendum declaravit S. Congr: (*a*). Proceſſiones ut de nocte fieri poſſint feriâ ſextâ majoris hebdomadæ, arbitrio Epiſcopi conceditur (*b*). Proceſſiones facere in feſto Corporis Chriſti non licet alijs Eccleſijs, ſed ſolo Epiſcopo (*c*). Proceſſio SS: Sacramenti ut in ſingulis quintis ferijs fiat per Eccleſiam, concedi poſſe declaratur cum commemoratione in Miſſa dummodo officium & Miſſa ſint de feria, vel de feſto occurrente (*d*). Proceſſiones facere non poſſunt Regulares extra eorum Eccleſiam feria V. in Cœna Domini, nec in feſto Corporis Chriſti extra eorum Jurisdictionem, aut per Parochiam alienam (*e*). Et ijsdem Regularibus non licet Proceſſiones facere cum SS: Sacramento, maximè per limites Parochiæ & Eccleſiæ Collegiatæ (*f*) quia Proceſſionem facere per Parochiam ad Curatos ſpectat, & ſine eorum conſenſu nullus etiam Regularis illius dirigere valet (*g*).

*(a) *S. Congr: Rit: in Mantuan: 18. Auguſti 1606.* (b) *Ead: in Indiarum 20. Julij 1600.* (c) *Ead: in Piſaurien: 22. Maij 1615.* (d) *Ead: in Feriæ 30. April: 2604.* (e) *Ead: in Aſtien: 1613.* (f) *Ead: in Gatallicenſ: Inſulæ 28. Aug: 1615.* (g) *Ead: in Hiſpalen: 15. Febr: 1628.*

EX SYNODO PRAGENSI
Tit: De SACRA EUCHARISTIA.

QUò religioſiùs Chriſti fideles SS: Corporis Chriſti Domini celebritatem colant, Parochi die Dominico ſolemnitatem præcedente, paterna charitate, graviq; Sermone, illos de his prâmoneant: Ut confeſſi, vel in ſolemnitate; vel intra Octavam ſacram Communionem ſumant: Ut pro facultatibus Eleemoſynam dent: Ut purè, certéq; in orationibus frequentes atq; aſſidui ſint, & in pietatis Chriſtianæ exercitationibus verſentur: Ut pridiè ſolemnitatis jejunent: Ut & in ſolemnitate, & reliquis deinceps ſeptem diebus, ad veſpertinum & matutinum, aliarúmq; Canonicarum horarum officium, & Miſſæ ſolemnis Sacrum conveniant, atq; Proceſſioni ſolemni, cereum accenſum geſtantes, interſint. Ut autem ad ea Chriſtianæ pietatis officia fideles magis inflamentur, per eosdem Parochos Indulgentiæ à ſummis Pontificibus Urbano IV. Clemente V. Martino item V. & Eugenio IV. unicuiq; verè pœnitenti & confeſſo conceſſæ evulgentur; ſunt autem hæ: Jejunantibus pridie ſolemnitatis indulgentia conceſſa annorum 100. Ijs, qui primis Veſperis, quivè in ſolemnitate horis matutinis, & ſecundis Veſperis intererunt, pro ſingulis hujusmodi Officijs, conceſſa eſt Indulgentia 100. annorum; Qui Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, & Completorij Officijs aderunt, Indulgentia ijs datur 40. annorum pro ſingulis horarum officijs; Qui intra Octavam, Veſpertino, Matutinóq; Officio, & Miſ-

Miſſæ ſolemnis ſacro aderunt, Indulgentia item datur annorum 100.

Ut Proceſſio, quæ in ſolemnitate Corporis Chriſti ubiq; fieri ſolet, debitâ reverentiâ, ſolenniq; apparatu, atq; omni religioſo cultu peragatur, tàm Pragæ, quàm per univerſam Archi-Diœceſim, viæ, per quas tranſire debebit, diligenter mundentur, & aulæis, pannis, picturis, floribus, frondibúsq; virentibus pro Civitatum, locorúmve ratione, ornentur. In ea autem, & in alijs item, in quibus SS: Sacramentum deferatur, Canonici ſinguli, & qui Dignitates obtinent, tàm in Metropolitana, quàm in Collegiatis Eccleſijs, & cæteri item Clerici cereas faces, candeláſve formâ convenienti, accenſas, aperto capite, ferant. Cùm verò occaſione Orationis 40. horarum, vel alia gravi de cauſa, ab Ordinario, Officialíve ſuo approbandâ, Sacramentum exponendum eſt, tam in exponendo, quàm in reponendo eodem, Proceſſio fiat per Eccleſiam cum ipſo SS: Sacramento, adhibito convenienti apparatu, & debito luminum numero, ut in ſolemnibus Proceſſionibus obſervari convenit.

PROFESSIO FIDEI.

PArochus proviſus de beneficijs quibuscunq; animarum curam habentibus, tenetur à die adeptæ poſſeſſionis, ad minus intra duos menſes coram Epiſcopo ſeu Vicario fidei facere profeſſionem (*a*). Sede autem vacante non

non ſufficit coram ejus Vicario Capitulari (*b*). Commendatarij tenentur ſicut veri beneficiarij (*c*). Item Vicarij perpetui (*d*). Item Vicarij temporales Eccleſiarum curatarum (*e*). Non ij tamen qui ſine proprio titulo deputantur ad animarum curam (*f*). Néq; ille, qui aliàs obtinuit Eccleſiam curatam, ſed deſijt habere Parochianos (*g*). In novo tamen beneficio Parochiali ſeu Canonicali, debet de novo emitti (*h*). Et hoc procedit etiam in eo, qui denuò adipiſcitur Parochialem quam antea habuerat, & dimiſit (*i*). Et quilibet beneficiatus debet facere per ſeipſum, non per Procuratorem (*k*) & ultrò ſe offerre debet (*l*). Poſſe per Procuratorem docet Navarrus (*m*) ſed cum ſpeciali mandato (*n*) & ſi velit Epiſcopus (*o*) etiamſi alia de cauſa emiſerit (*p*). Omiſſio tamen hæc non privat beneficiatum poſſeſſione, & Juribus beneficij (*q*) privat autem fructibus beneficij (*r*) ſi poſt lapſum duorum menſium, non in ipſis duobus menſibus (*s*) & Ordinarius non poteſt remittere fructus amiſſos (*t*) qui fructus amiſſi ob hanc cauſam in uſus pauperum, vel fabricæ Eccleſiæ impendi debent (*u*). Solet tamen Sedes Apoſtolica in caſibus ignorantiæ remittere pœnam (*x*).

*(a) *Trid: ſeſſ: 24. c. 12.* (b) *Garc: p. 3. c. 5. n. 27.* (c) *Idem p. 4. c. 5. n. 30.* (d) *Ricciull: de Jure perſon: l. 1. c. 13. n. 12.* (e) *Idem c. 14. n. 1.* (f) *Idem c. 13. n. 59.* (g) *Idem c. 14. n. 2.* (h) *Idem d. c. 13. n. 17.*

n.17.38. (i) *Squillant: de oblig: Cler: p. 1. n. 90.* (k) *Deciſum refert idem n.14.* (l) *Ricciull: ſupra n. 18.* (m) *Navarr: conſ: 11. tit: de Jurejur: n.2.* (n) *Ricciul: loc: cit: n. 3.* (o) *Idem n. 29.* (p) *Idem n. 19.* (q) *Deciſum refertur in Addit: ad Quarant: v. Beneſ: poſſeſſio lit: B. in ſin:* (r) *Trid: ſeſſ: 24. c. 12.* (s) *Garc: p.3. c. 3. n.39.* (t) *Navar: conſ: 3. n: 1. de Cler: non reſid:* (u) *Garc: p. 5. c.3. n.36.* (x) *Ricciull: de Jure perſon: l.1. c.13. n.49.*

Ex Synodo Pragensi.

Tit: De Professione Fidei.

Qui de beneficijs Curatis, aut Canonicalibus, ſeu Dignitatibus providebuntur, præter eam, quam in Synodo Diœceſana obire debent Fidei Profeſſionem, eandem etiam profiteantur in Ordinarij, ejusve Officialis manibus, intra duorum menſium ſpatium à die adeptæ poſſeſſionis Beneficij obtenti, alioquin fructus non faciunt ſuos. Proviſi autem de Canonicatibus vel Dignitatibus ipſammet Fidei profeſſionem intra eundem terminum in Capitulo jurent.

QVARTA FUNERALIS SEU CANONICA PORTIO,

In locis, ubi eſt in uſu.

1.

Parocho, propter Sacramenta, quæ miniſtrat ſuis Parochianis, id eſt, propter onus, quod in

in eorum adminiſtratione ſubit, inducta eſt Canonica portio, quæ ab alijs Quarta Parochialis dicitur (*a*). Et de Jure eſt quarta (*b*) poteſt tamen induci per conſvetudinem, ut ſit medietas vel tertia (*c*). Quando autem in Eccleſia Parochiali, non eſt certa conſvetudo, quantùm exigat, tunc ea ſervari debebit, quæ viget in Eccleſia cui legatur; Si verò in Eccleſia parochiali eſt una conſvetudo, & in Eccleſia cui legatur, eſt altera, tunc inſpiciatur conſvetudo Eccleſiæ Parochialis, quæ prætendit titulum oneroſum propter adminiſtrationem curæ, Eccleſia, cui legatur, lucrativum, & duobus titulis concurrentibus, potior eſt conditio tituli oneroſi, quàm lucrativi. Si deniq; nulla eſt conſvetudo in Eccleſia Parochiali, & nulla in Eccleſia legataria, ſed in alijs Eccleſijs ejusdem Diœceſis eſt aliqua conſvetudo, tunc ſi eſt uniformis debet ſervari, ſi difformis, ſervabitur quæ eſt magis conformis Juri communi (*d*). Rectores Eccleſiarum Parochialium, quibus cura animarum incumbit, ne debitis fraudentur ſubſidijs ſtatutum fuit (*e*) Ut Eccleſia illa, ad quam talis fuerit ſepultus, teneatur partem eorum, quæ defunctus pro anima ſua eidem Eccleſiæ reliquit, Parochiali Eccleſiæ tradere, in qua defunctus domicilium habebat (*f*). Omnes Religioſi, etiam Mendicantes tenentur ſolvere hujusmodi quartam, quando quis eligit ſepulturam apud ſuas Eccleſias (*g*); Concilium enim Trid: generaliter

in quibuſcunq; locis pijs ac Monaſterijs, ubi ſolita eſt perſolvi, id obſervari præcipit, quare ſtandum eſt conſvetudini. Porrò quarta ſemper debetur Eccleſiæ Parochiali, & relicta cenſetur, etiamſi id non exprimatur in electione ſepulturæ in aliquo Monaſterio(*h*); Non intelligitur tamen de Religioſis, & alijs, qui ſunt exempti à ſolutione Quartæ per privilegia conceſſa ab habente poteſtatem(*i*), Quarta funeralis debetur Eccleſiæ, in qua Parochianus conſvevit audire Divina, & recipere Sacramenta(*k*). Et ſic debetur de Jure Rectoribus Parochialium(*l*). Ubi nullus adeſſet Rector, debetur Vicario perpetuo, vel temporali, & etiam Sacerdoti conducto, ac habenti curam Parochianorum (*m*). Item debetur Eccleſiæ Cathedrali, vel ex præſcriptione, vel ex eo, quod illam ſibi reſervavit, quando Parochiæ fuerunt erectæ, in ſignum Superioritatis(*n*). Et tunc inter Clericos Eccleſiæ dividetur, curâ non reſidente pœnes certam perſonam (*o*). Si in una Eccleſia Parochianus ſolet audire Divina, in altera verò recipere Sacramenta, Canonica portio debetur ei, à qua recipit Sacramenta(*p*); ſed ſi utraq; habet Jus funerandi, datur locus præventioni(*q*). In dubio an debeatur Epiſcopo, an Parocho, præfertur Parochus, quia habet magis ſpecialem curam, & illi debetur magis ex cauſa oneroſa (*r*) & potior eſt conditio ex cauſa oneroſa, quàm ex lucrativa (*s*). Debetur etiam Parochiæ Quarta

fune-

ſuneralis ab eo, qui mutavit domicilium, vel propter bellum aut peſtem, & ibi diem ſuum obijt, ſi diſceſſit animo redeundi, vel animi gratia(*t*). Et Parochus poteſt petere Quartam funeralium, tanquam debitum & mercedem laboris, quaſi actione locati (*u*) vel condictione ex Canone, vel actione ex teſtamento (*x*). Hic notandum, quod renunciatio Canonicæ portionis in damnum Eccleſiæ Cathedralis, vel Parochialis facta, nullius eſt valoris, niſi fiat cum proteſtatione, quòd per hoc non fiat præjudicium Juri Eccleſiæ(*y*).

*(a) *C. 1. cap: Relatum, c. de his, de Sepultur:* (b) *c. Cum ſuper d. ſepult: Clem: dunum, eod: tit:* (c) *c. antiquos 10. q. 1. c. certificari de ſepult:* (d) *Jul: Lavor: variar: lucubr: tom: 1. tit: 2. c. 17. n. 8.* (e) *in cap: 1. de ſepult: & in Clem: dudum. eod: tit:* (f) *Læl: Zech: de Repub: Eccl: c. 28. de Parochis n. 18.* (g) *d. Clem: Dudum. §. verum.* (h) *Abb: in c. de his. in 2. not: de ſepult:* (i) *Fr: Em: qq: Reg: tom: 1. q. 39. art: 2.* (k) *cap: cum quis de ſepult: in 6.* (l) *d. Clem: Dudum §. verum.* (m) *c. requiſiſti de teſtam: c. cum ex eo de elect:* (n) *Rot: in Mediolan: quarta funeralium 14. Martij 1622. deciſ: 376.* (o) *Aloyſ: Ricc: in praxi reſol: 299. n. 4.* (p) *c. 1. de ſepult:* (q) *par: c. duobus de reſcript: in 6. Greg: Lop: l. 1. in gl: los Sacramentos. tit: 13. p. 1.* (r) *d. c. 1. de ſepult:* (s) *Rot: in Neritonen: quartæ funeralis. 9. Jnij 1608.* (t) *Fr: Em: qq: regul: tom: 3. q. 46. art: 3.* (u) *Fed: de Senis conſ: 3. n. 9.* (x) *Petr:*

de Ubaldis de Canonica Parochiali cap: 3. n. 2. (y) *Leo X. in Concil: Lateran:*

2. Quarta funeralis debetur de omnibus, quæ obveniunt ratione funeris .ſ. in die funeris (*a*). Item de candelis & cereis accenſis, quæ circa crucem & cadaver deferuntur (*b*); Intortitia autem, Cerei & candelæ, quæ per viam deferuntur, & circa cadaver accenduntur, ſunt dimidianda pro æquali portione inter Parochum defuncti, & illum, ad cujus Eccleſiam defunctus defetur (*c*). Debetur etiam de illis, quæ dantur pro Miſſis dicendis (*d*). Idem de armis, libris, banderijs, culcitra, ſeu pallio, quæ in feretro deferuntur, niſi aliter ſit ex conſvetudine, vel privilegio (*e*). Præterea de omnibus illis, quæ Jure inſtitutionis relinquuntur Monaſterijs ſive alijs locis pijs (*f*). Et de relictis pro anima (*g*). Secùs ſi Monaſterium eſt exemptum per privilegium, ut ſupra (*h*). Nec ex legatis factis Eccleſijs vel locis pijs pro fabrica, ornamentis, cereis, luminaribus, anniverſario poſt ſextum diem, & alijs ad cultum Divinum perpetuum (*i*). Debetur tamen de omnibus legatis factis Eccleſiæ, in qua quis elegit Sepulturam, ut ſuperiùs (*k*) quod autem non procedit in legatis Eccleſiæ in qua teſtator ſepelitur (*l*). Nec de intortitijs ſeu cereis Confraternitatem ſecularium funera aſſociantium (*m*). Debetur tamen ex funeralibus ſequenti die in altera Eccleſia, ab alia, in qua mortuus ſepulturæ manda-

catus fuerat, factis, magno adhibito Religioſorum & Presbyterorum, candelarum, & intortitiorum numero in majori quantitate diei præcedentis(*n*). Non debetur autem parocho, juxta cujus limites Viator retentus pro delicto, & habilitatus cum cautione decedit, ſtante conſvetudine in Civitate, quòd jus ſepeliendi peregrinos, & viatores ſpectet ad Eccleſiam Cathedralem(*o*). Demum quarta funeralis locari non poteſt (*p*).

*(a) *Fr: Em: qq: Rog: tom: 1. q. 39. art: 2. in fine.* (b) *Petr: de Ubaldis de Canonic: Parochial: c. 4. n. 10.* (c) *Urban: VIII. die 21. Martij 1629.* (d) *Gloſſ: v. funeralibus in d. Clem: Dudum. §. verùm* (e) *Petr: de Ubald: d. c. 4. n. 10.* (f) *Molin: de Juſt: tr: 2. diſp: 215. n. 24.* (g) *Alexan: conſ: 106. n. 7.* (h) *Sylv: v. Canonica portio. n. 8.* (i) *Molin: ut ſup: n. 8.* (k) *cap: 1. & 2. de ſepult:* (l) *Sylv: loc: cit:* (m) *S. Cong: Epiſc: in Firmana 5. Martij 1616.* (n) *Ead: 3. Aug: 1621.* (o) *S. Cong: Conc: in Piſaurien: 22. Januarij 1628.* (p) *S. Cong: Epiſ: in Creſcentina 14. Decemb: 1592.*

REPETITIO FORMÆ MATRIMONIJ.

QUando Matrimonium contractum coram Parocho & Teſtibus eſt nullum *ob impedimentum notorium & publicum*, ad illud validandum non ſufficit diſpenſatio ſuper impedi-

dimento cum novo conſenſu, ſed requiritur, ut novus conſenſus præſtetur coram Parocho & teſtibus juxta formam Concilij; quia ille conſenſus inter perſonas notoriè illegitimas, coram Parocho & teſtibus non fuit matrimonium, nec in ſe, nec in facie Eccleſiæ; ergo ſublato impedimento non reconvaleſcit, niſi interveniat conſenſus novus juxta formam Concilij (*a*).

Matrimonium *Ab Impuberibus* contractum cum Parochi & teſtium præſentia, non efficitur validum ſtatim ſuperveniente debita ætate per novum conſenſum utriusque, ſed præſtandus novus conſenſus coram Parocho & teſtibus, prout declarat S. Congregatio (*b*) quæ declaratio procedit, quando notum fuit impedimentum ætatis, ne æſtimaretur per copulam & cohabitationem ſolam ſupervenientem, poſt pubertatem effici matrimonium, ut jure antiquo fiebat; Si enim matrimonium publicè, & ſervatâ formâ Concilij, celebratum fuerit nulliter ob defectum ætatis occultum, completâ ætate revalidatur, ſi internè iterùm conſentiant (*c*).

Contracto coram Parocho & teſtibus matrimonio ob occultum impedimentum nullo, renovandus eſt mutuus conſenſus præſentibus Parocho & teſtibus, eo caſu, quo periculum foret, quod impedimentum fieret publicum, probarique poſſet in Judicio ad Matrimonij diſſolutionem (*d*).

Renovandus quoq; eſt conſenſus mutuus coram Parocho & teſtibus, caſu quo Parochus & teſtes,

teſtes, vel aliquis eorum, dum primum Matrimonium contraheretur, noviſſent extra Sacramentum Confeſſionis impedimentum, etſi aliàs occultum; quia illud primum Matrimonium coram Eccleſia non fuiſſet validum, & conſequenter eſſet iterandum, ſervatâ formâ Concilij (*e*). Deinde ſemper eſt repetenda forma Concilij, quoties diſpenſatio ſuper impedimento, ob quod matrimonium non tenuit, utroq; foro fuerit obtenta, & opus eſt diſpenſatione in utroque foro, ſi impedimentum, quod occultum erat, innotuiſſet (*f*). Non eſt tamen repetenda forma Concilij Trid: ad convalidandum *Matritrimonium* poſt debitas denuntiationes, *coram Parocho & teſtibus contractum occultè nullum*; & ità etiam habet praxis, & uſus Pœnitentiariæ Romanæ, *ut tunc ſine Parocho & teſtibus ſufficiat renovare conſenſum* (*g*) & ſic etiam declaravit Pius V. (*h*). Quando *Matrimonium* coram Parocho & teſtibus contractum fuit *nullum ob defectum ſolius interni conſensûs*, putà quia alter fictè conſenſit, vel coactus gravi metu occulto, ad valorē matrimonij ſatis eſſe, ſi poſtea occultè præſtetur verus conſenſus, ſeu conſenſ9 fictus & coactus jam coram Parocho & teſtibus priùs expreſſ9, ratificetur (*i*); quia tunc omninò non celebratur matrimoniū, ſed tātùm ſupplentur defectus interni conſensûs. Item non eſt repetenda forma Concilij, *quando Matrimonium publicè & ſervatâ Concilij formâ fuit nullum ob occultum*

ſer-

Digitized by Google

ſervitutis impedimentum; illâ enim ſublatâ validatur matrimonium, ſi inter ſe ſolos iterùm contrahant (*k*). Et absq; repetitione formæ Concilij, ſufficit ſola renovatio conſenſus contrahentium ad matrimonij valorem, tametſi in priori Matrimonio publico, ob impedimentum occultum nullo adfuerit mala fides; ad hoc enim ut valeat, ſufficit, ſi contrahentes, ſublato impedimento, renovent inter ſe conſenſus mutuos(*l*). Idem dicendum, etiamſi in diſpenſatione Papali ſuper impedimento occulto (propter quod prius matrimonium publicum fuit nullum) apponeretur clauſula apponi ſolita in diſpenſationibus, ſcilicet, *ſi ità eſt, cum eis, ut inter ſe publicè, & ſervatâ formâ Conc: Trid: contrahant, diſpenſes*; quia etſi vigore hujus Commiſſionis non poſſit Commiſſarius diſpenſare in impedimento occulto, quo per diſpenſationem ſublato, absq; alia diſpenſatione juxta Decretum Trid: celebrari poteſt illud matrimonium *Inter ſolos ipſos contrahentes*; nam verè tale matrimoniũ celebratum eſt juxta formam Conc Trid: (*m*). Et clauſula illa in diſpenſatione poſita (*ſervatâ Conc: Trid: formâ*) continet quidem formam, ſed tamen formam jam à Jure ſtatutam nempè (*n*) cui verè per diſpenſationem Papæ diſpenſans non intendit derogare, ac proinde intentio & mens Papæ eſt, ut ſervetur dicta forma prout Jus ejusdem formæ obſervantiam exigit. Quare cum in ratificatione

ne matrimonij publicè, & ſervatâ formâ Conc: Trident: nulliter ob impedimentum occultum contracti, non exigatur à Decreto Trid: ut iterùm dicta forma adhibeatur, neq; erit adhibenda juxta præfatam diſpenſationem(*o*). Inſuper matrimonium publicè, & ſervatâ Concilij formâ contractum, *quod propter impedimentum occultum nullum fuit*, poteſt validari copulâ affectu maritali inter conjuges habità ſicut validatur novo conſenſu occulto; quia cum conſenſus de præſenti efficiens matrimonium verbis & ſignis explicari poſſit, & copula affectu maritali ſignum ſit conſenſus de præſenti(*p*)illa erit ſufficiens, ut matrimonium in hoc caſu convaleſcat, ſicut antiquitùs, per illam Sponſalia transibunt in Matrimonium de præſenti(*q*). Validatur item per traductionem ſolemnem ad domum, & diutinam habitationem, quæ ſigna ſunt interni conſenſus, ſicut ante Tridentinum.

*(a) *S.Cong: apud Bellarminum.* (b) *apud eundem.* (c)*Henriq: l.11.c.3.§.6.lit: F. & 7.lit: H.* (d) *Idem ibid: n.6.lit: N.* (e) *Idem d.c.3.n.7.in princ:* (f)*Rebell: de oblig: Juſt: l.2.q.9.n.5.* (g) *Navar: in man: cap: 22.n.70.* (h)*Pius V. & S. Cong: apud Bellarm:* (i) *Guttier: de matr: c.46.n.15.* (k) *Henriq: d.c.3.§.7. lit: H. in gloſſ:* (l) *Sanchez diſp: 37.n.8.l.2.de matr:* (m)*Filliuc: p.1.tr: 10.c.3.n.6.* (n) *Trid: cap: 1. ſeſſ: 24.* (o) *N.Boſſius de matr: contr: c.2.§.3.n.31.* (p) *cap. Is qui fidem de Sponſ:* (q)*Henriq: d. lib: 11.c.3.§.6.lit: S.*

RESI-

RESIDENTIA.

PArochi tempore peſtis tenentur omninò reſidere in ſuis Parochialibus, poſſunt tamen per alium idoneum miniſtrare Parochianis ſuis peſte infectis Sacramenta Baptiſmi & pœnitentiæ, & ſi non reſederint, contra eos procedendum eſt ſervatâ forma (*a*). Parochorum operâ uti non poteſt. Epiſcopus in viſitatione, vel alio ſervitio ſuæ Diœceſis, niſi pro tempore hîc permiſſo duorum menſium, & tunc pro tempore idoneus deputetur (*b*). Illis non licet causâ ſtudiorum à ſuis Parochialibus Eccleſijs poſt Concilium abeſſe, nec Epiſcopus ad id Licentias dare poteſt, illæq;, ſi conceſſæ fuerint, non ſuffragantur(*c*). Et qui non vult in ſua Parochia reſidere, debet ſervato Juris ordine privari(*d*). Qui non habet domum propriam in loco, ubi reſidere tenetur, aliquam conducere debet(*e*) & non excuſatur, quia intra Parochiam reſidere debet, quamvis non adſit commoda domus Parochialis, & ſit magna aëris intemperies, & retineat Capellanum in Parochia, & ipſe accedat ſingulis diebus feſtis (*f*). Debet quoq; reſidere in loco, ubi eſt ſita Eccleſia, etiam ſi ei datus eſſet Coadjutor ratione infirmitatis (*g*). Nec excuſatur à reſidendo propter Officium Inquiſitoris(*h*). Imò cogendus eſt habitare in domo Eccleſiæ, vel ſi Eccleſia eam non habeat, in propinquiori intra limites Parochiæ, quod

ſi non

ſi non habitaverit, tenetur ad reſtitutionem fructuum, de quibus in Decreto Concilij (*i*). Parochus tamen Eccleſiæ, in qua fuit conſtitutus Capellanus, cui ex inſtitutione Capellaniæ impoſita fuit tota animarum cura ſeu perpetua Vicaria, quoad Capellanus vixerit, non tenetur in ea reſidere (*k*). Præterea Parochum cogere poteſt Epiſcopus ad reſidentiam, quamvis Eccleſia, quam ipſe Parochus obtinet, pertineat ad Inferioris collationem, etiam Abbatis Regularis (*l*). Nec eſt liber à culpa & pœna amiſſionis fructuum, qui veluti per quatuor menſium ſpatium ex ingenti admodum cauſa ad curandam ſuam valetudinem morbo gravi inſtante, pro hujusmodi abſentia non petit licentiam ab Epiſcopo, qui bona fide putavit evidentiam cauſæ ſatis eſſe, niſi periculum eſſet in mora petendi licentiam (*m*). Cum Parocho fuit aliquando diſpenſatum, non habente commodam habitationem in Parochiali, ut poſſet degere in loco vicino, dummodò propè Eccleſiam conſtitutus ejus habitet; nonnunqnam hæc facultas eâdem de cauſa conceſſa fuit ſine illa cõditione, quod ſubſtitutus in eadem Eccleſia habitet (*n*). Obtinens Eccleſiã Parochialem per proviſionẽ Apoſtolicam, & habens liberum curæ exercitium, & omnium bonorum, fructuum & proventuum ad dictam Eccleſiam pertinentium poſſeſſionem, reſidere tenetur, licet in limine adeptæ poſſeſſionis prædictæ, mota lis fuerit ali-

per aliquem in petitorio (*o*). Reſidere quoque tenetur habens beneficium, quod curam animarum Juriſdictionalem habet (*p*) qualis eſt, qui poteſt viſitare, corrigere, excommunicare, ſuſpendere & interdicere. Item reſidere tenetur ad minùs tanquam Coadjutor obtinens baptiſmalem Eccleſiam, cui incumbit ſola cura baptizandi omnes infantes oppidi, & exiſtentes ſub cura Archipresbyteri(*q*). Reſidere poteſt Parochus in una ſibi benè viſa ex duabus Parochialibus perpetuò invicem, & æquè principaliter unitis, ità ut una non ſit dignior, nec principalior alterâ(*r*). Reſidere debens in Ecclecleſia in qua habet Dignitatem ſeu Canonicatum, non obligatur ad aliquam reſidentiam in Parochiali acceſſoriè,& in perpetuum unita Dignitati vel Canonicatui (*s*). Reſidere tenetur Parochus, etiamſi Parochialis ſit, tenuis (*t*) & etiamſi in Parochia tantùm remanſerint tres, vel quatuor incolæ(*u*). Secùs ſi nulli eſſent; cum de tali Parochiali judicari debeat, ac ſi eſſet beneficium ſimplex (*x*); ſicut nec tenetur reſidere obtinens Monaſterium,ſeu Abbatiam, quæ curâ & conventu caret (*y*). Parochus ſi duas habeat Eccleſias unitas,reſidere tenetur in digniori; ſi verò non conſtet quæ ſit dignior, in frequentiori; ſi una fuerit extra, & altera intra Urbem, reſidere tenetur in ea quæ eſt intra (*z*). Unde ſi populus dividatur, & una pars habitet in Civitate, & altera extra, & idem Parochus

Digitized by Google

ex conſvetudine ambas Parochias obtineat, reſidere debet in Civitate(*aa*). Parochialem Eccleſiam habens cum Canonicatu ex legitima diſpenſatione, in Parochiali reſidere debet, cùm prima & præcipua cura debeat eſſe animarum (*bb*) & percipere fructus præbendæ, & ſolùm ejus diſtributiones quotidianas perdit. Si Canonicatus eſt in eodem loco, ubi eſt Parochialis, poteſt utriq; ſervire, & quotidianas diſtributiones percipere (*cc*). In exercitio curæ Vicarius amovibilis arguit curam eſſe pœnes deputantem, & ideò ipſum teneri ad reſidendum (*dd*). Si Eccleſia habeat domum propriam, & Parochus eâ relictâ habitet in Paterna, vel Cognatorum domo intra fines Parochiæ exiſtante, propter honeſta ſervitia, & ſui majus commodum, ſciente & tacente Epiſcopo, reſidentiæ muneri ſatisfacit; quia licet ex vicinitate Eccleſiæ poſſit faciliùs Sacramenta miniſtrare, tamen neceſſitati populi ſufficienter ex propria ſua habitatione providere poterit, & ſic non eſt quod in hac parte ſrupulis angatur (*ee*). Monachus exercens curam animarum in Parochiali unita Monaſterio Ordinis S. Benedicti, tenetur habitare in domo Parochiali, & non in Monaſterio diſtanti à cura (*ff*).

*(a) *Trid: cap:1. in fine ſeſſ: 28. de ref: S. Cong: Concil: in una Mediolan: 10. Decemb: 1576.* (b) *Ead: teſte Garc: de benef: par: 3. n. 42.* (c) *Ead: 8. Junij 1595. teſte eod: de benef: in addit: d. 3. par: c. 2.*

c. 2. n. 81. (d) *Ead: eod: teſt: part: 3. n. 39. de benef:* (e) *Ead: teſt: eod: ibid: 179.* (f) *Ead: in Sarzanen: 13. Novemb: 1627.* (g) *Ead: teſt: eod: ibid: n. 295.* (h) *Ead: teſt: Gonzal: in reg: 8. Cancell: Gloſſ: 6. n. 265.* (i) *Trid: ſeſſ: 23. cap: 1. de ref: S. Congr: Conc: teſte Garc: de benef: part: 2. n. 179.* (k) *Ead: teſt: eod: p. 3. c. 2. n. 179.* (l) *Ead: teſt: eod: ibid: in 27. declarat:* (m) *Ead: teſt: eod: ibid: n. 34.* (n) *Ead: teſt: eod: ibid: n. 179.* (o) *Ead: teſte Aloyſ: Ricc: in praxi rerum Forenſ: Eccl: reſol: 393. n. 5.* (p) *Ead: teſte Armendar: in addit: ad recopil: 11. Navarræ l. 2. tit: 23. §. 2. tit: Sed an Parochi debeant reſidere n. 173.* (q) *Ead: teſt: eod: d. loco n. 178.* (r) *Ead: teſt: eod: & d. loco n. 144.* (s) *Ead: teſt: eod: d. loco n. 138.* (t) *Sanctarell: var: reſol: q. 4. n. 45.* (u) *Garc: de benef: par: 3. c. 2. n. 179.* (x) *Anton: Ricciul: de Jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. l. 1. c. 14.* (y) *Garc: d. n. 179. in 9. declarat:* (z) *Idem ibid: d. n. 179. in declarat: 14.* (aa) *Idem in declarat: 15.* (bb) *Pius V. in Conſtit: quæ incipit Cupientes.* (cc) *Armendar: in addit: n. 135. Garc: d. n. 179. declar: 7.* (dd) *Idem in declar: 11.* (ee) *Poſſev: de off: Cur: c. 1. n. 7.* (ff) *S. Cong: Conc: in Durien: 5. April: 1631.*

SACRAMENTA IN GENERE.

I.

PArochus debet pro ſuſcipientium captu plebibus ſuis explicare vim & uſum Sacramentorum

torum(*a*). Et Officium Paſtoris eſt, non ſolùm paſtem Ovibus non ſubtrahere verùm deducere ad illum, proindè ſe omnibus expoſitum dicat ad Sacramenta adminiſtranda, toties quoties opus fuerit(*b*). Sacramenta autem ijs ritibus & cœremonijs, quæ in Rituali ſub Paulo V. edito continentur, adminiſtrentur, quæ omitti ſinè peccato non poſſunt, niſi aliud facere ipſa neceſſitas cogat(*c*). vel niſi aliud pro tota Diœceſi Rituale ab Epiſcopo præſcriptum eſſet, quod ad ungvem eſt obſervandum. Si Parochus in ſtatu peccati mortalis adminiſtrat Sacramenta, læthaliter peccat(*d*) proindè debet ſe diſponere ad gratiam, vel per Sacramentalem Confeſſionem, vel per internum contritionis actum, cum propoſito poſtea ſuo tempore confitendi (*e*). Ad neceſſitatem Sacramenti requiritur, ut Parochus ipſe intendat conferre homini Sacramentum, ſaltem implicitè, faciendo, quod vera Eccleſia ſolet, aut quod Chriſtus inſtituit, etſi determinatè neſciat, aut non credat eſſe Sacramentum (*f*). Sufficit autem intentio virtualis in Parocho ad valorem Sacramenti, puta ſi aliquis propoſito ſacrificandi, vel baptizandi venit in Eccleſiam, atq; idcircò Sacras veſtes induit, ad altare, vel baptiſterium acceſſit, licet tunc, & in materiæ applicatione, formæ prolatione ad alia cogitanda diſtrahatur (g). Intentio verò ad Sacramenti validitatem debet ſemper eſſe abſoluta, ideóq; non ſufficit,

ſi Curatus baptizet, vel à peccatis abſolvat ſub conditione pendente in futurum : *v. g.* Si Pater tuus conſenſerit, ſi concubinam domo ejeceris; quia ſacra Symbola debent à Miniſtri intentione explicita, aut implicita ſecundùm Intentionem Chriſti determinari, ut ſint practica & efficacia, talia autem non ſunt ſi ſuſpendatur à futuro contingente effectu eorum vis & efficacia(*h*). Hinc Curatus peccat non ſolùm ſi apponat conditionem de futuro, ſed etiam de præterito, vel de præſenti absq; rationabili cauſa, quia exponit ſe periculo adminiſtrandi Sacramentum invalidè(*i*); Valida tamen ſunt Sacramenta adminiſtrata ſub conditione de præſenti, vel de futuro(*k*). Adverte quòd Parochus tenetur *ex obligatione Juſtitiæ* dare Sacramenta ſuis Parochianis tempore gravis neceſſitatis, etiam cum certo periculo vitæ propriæ, niſi adſint alij Miniſtri, qui ſufficienter id præſtent (*l*). Et tempore peſtis non poteſt fugere, nec populum deſerere(*m*). Quia nullo caſu excuſari poteſt, quominùs miniſtret Sacramenta morienti, ne quidem metu peſtis ſeu alterius contagioſæ infirmitatis(*n*) niſi alteri æquè idoneo officium ſuum cum Ordinarij conſenſu committat, aut reſignet(*o*). Tenetur autem ea Sacramenta peſtiferis miniſtrare, quæ ſunt de Salutis neceſſitate, alia autem non cum tanto vitæ diſcrimine(*p*). Cavere tamen debet, ne dum peſtis tempore unius non graviter indigen-

Digitized by Google

gentis, ſpirituali utilitati conſulere intendit, plures ex ipſius occubitu graviorem jacturam ſpiritualem patiantur, adeóq; ſi ſolus eſt, non facilè debet miniſtrare cū vitæ ſuæ periculo Sacramenta, quæ non admodùm neceſſaria ſunt, quia majus bonum publicæ neceſſitatis præferendum eſt privatæ alicujus utilitati (*q*). Principes tempore peſtis poſſunt quidem prohibere Parochis ſanorum cōmercium; impedire non item in adminiſtratione Sacramentorum infectis (*r*). Et Epiſcopus præcipere poteſt ijsdem nè tempore peſtis etiam cùm mortis periculo, ab Urbe diſcedant, & quòd neceſſaria Sacramēta miniſtrent (*s*) poſſunt tamen per alium idoneum miniſtrare Parochianis ſuis peſte infectis Sacramenta Baptiſmi & Pœnitentiæ, & ſi non reſideant, ut tenentur, procedendum eſt contra eos ſervatâ forma Concilij (*t*). Poteſt item Parochus ſibi providere de neceſſaria defenſione in probabili vitæ periculo; *A mala cœli conſtitutione* quidem per veſtes, & præſidia, quæ à natura docentur: *A malo homine* per amicos qui eum aſſociant, vel per arma, etiamſi ferat Olea Sacra; quare ſi inſtet auditio Confeſſionis morientis, eundum eſt; ſi vocetur pro Extrema unctione non item, niſi ægrotus alijs Sacramentis juvari nequeat; fieri enim poteſt, ut ſit attritus, & accedente Extremâ unctione virtute Sacramenti evadat contritus; Si vocetur pro baptiſmo, vocantes ipſos jubeat ſupplere; Minùs

 tene-

Digitized by Google

tenetur cum tanto vitæ periculo ad commendationem animæ(*u*). Si certò ſciat ſe occiſum iri, tenetur ire ad infirmum ſine Sacramento pœnitentiæ certò moriturum, quia videtur impoſſibilis iſta certitudo ſuæ occiſionis, non item certitudo mortis infirmi ſine Sacramentis(*x*). Nec excuſaretur, licet ſciret poſitivè ſeu de facto pœnitentem eſſe in gratia, eo quòd confeſſus fuerit paulò antè, & aliàs erat diligens & bonus (*y*). Hoc enim cautè judicandum eſt, quia eſse bonum & diligentem non arguit impeccabilitatem, ideò eundum, ut ſupra. Nec poteſt Curatus, qui capitales gerit inimicitias, admonere populum, ut qui indiguerit illius operâ, vocet eum de die & non de nocte quia tenetur ire quotieſcunq; vocatus fuerit neceſſariò (*z*).

* (a) *Trid: ſeſſ: 24. de Ref: c. 7.* (b) *Joan: Sanc: in ſelect: diſp: 47. n. 11.* (c) *Pius V. in Cathecheſi Romana p. 2. de Sacrament: in gen: §. 18.* (d) *Bonac: de Sacram: diſp: 1. q. 3. pun: 2. §. 1. n. 3.* (e) *Barboſ: de Parocho p. 2. c. 17. n. 4. in fin.* (f) *S. Thom: p. 3. q. 64. art: 8. & art: 10. ad 2.* (g) *Idem ibid: d. art: 8.* (h) *Bonac: d. q. 3. pun: 2. §. 3. n. 19.* (i) *Idem ibid: n. 20.* (k) *Idem n. 18.* (l) *S. Thom: 2. 2. q. 185. art: 5.* (m) *Nald: in ſum̃: v. Parochus n. 15.* (n) *Rip: in tr: de peſte n. 147.* (o) *S. Antonin: 3. par: tit: 22. c. 12. §. 3.* (p) *Galleg: de Paroch: oblig: tempore peſtis p. 3. in ſolut: argum: n. 64.* (q) *Joan: Major in 4. diſt: 23. q. 1.* (r) *Marta de Juriſd: p. 4. caſu 73.* (s) *N. Homobon: de Exam: Eccl: tr: 15. c. 8.*

Digitized by Google

c. 8. q. 25. reſol: 2. (t) *Trid: cap: 1. in fine ſeſſ: 23. de ref: Congr: Conc: 10. Decemb: 1576.* (u) *Poſſev: tr: de off: Curat: c. 5. n. 38.* (x) *Idem loc: cit: n. 59.* (y) *Suarez tom: 4: de pœnit: diſp: 44. n. 15.* (z) *Idem d. loco n. 60.*

2. Parochus excommunicatus occultus, petitus à Parochianis ſuis, ut Miſſam celebret in die Feſto, vel Sacramentum aliquod ex neceſſitate miniſtret, non peccat, modò præmittat dolorem de peccatis, nec poſſit abſolutionem excomunicationis obtinere(*a*). Secùs ſi ſuâ ſponte ipſe ſeſe ingereret ad adminiſtranda Sacramenta; tenetur enim abſtinere ſub mortali (*b*). In hoc caſu non peccat Parochus, quia cùm Conc: Conſtantienſe fidelibus concedat facultatem communicandi cum excomunicato tolerato, videtur indirectè conceſſiſſe, nè excommunicatus toleratus peccet communicando, & adminiſtrando Sacramenta, quando petuntur ab alijs fidelibus; neq; hi peccant petendo, quia tutò utuntur privilegio participandi, & communicandi cum excommunicato tolerato (*c*). Parochus excomunicatus vitandus adminiſtrans Sacramenta, & ab eo illa petentes ſeu recipientes extra neceſſitatem, graviter peccant, valida tamen ſunt, excepto pœnitentiæ Sacramento; quia excommunicatus vitandus caret Juriſdictione (*d*). Excommunicatus excommunicatione minori conferendo Eccleſiaſtica Sacramenta, peccat mortaliter per Sylve-

Digitized by Google

ſtrum(*e*); per Navarrũ nullum peccatum committit(*f*) per Toletum peccat venialiter; quia irreverenter agit ea tractando, & alijs conferendo, quæ lex prohibet ab ipſis ſuſcipi, quæ irreverentia ſufficit ad culpam venialem (*g*). Secluſâ Epiſcopi reſervatione, poteſt Parochus dare alteri etiam ſimplici Sacerdoti licentiam adminiſtrandi Sacramenta, exceptâ Pœnitentiâ, quam dat ſolus Epiſcopus(*h*). Et hoc idem Epiſcopus ei prohibere non debet(*i*), qui tamen miniſtraret ſine tali Licentia, peccaret mortaliter. Vice-Curatus à proprio Parocho ob ejus abſentiam ad breve tempus delegatus, ut omnem curam gerat, poteſt alij delegare unam vel alteram cauſam(*k*). Non poteſt tamen prædictus Parochus delegatus ad univerſam Parochiæ curam, alteri delegare totam curam, dum abeſt, etiam ad modicum tempus, niſi adeſſet conſvetudo; tunc enim Parochus videtur tacitè dare facultatem ad eam ſubſtitutionem(*l*) Sacerdos delegatus ad aſſiſtendum alicui matrimonio ex delegatione Parochi, non poteſt ſubdelegare, quia delegatus ad unam cauſam non poteſt totam delegare, niſi ſit delegatus Supremi Principis(*m*). Curatum beneficium habens, quamvis regulariter per ſeipſum curam exercere teneatur, ex conſvetudine tamen immemorabili, vel privilegio induci, & concedi poteſt, ut eidem per Vicarium ſeu Capellanum, etiam temporalem, & ad nutum amovibilem, inſer-

Digitized by Google

inſerviat(*n*). Pro Sacramentorum adminiſtratione nihil poteſt accipi hoc titulo, etiam à ſpontè dantibus; ſed quod offertur ſpontè, pro Eleemoſyna accipi poteſt (*o*). Vel ſi detur tanquam ſtipendium ſuſtentationis, juxta illud Chriſti Matth: 10. *Dignus eſt operarius cibo ſuo.* Vel ſi vigeret conſvetudo rationabilis & præſcripta, hæc enim omnia excludunt Simoniam. De Eleemoſyna eſt textus(*p*) de ſtipendio & ſuſtentatione eſt textus(*q*) & de conſvetudine eſt etiam textus (*r*). Uſurarius non eſt admittendus ad Sacramenta, neq; ad oblationem, niſi idoneè caveat pro reſtitutione (*s*). Parochus nolens Sacramenta adminiſtrare, ubi obligatus eſt, ſi moriatur Parochianus ſine eis, graviter & mortiferè peccat; nam reus eſt illius animæ(*t*). Et puniendus venit pœnâ arbitrariâ, ſi nolit Sacramenta adminiſtrare (*u*); Et iſta pœna arbitraria infertur habito reſpectu ad negligentiam Parochi, & ad neceſſitatem Sacramenti, & ſalutem animarum, & hoc præcipuè locum habet in baptiſmo & pœnitentia; Excipitur tamen, ubi quis infirmum ſibi commendatum baptizare nolit; nam ſi ſine baptiſmo moriatur, deponi debet(*x*). Parochus quoq; debet Sacerdotalia munera, & Presbyterales functiones, quæ populi & animarũ curam concernunt exercere, etiam in Eccleſijs, quæ ſunt ſub Laicorũ Magiſtrorum gubernio, non autem ſpectat ad Capellanos à dictis Magiſtris deputatos(*y*).

De-

Digitized by Google

Demum Parocho Cathedralis non licet Sacramenta adminiſtrare, vel curam exercere in aliena Parochia(z).

* (a) *Svarez d. loco cap: 5. n. 46.* (b) *Valer: de diff: inter utrumq; forum: v. Nullitas diff: 3.* (c) *Barboſ: de Parocho p. 2. c. 17. n. 24.* (d) *Bonac: de cenſuris diſp: 2. q. 2. pun: 2. §. 4. & n. 1.* (e) *Sylv: in ſum: v. Excomunicatio 4. n. 1.* (f) *Navar: in man: c. 27. n. 24.* (g) *Tolet: in Inſtr: Gav: l. 1. cap. 11. n. 3. & alij.* (h) *Cong: Epiſc: 20, Auguſti 1602* (i) *Poſſev: de off: Cur: c. 5. n. 50.* (k) *Sanchez de Matr: l. 3. diſp: 31. n. 13.* (l) *Squillant: d. privil: Cler: c. 2. n. 35.* (m) *Idem ibid: n. 39.* (n) *Navar: conſ: 21. de Cler: non reſid: in novis.* (o) *S. Congr: Conc: 1. Febr: 1593.* (p) *Text: in c. Placuit 1. l. 2. & in c. Dictum. 1. q. 1. & in c. Dilectus 30. de Simon:* (q) *Text: in cap: penult: 1. q. 2. & in c. Secundum.* (r) *Text: in c. Ad Apoſtolicam de Simon:* (s) *Sylv: v. Uſura 8. q. 1.* (t) *Text: in c. Si Presbyter & c. ſeq: 26. q. 6. Gl: v. Sine Confeſſione in c. Officiū. de off: Archipreſ:* (u) *arg: l. ff. de Jure delib: & cap. de cauſis, de off: deleg: Navar: conſ: 5. de Parochis in varijs.* (x) *c. Quicunq; Presbyter. de cōſecr: diſt: 4.* (y) *S. Cong: Rit: in Neapolit: 18. Maij 1602.* (z) *S. Cong: Conc: in Engutien: 29. Sept: 1628.*

EX SYNODO PRAGENSI

Tit: de SACRAMENTIS GENERATIM.

P*Arochus ut intùs candidâ innocentiæ ſtolâ ornatus eſſe debet; ità etiam extrinſecùs mundo* *ſup-*

Digitized by Google

ſupperpelliceo, ſtoláq; ejus coloris, qui Sacramento miniſtrando congruat, etiam in Sacramentalibus Confeſſionibus audiendis, indutus ſit ſemper. In ijs autem miniſtrandis omnem adhibeat diligentiam ac ſolicitudinem, cum præſertim ægrotorum nomine, vel media nocte accerſetur: quo quidem tempore, neq; à procellarum vi, neq; à gelu rigore detineatur quominùs quocunq; oportuerit, etiam in ultimos Parochiæ fines, eò promptè, & alacriter, nullâ interpoſitâ morâ, ſe conferat. Seduſo quoq; videbit, ne ad Sacramenta quævis aliquem admittat, niſi armis depoſitis, modeſtòq; habitu, ac compoſito corporis geſtu, aliquod reverentiæ interiorũ indicium exteriori cultu proferat. Neq; item eos, qui ſolemnes fidei noſtræ articulos, vel ſaltem ejusdem fidei quatuor precipua capita, nempè Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Apoſtolorum, & Decalogum ignoraverint, eáq; addiſcere non curârint. Caveat præterea, ne pro Sacramentorum adminiſtratione quicquam prorſus exigat, vel extorqueat, ſive ſignis, ſive verbis, aliquid tanquàm pretium vel mercedem quovis modo petat, ſeu de ijs paciſcatur; Id enim non ſordida tantùm avaritiæ, ſed etiam Simoniacæ pravitatis non caret ſuſpicione. Honoraria tamen, & quidquid Eleemoſynæ nomine dari ſolitum eſt, promptè impendant homines Laici, conſvetudinem piè & religiosè introductam Sanctè obſervantes c. ad Apoſtolicam de Simon: Illud autem videant Parochi, ut ſi id impendere aliqui renuerint, Sacramenta eis adminiſtra-

re

re non differant, neq; recuſent; ſed poſt miniſterium eorum nomine ad Ordinarium, vel Officialem ſuum deferant, ut eos SS: Canonum Jure ad piam conſvetudinem obſervandam compellamus. Ut Sacramenta non tàm Pragæ, quàm in tota Archi-Diœceſi uniformi ratione miniſtrentur, Edito jam libro Rituali Ordinarij juſſu reformato, & approbato, antiquorum Rituum uſus ſub gravi pœna, arbitrio Ordinarij infligenda, omnibus plenè interdicitur. Antequam Parochus, aliúsve Sacerdos ad aliquod Sacramentum miniſtrandum accedat, paululùm ſaltem in Sacræ functionis, quam obiturus eſt, meditatione, attentè verſetur, atq; genibus flexis ad Altare aliquantulùm orabit.

SEPULTURA.

I.

PArochus non poteſt impedire Sepulturæ electionem in alia Eccleſia præter Parochialem, dummodò illi reſervata ſit ſua quarta funeralis(*a*). Intellige ubi quarta eſt in uſu. Sepulturam pro filio minori poteſt Pater in vita, non poſt ejus mortem eligere (*b*). Sepulturam eligendi facultatem non habens, in Majorum ſuorum Sepultura humari debet(*c*). Sepultura mortuis danda eſt in tumbis profũdis Eccleſiarũ(*d*). Et ſepulturæ Eccleſiaſticæ tradi debet excommunicatus, qui in mortis articulo confeſſionem petijt, vel Beatiſſimam Virginem invoca-

ca-

cavit(*e*). Hæreticis autem ſepultura Eccleſiaſtica denegatur(*f*). Et mortuis in duello (*g*). Et congredientibus ad agitandum & certandū cum tauris, & alijs in ſpectaculis (*h*). Et excommunicatis notorijs & denunciatis(*i*) niſi in articulo mortis ſigna pœnitentiæ dediſſent, & ſufficit unus teſtis. Et Intterdictis notorijs & denunciatis(*k*). Et publicis & manifeſtis Uſurarijs, niſi alienum reſtituerint, vel idoneam dederint de reſtitutione cautionem (*l*). Adde Uſurarios manifeſtos publicè excomunicatos, & nominatim interdictos exhumari facere poteſt Epiſcopus, etiam de Monaſterijs exemptis Regularium, & procul proijci ab Eccleſia (*m*). Et infidelibus, paganis, Judæis, hæreticis, etiamſi poſt mortem appareat de hæreſi(*n*). Et manifeſtis raptoribus, niſi reſtitutione ſecutâ, vel alius velit pro illis reſtituere (*o*). Et decedentibus in Torneamentis(*p*). Et religioſis utriúsq; Sexûs proprietarijs, ſi moniti à Superiore, absq; emendatione & pœnitentia deceſſerint(*q*). *Circa iſtos cavenda præcipitantia.* Et peccatorib9 quibuslibet notorijs, & decedentib9 in ipſos peccato mortali, & impœnitentibus nullo dato ſigno contritionis(*r*). Et occidentibus ſeipſos ex induſtria(*s*). Excipitur ille qui ſe præcipitem dedit, non qui ſe interficeret, ſed quoniam malum ipſi impendens aliter evitare non poſſit, ut in Muliere quæ per feneſtras ſe projecit, ut fugeret volentes eam violare, vel nè in

ma-

Digitized by Google

manus inimicorum incideret. Item in eo qui ſe in flumen projecit ob hujusmodi cauſas. Si quis reperiretur mortuus in puteo, vel laqueo ſuſpenſus, non deberet privari Eccleſiaſticâ ſepulturâ; quia ubi non conſtat quod ſeipſum interſecerit, vel præcipitaverit, non eſt præſumendum, cum potuerit per inſidias, aut vim in puteum proijci, vel ſuſpendi, aut ex furore ſeu mentis alienatione id facere(*t*). Et non confeſſis ſemel in anno, niſi de conſilio Sacerdotis prorogâſſent Confeſſionem (*u*). Et non reſtituentibus Eccleſiæ decimas(*x*). Et parricidis(*y*). Et publicè blaſphemantibus DEUM, ſi pœnitentiam eis injunctam non egerint(*z*). Et Clericis notoriè concubinarijs, & ſic perſeverantibus uſq; ad mortem ſine pœnitentia; Iſti enim non ſunt cum alijs fidelibus ſepeliendi(*aa*).

*(a) *S. Cong: Rit: in Capuana* 31. *Martij* 1629. (b) *Congr: Epiſ: in Fulignen:* 27. *Octob:* 1587. (c) *Ead: in Aſculana* 21. *Octobris* 1616. (d) *Pius V. Conſt: v.* §. 6. *incipit Cum primùm Kal: Apr:* 1566. (e) *Cong: Epiſ: in Nolana* 19 *Julij* 1619. (f) *Nicol:* 3. *Conſt:* 2. §. 18. *incipit Noverit.* 5. *Non: Martij,* 1279. (g) *Clem: VIII. Conſt:* 11. §. 7. *incipit Illius vices* 16. *Kal: Septemb:* 1592. (h) *Pius V. Conſt:* 48. *incip: De ſalute, Kal: Novem:* 1567. (i) *Cap: Sacris de Sent: Excom̄: c.* 5. *qui eod: tit: in* 6. *Clem:* 1. *de Sepultura.* (k) *d. Clem:* 1. *de Sepultura.* (l) *Cap: quia de uſurar: cap: quanquam eod: tit: in* 6. (m) *d. Clem:* 1. *de ſepultura.* (n) *cap: Excom̄unicatus.*

§. *Cre-*

ſ. Credentes de hæretic: (o) *cap: ſuper eo, de Raptoribus.* (p) *c.* 1. *&* 2. *de torneam:* (q) *cap: Monachi, de ſtatu Monachorum.* (r) *Gl: verb: Communicabatur in cap: Ex parte* 11. *de Sepultura.* (s) *cap: Placuit* 23. *q.* 5. *& Vgolin: de off: & pot: Epiſ: c.* 17. *n.* 4. *verſ: Item qui ſeipſes.* (t) *Mar: Socin: conſ:* 51. *vol:* 2. *Mar: Anton: Gennen: in practica Archiep: Neapol: c.* 61. *n.* 20. (u) *cap: Omnis utriusq; ſexûs de pœnit: & remiſſ:* (x) *cap: Prohibemus de Decim:* (y) *Menoch: de arbitrar. caſu* 387. *per totum.* (z) *cap.* 2. *in fin. de Maled.* (aa) *Text. in cap. Quaſitum, & in cap. Quibus* 13. *q.* 2. *& in cap. Placuit in fine* 23. *q.* 5.

2. Si Parochi prædictos à jure Sepulturâ privatos ad locum ſacrum ſepelierint, peccant mortaliter, & tenentur reſtituere funus, etiam à multò tempore ſepultum, ſi petatur, & quidquid ratione illius perceperunt, exceptâ quartâ funerali (*a*) ſi tamen eſt in uſu. Cœterum Parochus ſuos Parochianos, omnésq; alios intra Parochiam degentes, cum teſtamento, vel ſinè eo diſcedentes, ſine tamen ſpeciali circa ſepulturam diſpenſatione, ſepelire debet in ſua Parochiali Eccleſia, niſi fortè alibi habeant ſepulcrum, in quo majores eorum ſepeliri ab antiquo conſveverunt (*b*) hoc enim Jus Parochiale eſt (*c*). Ità ut etiam Parochus præferatur, & antè omnia ſit reſtituendus, ſi fuerit ſpoliatus corpore jam ſepulto, cum illud poſſit extrahi auctoritate Superioris, tanquam non juſtè Sepulturæ

turæ traditum, & reſtitui ei, qui jus prælationis habet(*d*). Porrò Sepultura tripliciter ſumi poteſt, vel pro officio ipſo, quod impenditur corporibus humandis(*e*) vel pro loco in quo quis ſepelitur, ſive terra, ſive arca (*f*) vel pro Jure ſepeliendi, quod quis habet in aliquo loco. Et ſepeliri in Eccleſia quibuscunq; ſive Clericis, ſive Laicis indultum eſt(*g*). Defunctorum autem corpora ſuper terram exiſtentia, in tumbis profundis infra terram collocari debent (*h*). Et nemo ſepeliendus eſt propè Altare(*i*) quòd ſi contra hujusmodi prohibitionem ſepulturæ ibi reperiantur conſtructæ, non debet in illo celebrari, donec corpora aliò transferantur (*k*). Locus ſepulturæ etiam tribus modis dari poteſt: *Primò*, Ut is cui datur fiat Dominus ejus; *Secundò*, ut habeat Jus ſepeliendi mortuos ſuos, & impediendi, nè alij ſepeliantur in eo; *Tertiò*, ut poſſit ſepelire aliquem in ea(*l*). *Primo modo* nulli poteſt dari locus Sepulturæ, etiam cum auctoritate Epiſcopi; quia rei Sacræ nullus poteſt habere dominium. *Secundo modo* non poteſt dari ſine auctoritate Epiſcopi, & ſine juſta cauſa, & non ſervatâ formâ in alienandis Eccleſiæ rebus ſervandâ; quia licet per illum modum, non trasferatur rei dominium, transfertur tamen uſus ejus, & quoddam Jus ſepeliendi, quòd fieri nequit, niſi ſervatis Canonibus *de non alien: reb: Eccl:* *Tertio modo* dari poteſt à quolibet habente liberam ſepulturam, vel Jus

ad-

admittendi ad ſepulturam in ſua Eccleſia *per d. Clem: & cum annotata* ſine auctoritate ſpeciali Epiſcopi, per auctoritatem quam habet à Jure comuni, vel privilegio aliquo legitimo (*m*). Sepulcrum proprium poteſt quis habere quoad uſum, & prohibere, ne absq; ejus conſenſu, quis in eo ſepeliri queat, & ad hoc Jus ſepulturæ acquirendum, quoad alios privativè, requiritur licentia ædificandi ab initio ſepulturam unà cum ipſa ædificatione ſubſecuta (*n*). Quælibet Eccleſia poteſt de Jure recipere ad ſepulcrum, quem vult; illa enim licet Parochialis non ſit, capax eſt, vel ex conſvetudine, vel Epiſcopi auctoritate habendi cœmeterium, & Jus ſepeliendi (*o*). Aliquid tanquàm pretium exigere pro Jure Sepulturæ, ſive ut aliquis in certò loco Eccleſiæ aut Cœmeterij ſepeliri poſſit, Simoniacum eſt; illa námq; vendi non poteſt, ſed gratia præſtanda eſt defunctis per eorum Parochos (*p*). Uſus vendendi Capellas pro ſepultura defunctorum, non eſt Simoniacus; quia datur per modum Eleemoſynæ ad reparationem Eccleſiæ, vel ad ſuſtentationem miniſtrorum illius, & non pro pretio (*q*). Ratione ſitûs vel dignioris loci, licitè poteſt eſſe pretij receptio pro ſepultura; quia hoc nō videtur concernere ſpiritualia, ſed tantùm honorem & præeminentiam, quæ poteſt pretio æſtimari & vendi (*r*) & emens locum honoratiorem, non committit Simoniam, in quo ſedeat. Uſus ſepulcri

hære-

hæreditarij eſt pretio æſtimabilis, & vendi poteſt pro debitis defuncti (s). Emptio ſimplicis ſepulturæ, ſeu Juris ſepulturæ ſalvari poteſt ex illa ratione maximæ obligationis, quòd nullus aliùs ibi ſepeliatur; quia aliud eſt vendere ſepulturam, quod prohibetur, aliud vendere obligationem non ſepeliendi alium, quæ obligatio eſt onus accidentarium, quod æſtimabile pecunia eſt (t). Cæterùm electio ſepulturæ omnibus eſt libera, dummodò non prohibeatur à Jure, cùm ſit actus propriæ voluntatis (u) & ejusdem electio in Eccleſijs Regularium non poteſt à Parochis impediri (x). Nullum tamen poſſunt, nec Religioſi, nec Seculares Clerici, ſub pœna Excommunicationis, inducere ad eligendam ſepulturam ſub voto, vel promiſſione de non mutando illam electionem (y). Etiam non ſecuto effectu ſepulturæ; quia verba prohibitionis jam hîc ſortiuntur ſuum effectũ, ſiquidem actus talis inductionis conſiſtit in quadam ſucceſſione continua, qui ubi primùm incipit, jam pro conſummato habetur (z).

* (a) *Gloſſ: per text: in cap: cum liberum de ſepult:* (b) *c. Is qui, de ſepult: in 6.* (c) *Clem: Dudum §. hujusmodi de ſepult:* (d) *Steph: Gratian: diſc: foren: tom: 2. c. 298. n. 5.* (e) *c. Dictum. 1. q. 1.* (f) *c. Abolendæ ſepult:* (g) *c. Nullius 13. q. 2.* (h) *Pius V. incip: Cum primùm Kal: Apr: 1569.* (i) *Congr: Epiſ: in una Tremular: 8. Febr: 1594.* (k) *Ead: in Tranen: 10. Novemb: 1599.* (l) *text: in c. Abolenda de*

dæ de Sepult: (m) *Navar: conſ: 1. de ſepult: in novis.* (n) *Barboſ: de off: & pot: Parochi p. 3. c. 26. n. 12.* (o) *Hoſtien: in c. Quia nonnulli n. 7. ad fin: verſ: quod ſi aliquis.* (p) *c. Abolenda de ſepult:* (q) *Svar: tom: 1. tr: 3. c. 14. n. 22.* (r) *Sot: de Inſt: l. 9 q. 7. art: 1.* (s) *Melch: Phœbo Cuſit: deciſ: 8. n. 13.* (t) *Svar: de relig: tom: 1. tr: 3. l. 4. de Simon: c. 14 n. 22.* (u) *c. Cum liberum in 6. de ſepult:* (x) *Aloyſ: Ricc: in praxi rer: Eccleſ: p. 4. reſol: 293. n. 32.* (y) *c. 1. de ſepult: lib: 6.* (z) *Fr: Em: tom: 4. ſum: c. 130. n. 7.*

3. Uxor præmortua non electâ ſepulturâ, ſi maritus habet proprium Sepulcrum, in ipſo etiam tumulari debet, quamvis extra limites Parochiæ ubi mortua eſt (*a*). Mulier nupta liberè poteſt ſibi eligere Sepulturam ſicut Vir (*b*). Si deceſſerit non electâ ſibi Sepulturâ, debet ſepeliri in Sepulcro Mariti, ſi inter eos ſit ſecuta carnalis copula (*c*). Etiamſi Mulier accuſata ſit de adulterio, ſi pendente lite moriatur (*d*). Quæ habuit plures viros, ſi non electâ ſepulturâ moriatur, ſepelienda eſt in Sepultura ultimi viri (*e*). Quando quis decedit non electâ ſepulturâ, in ea ſepeliendus eſt, in qua Majores ſui ſepeliri conſueverunt (*f*) ſolutâ quartâ Parochiali, ſi eſt in uſu. Majores autem dicuntur Pater, Avus & alij ſuperioriores (*g*). Si Pater & Avus ſint ſepulti in uno loco, & Proavus & Tritavus in alio, ſepeliatur filius cum Patre & Avo (*h*). Si in uno Sepulcro non ſunt plures Majores, ſed

in uno Pater, in alio Avus, ſepeliendus eſt filius apud Sepulcrum Parentum, non verò Abavi, & aliorum aſcendentium, nec apud Eccleſiam ubi audit Divina; quia Sepultura inter mortuos comparatur domicilio inter vivos, filius autem ſequitur domicilium Parentum, & non aliorum aſcendentium (*i*). Si nullam Sepulturam Majores ſui habebant, ſepeliendus eſt in Parochia ſua (*k*). Si Clericus Sepulturam non habeat, neq; illam ſibi eligat, ſepelire debet in Eccleſia, cujus adminiſtrationem & curam geſſit, vel alibi reſidere tenebatur (*l*); Jus enim Sepulturæ multùm pendet ab adminiſtratione Sacramentorum (*m*). Religioſi, cùm non habeant electionem Sepulturæ, ſepeliendi ſunt in proprijs Monaſterijs (*n*). Etiamſi extra clauſtra decedant; quia, etiam tunc Parochis inconſultis, ad eorum Eccleſias deferri debent (*o*). Nec id ijsdem Regularib9 prohiberi poteſt ſub prætextu, quòd debeant priùs Jus Sepulturæ ſolvere, quia ab hujusmodi prætenſionibus Parochos abſtinere mandavit S. Congregatio (*p*). Si Religioſi ità remoti ſint à proprijs Monaſterijs, ut commodè ad ea portari nequeant, tunc habent Jus eligendi Sepulturam (*q*). Si verò in partibus ſic remotis à Monaſterijs moriantur non electâ ſepulturâ, ſepeliendi erunt in Eccleſia Parochiali, in qua deceſſerunt, inſtar ſecularium in itinere morientium (*r*). Peregrinus ſi morietur dum eſt in via, ſepelitur in Cathedrali (*ſ*), per

per Sylveſtrum in Parochia (*t*) ſeclusâ conſvetudine. Alij dicunt dari locum præventioni. Si Parochus, dùm vadit ad infirmum communicandum, ipſum interrogat non in genere, in qua Eccleſia velit ſepeliri, ſed in ſpecie dicendo: vis ſepeliri in Parochia, vel in alia Eccleſia, ipſam ſpecialiter nominando, non valet hæc electio tanquàm facta ad ſuggeſtionem, ſed debet in genere interrogare (*u*).

* (a) *S. Congr: Rit: in Senogallien: 15. Januarij 1633.* (b) *c. de Uxore. de ſepult.* (c) *Petr: de Ubald: de Canonica portione c. 11. n. 20.* (d) *Jul: Lavor: c. 11. n. 135.* (e) *cap: 1. §. Mulier de ſepult: in 6.* (f) *c. Hebron. c. Placuit 13. q. 2. c. Fraternitatem de ſepult: c. Is qui, eod: tit: in 6.* (g) *L. Majorum ff. de verb: ſignif:* (h) *Læl: Zech: c. 28. de Parocho n. 17. verſ: Fallit:* (i) *Barboſ: de Paroch: p. 3. c. 26. n. 32. & L. Aſſumptio ff: de Municip: c: Fraternitatem de ſepult:* (k) *c. Ex parte, c. In noſtra de ſepult:* (l) *Burſat: conſ: 226. n. 18. & 19.* (m) *Stephan: Gratian: diſcept: forenſ: c. 94. n. 74.* (n) *c. ult: de Sepult: lib: 6.* (o) *S. Cong: Conc: 2. Julij. 1620.* (p) *Cong: Epiſc: in Puteolana 22. Maij, 1615.* (q) *d. c. ult: Navarr: comento 2. de Regularibus n. 43.* (r) *Dyn: Ancharan: & Franc: in d. c. ult:* (s) *Cong: Epiſc: 9. Junij 1592.* (t) *Sylv: v. Sepult: q. 8. ibid: Quintum.* (u) *Burſat: conſ: 226. n. 18. vol: 3. Aloyſ: Ricc: in prax: p. 4. reſol: 29. n. 30.*

4. Jus Sepulturæ amittitur præcipuè per Simoniam, per occiſionem Rectoris, ſeu crimen

Læſæ Majeſtatis, aut ſi vivus in ea ſepeliatur (*a*). Legatum factum Eccleſiæ pro ſepultura, adhuc ei debetur, etiamſi teſtator ob culpam ſuam ſepulturâ privaretur (*b*). Pro parvulis baptizatis habeatur Specialis ſepultura, ſeu locus in Cœmeterio (*c*). Si contingat ſepeliri aliquem in loco non ſacro, donec transferatur in locum ſacrum, apponatur Crux capiti illius (*d*). Sepultura in Eccleſijs Regularium non debetur illi, qui cum habitu Regulari tantùm petijt ſepliri (*e*). Sepeliendi tamen ſunt in Eccleſijs Regularium, qui coram teſtibus duntaxat elegerint Sepulturam (*f*). Si Eccleſia eſt interdicta, ubi eſt Sepultura Majorum, ſepeliatur in Parochiali, ſi hæc interdicta, in Cathedrali, ſi omnes interdictæ, in Monaſterio proximiori (*g*). Cadavera nè reponantur ſub altaribus, neq; ſub gradibus eorum (*h*). Nullum cadaver perpetuæ Sepulturæ traditum, ex ulla cujusvis Ordinis Eccleſia aſportari liceat, niſi de licentia Ordinarij (*i*). Si Saga in carcere moriatur, antequàm crimen confeſſa, vel de eo convicta eſt (niſi aliud obſtet) in ſacro loco ſepeliri debet: tantùm abeſt, ut ejus corpus cremari, aut memoria ſeu fama ejus publicè damnari poſſit (*k*). Excipe, niſi Reus in carcere ſibi ipſi mortem conſciverit, tunc corpus ejus comburi, vel furcâ ſuſpendi Jure poteſt: cùm cenſeatur tali dignum pœnâ crimen, ipſo facto confiteri (*l*); Sed etſi Saga v. g. ſibi ipſi necem adferens, antè mor-

mortem de crimine doleat, confiteatur, imò & Euchariſtiæ Sacramentum accipiat, nihilominùs Judex tribunalis ſui conſvetudinem ſequi poteſt, ut ejus, tanquàm de crimine ſuo confeſſæ, cadaver cremetur, memoria damnetur, bona confiſcentur: cùm pœnitentia illa Sacramentalis foro externo nihil præjudicij adferre ſoleat.

* (a) *Lambert: de Jure Patr: lib. 3. q. 8. art: 2.* (b) *Philiarch: p. 2. l. 6. c. 21. concl: 4.* (c) *Rit: Rom:* (d) *Rit: idem de exequijs.* (e) *Cong: Epiſc: 23. Novembr: 1582.* (f) *Ead. 11. Decembr: 1665.* (g) *Sylv: q. 8.* (h) *Cong: Epiſc: 6. Septemb: 1593.* (i) *Rit: Rom: de Exeq:* (k) *Ex comiſ: Delrius l. 5. ſect: 19.* (l) *Gomez 3. reſol: c. 1. n. 39.*

EX SYNODO PRAGENSI.

Tit: De S. EUCHARISTIA & PAROCHIS.

SI quis præſtituto tempore Paſchali in propria Parochia non communicaverit, ad SS. Canonum præſcriptum, ingreſſu Eccleſiæ interdictus declaretur, & ſi ſic deceſſerit, careat Eccleſiaſticâ ſepulturâ. Cum Infidelium, nec non Excommunicatorum, Interdictorum, manifeſtorum uſurariorum, Impœnitentium, & aliorum ejusmodi defunctorum corpora, Eccleſiaſticâ Sepulturâ, ad SS: Canonum præſcriptum, carere debeant, Caveant Parochi, nè hujusmodi corporum funeribus & exequijs interſint, eavè in Eccleſijs ſuis ſeu Cœmeterijs ſepeliri, aut fune-

nerum ſeu exequiarum ejuſmodi occaſione, prædictarum Eccleſiarum *campanas pulſari permittant, alioquin cenſuras & pœnas contra hujuſmodi incurrent.*

SPONSALIA.

SPonſalia ſunt futurarum Nuptiarum promiſſio(*a*). Alia ſunt *vera*, in quibus vera promiſſio intervenit, & quæ habent veram rationem promiſſionis futurarum Nuptiarum; alia verò ſunt *præſumpta* Juris præſumptione; Item alia ſunt *abſoluta*, & alia *conditionata*; *Abſoluta* ſunt, quæ fiunt abſolutè, & ſinè ulla conditione; *Conditionata* verò, quæ fiunt mediante conditione, & appoſitâ conditione(*b*). Si contrahentes habeant uſum rationis ſufficientem ad Sponſalia contrahenda, & parùm diſtent à ſeptennio, valida ſunt Sponſalia & obligant in conſcientia(*c*), quia ætas neceſſaria ad contrahendum matrimonium, non eſt ità determinata, quin poſſit aliquando evenire, quòd malitia ſuppleat ætatem; ergò à fortiori hoc erit verùm de Sponſalibus(*d*); ad hoc enim ut oriatur impedimentum publicæ honeſtatis ex ſponſalibus, ponitur, ut aliquid requiſitum, quòd contracta fuerint Sponſalia in ætate ſeptem annorum, ponitur etiam exceptio, niſi contrahentes habuerint uſum rationis: Ad cognoſcendum verò quænam ætas dicatur propè ſeptennium, ut valida ſint Sponſalia, judicandum eſt ſecun-

ſecundum arbitrium viri prudentis, attendendo omne tempus accelerationis uſus rationis. Sponſalia poſſunt Parentes licitè contrahere pro filijs, ſi ſint parvuli, quæ tamen dependent ex conſenſu parvulorum in majori ætate, atque adeò poſſunt reclamare & non conſentire. Advertendum tamen eſt, quòd ſi poſitivè conſentiunt, vel etiam virtualiter & interpretativè, quia ſciunt & tacent (quod eſt virtualiter conſentire) valida ſunt ſponſalia (*e*) quando autem *in c. Dudum in fine* dicitur, quod filius adultæ ætatatis debet implere, quod Pater promiſit, illa particula, Debet, *ſecundum Gloſſam ibidem*, dicit *debitum honeſtatis*; Nam honeſtum eſt, quòd filius impleat promiſſionem ſui Patris, non tamen dicit *debitum neceſſitatis.* Sponſalia vera ſunt, ſi poſt tractatum de matrimonio contrahendo, Viro promittenti matrimonium fœmina requiſita ſpontè manum porrigat ad fidem recipiendam, imò etiam eſſet matrimonium, ſi præceſſiſſent viri verba apta ad matrimoniū juxta Jus antiquum, & juxta Tridentinum, ſi id fieret coram Parocho & teſtibus; quia quandò præcedunt verba Sponſalibus apta, vel matrimonio, illa manûs porrectio à muliere viro requirente, imò etiam non repuirente, ſed ſtatim à muliere ſpontè, eſt ſufficiens ſignum repromiſſionis & conſenſus, vel de futuro, vel de præſenti juxta aptitudinem verborum præcedentium, & præmiſſi tractatus à viro facti; tacens

cens enim conſentire cenſetur, ubi etiam agitur de obligatione perſonæ contrahendâ, ſi actus poſitivus concurrat (*f*). Si vir fœminæ manum apprehendens dicat: *Do tibi fidem de matrimonio contrahendo*, & fœmina nihil reſpondeat, non eſt ſufficiens ſignum conſenſus, & conſequenter non ſunt Sponſalia (*g*) verùm ſi illa non retrahat manum, licet vel reſpondeat, valdè probabiliter dici poteſt, eſſe Sponſalia, vel matrimonium juxta verba à viro prolata (*h*); quia ſicut perſeverare in cohabitatione, quando matrimonium à principio fuit nullum ceſſante impedimento cum ſufficienti Scientia, eſt ſufficiens ſignum conſenſus; itá etiam non retrahere manum apprehenſam, quæ ſignum fidei datæ eſſe ſolet, eſt revea porrigere, & fidem ſeu conſenſum dare eo actu publico & poſitivo, ſeu perſeverantia in eo actu poſitivo publico; maximè ſi, ut notat Gloſſa (*i*) conſvetudo loci haberet, ut porrectio & apprehenſio manûs eſſet ſignum conſensûs Sponſaliorum vel matrimonij. Verba exprimentia promiſſionem futuri matrimonij, & inducentia tantùm Sponſalia, ſunt primò; Si quis dicat: *Promitto me ducturum, vel accepturum in Uxorem Bertam; vel ducam aut accipiam in uxorem Bertam*; Nam etiam hæc poſteriora verba ſignificant promiſſionem in actu exercito (*k*). Si quis dicat: *Accipiam te in craſtinum*, iſta verba inducunt Sponſalia, quia etſi verba quoad ſonum & ſignificationem ſint de

Digitized by Google

de præſenti, tamen quoad adjunctum ſunt de futuro(*l*). Si quis dicat: *Promitto ducere te in Uxorem, & te habere in Conjugem*: Vel, *Promitto quòd ducam te Uxorem, & tenebo te pro legitima Conjuge*: Significatur promiſſio futuri matrimonij, & fiunt Sponſalia; Nam licet dubium ſit, an per illa verba, *Tenebo*, vel, *Habebo te in Conjugem*, deſignetur conſenſus de præſenti, & inducatur matrimonium, nihilominùs quia hæc verba denotantia executionem matrimonij, ſequuntur alia denotantia tantûm ſponſalia, importatur tantùm conſenſus de futuro matrimonioj, & ſunt ſponſalia; quia per verba præcedentia reſtringuntur ſequentia ad tempus contracti matrimonij, id eſt, quando matrimonium erit contractum, verba enim ſubjecta ex præcedentibus intelliguntur(*m*).

*(a) *S. Thom: in corp: art: & c. Noſtrates 30. q. 5.* (b) *Petr de Ledes: q. 43. in addit: ad 5. par: art: 1.* (c) *Idem art: 2.* (d) *ex l. ult: tit: 1. partitâ 4.* (e) *c. 1. de Sponſal: impub: c. unico eòd: tit: in 6.* (f) *Baſil: Pont: l. 2. c. 11. n. 8.* (g) *Sanchez l. 1. diſp: 22. n. 6.* (h) *Pont: d. n. 8.* (i) *Gloſſ: in c. 1. de Sponſa duorum V. non ſtringit manum.* (k) *c. 1. & c. Inter xirum, & c. Is qui fidem de ſponſal:* (l) *Sanches diſp: 88. n. 9. l. 1.* (m) *L. final: §. cui dulcia ff. d. vitro. tritico, oleo.*

2. Sponſalia poſſunt dirimi propter duodecim cauſas, *Et Prima eſt*, Ingreſſus Religionis; per ingreſſum enim Religionis dirimuntur Spon-

Sponſalia etiamſi ſint jurata, ac item per Ordinationem in Sacris, nec ſolvitur tunc pœna arrharum (*a*). *Secunda cauſa* quare dirimuntur Sponſalia etiam jurata, eſt matrimonium ſubſequens de præſenti cum alia Conjuge(*b*). *Tertia cauſa eſt*, impedimentum affinitatis ſuperveniens ut ſi unus illorum commiſceatur carnaliter cum conſanguinea alterius intra gradus prohibitos(*c*). Idem eſt de quolibet alio impedimento dicendum, imò fama publica de tali impedimento & ſcandalum(*d*). *Quarta cauſa eſt*, voluntas & conſenſus utriúsq; Conjugis, etiamſi Sponſalia ſint jurata(*e*). Nam contractus qui ex natura ſua eſt diſſolubilis, ex voluntate contrahentium diſſolvi poteſt. *Quinta cauſa eſt* gravis infirmitas aut lepra, morbus gallicus, paralyſis, grandis deformitas *v.g.* orbitas oculorum vel naſi, quæ ſi antecedunt Sponſalia, & ignorantur à Sponſo, juſtè dirimuntur Sponſalia; quia in tali contractu conſenſus eſſet involuntarius, præterea Sponſus eſſet odioſus alteri Sponſo, & tale matrimonium haberet difficiles exitus (*f*). *Sexta cauſa* propter quam dirimuntur Sponſalia, eſt fornicatio alterius Spōſi(g); hæc autem cauſa intelligenda eſt, quoties Sponſus innocens petit Sponſaliorum diſſolutionem; nam ſi innocens adhuc velit contrahere matrimonium, ille qui fecit injuriam tenetur ſervare fidem. Ampliatur iſta cauſa ad fornicationem ante Sponſalia, ſi mulier tempo-

re

re ſponſionis creditur Virgo, & talis promittitur(*h*); Nam duriſſimum eſt cogere Sponſum ut ducat talem Uxorem. Extenditur etiam ad fornicationem Spiritualem, ut ſi alter Sponſus recedat à fide (*i*). *Septima cauſa eſt*, quando alter Sponſus vagatur, & non redit tempore à Judice præfixo, etiamſi ſint jurata. Item ſi ſine Sponſæ licentia receſſerit, & non ſperatur citò reditus: Poteſt & Judex propter periculum incontinentiæ dare licentiam contrahendi, nec incurritur pœna arrharum, cùm contrahitur auctoritate Superioris(*k*). *Octava cauſa eſt*, quādò in contractu Sponſaliorum appoſitus eſt terminus & dies ad contrahendum, & accedente die & termino, alter Sponſus non vult contrahere, tunc alter manet liber ad contrahenda Sponſalia(*l*). *Nona*, quando Sponſalia licet jurata, facta ſunt cùm conditione, & conditio nō adimpletur; ut ſi Sponſa promittit certam dotis ſummam, quam non poteſt, vel non vult adimplere(*m*); Nam fides non eſt data huic niſi ſub conditione, quæ ſi non adimpletur, non tenetur adimplere fidem. *Decima cauſa eſt*, propter defectum ætatis. *v.g.* Si illi contraxerunt vera Sponſalia, ſed contraxeruut ante tempus requiſitum ad matrimonium ſecundum Jus. ſ. ante 12. annum in fœmina, & ante 14. in viro, tunc ſi alter reclamet, diſſolvuntur Sponſalia (*n*); Si autem alter eorum erat major, & in ætate nubili, debet expectare Sponſam minorem,
do-

Digitized by Google

donec accedat ad annos pubertatis, & minore conſentiente, non poteſt major diſſentire. *Undecima cauſa eſt*, quandò oriuntur graves inimicitiæ inter Sponſos, vel aliqua peſſima vitia deteguntur, quæ antè latebant(*o*); quia tunc in tali matrimonio, timeretur malus exitus, & hæc ratio eſt conformis Juri(*p*). *Duodecima cauſa eſt*, quælibet cauſa de novo ſuperveniens Sponſalibus, quæ ſi à principio exiſteret, impediret Sponſalia contrahenda(*q*).

*(a) *Sanchez l.1. diſp: 42.* (b) *c. Sicut. & c. Si inter. & in c. Adoleſcens de Sponſal: & c.1. de Spōſa duorum.* (c) *c. Veniens. 1. & 2. c. Ex literis, de eo qui cognovit conſangvineam Uxoris.* (d) *c. Cùm in tua de Sponſal:* (e) *c. 2. de Sponſal:* (f) *c. Literas de Conjugio leproſorum & c. Quemadmodum de Jurejurand:* (g) *Ibid:* (h) *Mag: Soto 4. diſt: 27. q. 2. art: 5.* (i) *Idem loc: cit:* (k) *Sanchez l. 1. diſp: 54. vel abſente.* (l) *c. Sicut de Sponſal:* (m) *c. De illis, de condit: appoſit:* (n) *Ibid: & c. A nobis de deſponſ: impub:* (o) *Comm: DD.* (p) *cap: Requiſivit de Spōſal:* (q) *S. Thom: 4. diſt: 27. q. 2. art: 3. ad 3.*

3. *Si Sponſalia ſint clàm & occultè contracta*, non eſt neceſſaria authoritas Judicis ad illa diſſolvenda(*a*); Nam occulta non ſubjacent Judicio exteriori, & aliàs eſt legitima cauſa ad illa diſſolvenda, quapropter non eſt neceſſaria Judicis authoritas. Quando ſunt *publica*, neceſſaria eſt authoritas Judicis ſaltèm ad melius eſſe; quia publica jam ſubſunt Judicio Eccleſiæ, quare ut

re ut minimum decens eſt, ut Judex Eccleſiaſticus illa diſſolvat(*b*). Quando ſunt *publica*, & *cauſa item deſolvens eſt notoria*, non eſt ſimpliciter neceſſaria Judicis authoritas ad illa diſſolvenda in foro Conſcientiæ, itaq; non erit peccatum propriâ authoritate diſcedere ab his ſponſalibus, ſaltèm *per ſe loquendo*; quia Sponſalia reverâ diſſolvuntur in foro conſcientiæ propter cauſas commemoratas; ergò ſi cauſa eſt notoria in eodem foro, non erit neceſſaria authoritas Judicis. Dixi *per ſe loquendo*; nam ratione Scandali aliquando erit neceſſarium recurrere ad Judicem, qui diſſolvat Sponſalia, in hoc tamen caſu rarò, cùm cauſa ſit publica, & ceſſet ratio Scandali(*c*). Quando ſunt *publica & cauſa diſſolvens eſt dubia*, ſivè in Jure, ſivè in facto, neceſſaria eſt etiam in foro conſcientiæ authoritas Judicis, qui per ſententiam definiat tale dubium, & diſſolvat ſponſalia; nam ſubditi debent in ſuis controverſijs & dubijs confugere ad Judicem (*d*). Quoties Sponſalia diſſolvuntur propter ſubſequens matrimonium, aut propter ingreſſum Religionis, non eſt neceſſaria ſententia Judicis pro diſſolvendis Sponſalibus etiam publicis: in alijs verò caſibus neceſſaria eſt declaratoria ſuper Jure dubio, vel certè ſuper facto dubio(*e*); quia in illis duobus caſibus Jus eſt notiſſimum, & factum eſt notorium & manifeſtũ; nam matrimonium quod diſſolvit Sponſalia, debet fieri in facie Eccleſiæ. Ingreſſus item Religio-

ligionis ſit cùm ſolemnitate. Sponſalia de futuro, *etiamſi clandeſtinè fiant*, non ſunt irrita, & nulla poſt Conc: Trid:; nam in illo ſolùm redduntur inhabiles perſonæ ad contrahendum matrimonium, clandeſtinè, & ſolùm irritantur contractus matrimonij(*f*). Licet Sponſalia valida ſint, tamen copula carnalis superveniens cum affectu maritali, non efficit verum matrimonium; nam talis conſenſus exprimitur in occulto, conſenſus verò expreſſus in occulto, invalidus eſt (*g*); nam Decretum Conc: Trid: (*h*)annullat tantùmmodò contractus matrimonij per verba de præſenti clandeſtinè factos; Sponſalia autem de futuro, reliquit in terminis Juris communis, præterquàm quòd per copulam prædicta Sponſalia non tranſeunt in matrimonium.

* (a) *Comm: DD: diſt: 27.* (b) *Petr: de Ledeſm: q. 43. in addit: ad 3. per art: 3.* (c) *Idem ibid:* (d) *Idem ibid:* (e) *S. Thom: loc: cit: art: 3.* (f) *Idem q. 45. art: 5. dub: 4.* (g) *Cong: Conc: in una Tornacenſi.* (h) *Trid: ſeſſ: 24. c. 1. de Reform:*

4. Aliquando poteſt fieri promiſſio ab una parte alteri, *merè gratuita*, & ſinè conditione repromiſſionis, ut ſi dives aliquis fœminæ ſibi in gravi morbo fideliter ſervienti, pro remuneratione promittat matrimonium, cùm utiq; ſit in ipſius poteſtate, vel ſimpliciter, vel ſub conditione ſe obligare, dummodò conſtet de hac ſua voluntate, & fœmina non renuat, ſed ſaltèm

tacen-

tacendo acceptet talem promiſſionem. Interim tamen promiſſio iſta *gratuita*, non habebit vim & effectum Sponſalium, undè ſi fœmina ex ſua parte etiam poſt acceptatam promiſſionem nolit contrahere matrimonium, ad id compelli nonpoterit; quia tantùm habuit virum obligatum, ipſa verò ex defectu repromiſſionis obligata non fuit, ſicuti ſi donationem aliquam merè gratuitam acceptaſſet. Item ex tali promiſſione non naſcitur impedimentum *publicæ honeſtatis* ſicut ex Sponſalibus quò minùs mortuâ fœminâ, cui promiſſio facta eſt, Soror ejus à Viro promittente in Uxorem, vel è contra mortuo viro ejus frater â fœmina in matrimonium accipi poſſit(*a*). Sponſalia, non tantùm inter præſentes, ſed etiam abſentes contrahi poſſe certum eſt, .ſ. per literas, vel Procuratorem; nam ad Sponſalia non requiritur ſimultaneus formaliter conſenſus, ſed ſufficit, ſi is qui prior conſenſit, in hâc voluntate perſeveret, uſq; dum etiam altera pars viciſſim conſentiat, pro ut id univerſim in alijs contractibus, ut emptione, locatione &c. procedit, & textus ſunt(*b*). Procurator verò qui ad Sponſalia vel matrimonium contrahendum, & ille, qui ad alios contractus ineundos deſtinantur, in tribus notabiliter differunt. *Primò*, ut Procurator ex alijs contractibus Dominum obligare poſſit, ſufficit, ſi *generale* mandatum habeat, omnia loco Domini peragendi, vel Procurator cum *liberâ* adminiſtratio-

tio-

tione conſtitutus ſit (*c*); Sed Sponſalia vel matrimonium Procurator aliter contrahere non poterit, quâm ſi hoc ei *nominatim & in ſpecie* demandatum ſit (*d*). *Secundò*, Procurator ad alia negotia conſtitutus ea per ſe tractare non tenetur; ſed poteſt alium ſubſtituere, non verò Procurator ad Sponſalia, vel matrimonium contrahendum; cum enim cauſa matrimonialis maximi ſit præjudicij, ad hanc tractandam perſonæ induſtria electa cenſetur, & cõſequenter ſinè voluntate principalis alteri committi non poterit; quod tamen ad alia negotia valdè ardua propter eandem rationem præjudicij extendit Menochius (*e*). *Tertiò* demum in alijs cauſis, ſi principalis mandatum Procuratoris revocet in ejus abſentia, Procurator adhuc validè procedit, uſq; dum ſibi de iſta revocatione innoteſcat (*f*). At verò Procurator Sponſalium vel matrimonij etiam in abſentia revocari poteſt, ità ut ſi Dominus interim pœniteat, & coram alijs proteſtetur, ſe nolle conſentire in actum à Procuratore gerendum, Procurator invalidè contrahat, vel licet hujus revocationis ignarus ſit, quod pro majori matrimonij libertate ità conſtitutum eſt (*g*). Certum eſt, ad Sponſalia de futuro præter conſenſum mutuum nullam aliam ſolemnitatem requiri, adeóq; etiam ſine Parocho & teſtibus inita valere. Imò in Sponſalibus Parochus non facilè intereſſe deberet, nè in ipſius præſentia partes, non tantùm Sponſa-

lia,

Digitized by Google

lia, ſed ipſum etiam matrimonium cum aliorum præjudicio contrahant; nam in præſentia Parochi & teſtium etiam extra Eccleſiam, & Parocho invito matrimonium contrahi poſſe clarum eſt. Interim ad futuram probationem, ſi fortê alterutra pars Sponſalia negare vellet, utiq; conſultum erit, vel teſtes adhibere, vel ſcripturam deſuper conficere. Si aliquis cum duabus ſororibus ſucceſſivè contrahat Sponſalia, videtur qûòd neutram teneatur habere in uxorem; Non primam, quia ex ſecundis Sponſalibus licèt invalidis, ſi de præſenti ſint, naſcitur impedimentum publicæ honeſtatis reſpectu cujusvis ſororis, adeóq; etiam reſpectu ejus, cum quâ priùs contraxit: nec etiam ſecundam, quia reſpectu hujus ex contractu priorum Sponſalium ortum eſt publiæ honeſtatis impedimentum. Sed reſpondendum eſt in hoc caſu, illam eſſe retinendam, cum qua primitus contractus initus eſt, ſecunda verò ſponſalia cum altera, quamvis de præſenti fuerint, propter impedimentum publicæ honeſtatis invalida eſſe, atq; illud hîc notandum, quòd impedimentum publicæ honeſtatis non operatur retrorſum, ut vulgò DD: loquuntur, id eſt, quòd de ſecundis Sponſalibus de præſenti etiam invalidis oriatur quidem impedimentum reſpectu aliorum conſangvineorum, non tamen præjudicium illius, cum quo priùs Sponſalia contracta ſunt (*h*). Aliud autem dicendum, ſi quis

cùm duabus Sororibus ſucceſſivè contraheret Sponſalia, & ſecundam etiam carnaliter cognoſceret, tunc enim neutram habere poſſet, non primam, quia ex copula nata fuiſſet vera affinitas, quæ etiam dirimit Sponſalia præcedentia (*i*) neq; etiam ſecundam propter impedimentum publicæ honeſtatis ex primis Sponſalibus ortum.

*(a) *Engel in man: Par: p. 3. c. 5. de Matrim: n. 3.* (b) *Text: in L. Aliena ff. de contrahendi empti. c final. de Procurat: in 6.* (c) *L. Procurator 58. & ſeq: ff. de Procurat:* (d) *d. c. ultimo de Procurat: in 6.* (e) *Menoch: de præſumpt: lib: 2. præſumpt: 58.* (f) *Clement: unic: de renunciatione. L. Si mandatum 17. ff. mandati* (g) *in d. c. ultimo de Procurat: in 6.* (h) *Text: in c. unic: de Sponſal: in 6.* (i) *c. ex literis de eo qui cognovit.*

TESTAMENTUM CLERICORUM.

Ex Synodo Pragensi

Sub hoc Titulo.

Clerici omnes ſeculares Metropolis & Archi-Diœceſis Pragenſis, etiamſi beneficia Eccleſiaſtica cujusvis generis obtineant, liberum quidem habent teſtandi facultatem, ex antiquiſſimis privilegijs & immemorabili conſuetudine; ſed de Bonis, Eccleſiæ nomine, acquiſitis, nullo modo teſtari ſeu diſponere

Digitized by Google

nere poſſint. Concubinarum, ſpuriorúmve, vel aliarum turpium perſonarum in Teſtamentis Clericorũ nè mentio fiat; quòd ſi quis quacunq; de cauſa, vel quovis prætextu Concubinæ ſuæ, mulieríve vitæ non probatæ, ſeu ſpurijs, etiam ſub ancillæ vel ſervi alióve quovis fictitio nomine, quid legaverint, hujusmodi legatum irritum ſit & nullum, illudq; in pios uſus arbitrio Ordinarij convertatur. Nullos Executores Teſtamentorum conſtituant, qui Catholici non ſint; neq; inſtituant bonorum ſuorum hæredes, Hæreticos, neq; hujusmodi hominibus aliquid Jure legati, vel quavis aliâ ratione relinquant, alioquin teſtamentum eo ipſo irritum & inane, nullúmq; eſto. Nulla Clericorum teſtamenta ſortiantur ſuum effectum, executioníve demandentur, niſi priùs clauſa, & fide dignorum Virorum ſigillis obſignata, Ordinario, Officialíve ſuo, transmiſſa fuerint aperienda, & de more approbanda, & publicanda. Executores teſtamentorum de omnibus & ſingulis Clerici defuncti, quæ invenerint (quorum omnium Inventarium authenticum extare debet), & quibus, ac quomodo ea diſtribuerint, & quâ ratione teſtamentum executioni demandaverint, Ordinario, aut Officiali ſuo rationes reddant, alioquin pœnas dabunt arbitrarias. Si inter ſucceſſorem (cui ex defuncti fructibus ſemper congrua portio relinquenda eſt, uſq; ad novi anni initium, intellige feſtum S. Georgij, vel feſtum S. Galli) & teſtamenti Executores aliqua fuerit controverſia, ad Tribunal Ordinarij recurrant, ſummariè definienda & decidenda. Quicunq; Sacerdo-

dos vel Clericus, ubi primò de morbo aut morte alicujus Clerici cognoverit, Archi-Diaconum propriæ regionis ſeu tractus (aut etiam Vicarium Foraneum illius diſtrictûs) quàm primùm certiorem reddat; Quòd ſi caſus tàm citò ad eos deferri nequeat, præſertim ſi nullum teſtamentum ſit factum, aut teſtamentarij non ſint præſentes, ſeu ignorentur. Ipſi Sacerdotes proximi, & primi ejus obitûs ſcientiam habentes, nomine Ordinarij univerſa obſignent, rémq; ſtatim ad Ordinarium, Officialémve ſuum deferant. Nè quis ſub quovis prætextu ſuppellectilem, remq; aliam ſeu ſcripta ad Eccleſiam, cui ille Clericus praerat, pertinentia, néve ipſius Clerici vivi, ſeu defuncti bona cujusvis generis invadat, aſportet, ſeu ſurripiat, ſub pœnis & cenſuris à SS: Canonibus ſancitis. Si quis Clericus deceſſerit ab inteſtato, ſervetur conſuetudo immemorabilis Metropolis & Archi-Diœceſis Pragenſis in ea practicata, dividendo ejus bona & hæreditatem in tres partes, portionésve æquales; quarum prima ad Eccleſiam, cui ipſe, dum viveret, praerat; altera ad defuncti hæredes; tertia verò ad eum, ad quem ſpectat præfatæ Eccleſiæ Jus Patronatus, quam Collaturam vocant, liberè abſq; aliqua contradictione perveniat.

TESTES MATRIMONIJ.

1.

IN probanda morte alterius Conjugis hoc ſpeciale eſt, ut Teſtes non citatâ parte, ſed ex

mero

mero Judicis officio examinari poſſint (*a*) at unus teſtis non ſufficit (*b*). Nec ſola fama, niſi adminiculis adjuvetur (*c*). Præſentia unius Parochi alterius Sponſorum, & teſtium ſufficit ad tollendam clandeſtinitatem in qualibet Parochia contrahentium (*d*). Sufficiunt quoq; duo teſtes, vel tres rationis compotes, quamvis impuberes, conſanguinei, domeſtici, fœminæ, aut infames in celebratione matrimonij (*e*). Et quamvis dolo & ad illud vocati ſint (*f*) vel vi detenti, dumodò intelligant conſenſum contrahentium, & advertant quod agitur (*g*). Et non deſiderantur rogati (*h*). Requiritur etiam præſentia Parochi & teſtium, ut Matrimonium per Procuratorem celebratum, ſit validum (*i*). Ad matrimonium contrahendum coram Parocho & Teſtibus obligantur ij, apud quos promulgatum eſt Conc: Trid: & receptum juxta illius ſtatutum (*k*) quâ publicatione nondum factâ, nulla obligatio arctat habitatores, nec ligat ignorantes, prout in quibusdam Galliæ & Poloniæ partibus (*l*) & hujusmodi reſolutio non naſcitur ex eo, quod lex ad ſui obligationem exigat, ut acceptetur à populo, ſed ex ſpeciali diſpoſitione Eccleſiæ in hoc caſu, quæ hanc legem obligare noluit, niſi poſt promulgationem in ſingulis Parochijs factam, trigintáq; à publicatione diebus elapſis. Incolæ unius loci, in quo promulgatum & acceptatum fuit Concilium, niſi alió migrent, ubi non eſt acceptatum,

poterunt validè contrahere, ſervatâ, quoad poterit, antiquâ lege Eccleſiaſticâ, ſivè illàc transeant, ſivè domiciliũ ibidem collocaverint (*m*). Et procedit, ſi receſſus à loco habitationis fuiſſet factus ad evitanda impedimenta, putà inimicitias & obſtacula Parentum; Secùs ſi receſſus fuit factus per fraudem, quia aderat impedimentum(*n*). Adverte etiam, quòd matrimonium non eſt legitimum, ſi contrahatur inter ſe transferentes ad locum, in quo Concilium non eſt promulgatum, ſub animo ſinè Parocho & Teſtibus contrahendi: Sic è contrà Incola illius loci, in quo non eſt acceptatum Conc: Trid: tenetur contrahere matrimonium coram Parocho & Teſtibus, ſi divertat ad locum, in quo eſt receptum(*o*); quia peregrini tenentur ſervare leges populi & territorij per quod transeunt.

*(a) *Sanchez lib: 2. diſp: 46. n. 7.* (b) *Idem n. 10* (c) *Idem n. 15.* (d) *Zerol: in prax: Epiſ: p. 2. v. Parochus.* (e) *Sanchez l. 3. diſp: 21. n. 4. cum ſeqq: 4.* (f) *Idem diſp: 19. n. 10.* (g) *Idẽ ibid: n. 9.* (h) *Greg: Lop: l. 1. v. Sin teſtigos tit: 3. p. 4.* (i) *Henriq: l. 11. c. 2. §. 6.* (k) *Trid: c 1. ſeſi: 24. de ref: matr: verſ: Et hujusmodi Decretũ.* (l) *Sanchez l. 3. diſp: 18. n. 1. Baſil: Pont: c. 26. §. 2. verſ: 4.* (m) *N. Homob: de exam. Eccl: tr: 11. c. 7. q. 17. reſol: 3. verſ: Secundo.* (n) S. *Congr: Conc: 7. Febr: 1607.* (o) *Petr: de Ledeſm: q. 45. punc: 3. ad finem.*

2. Parochus, vel alius Sacerdos, qui cum minore teſtium numero, & Teſtes qui ſinè Parocho,

cho, vel Sacerdote de ejus licentia hujusmodi contractui interfuerint, nec non & ipſi contrahentes, graviter arbitrio Ordinarij puniendi ſunt (*a*). Et in articulo mortis non licèt unquàm contrahere ſine Parocho & teſtibus; neq; ad hoc poteſt dare licentiam Epiſcopus, cui nihil conceſſum eſt à Concilio circa præſentiam Parochi & teſtium; quod verùm eſt, etiamſi priùs matrimonium fuerit contractum invalidè coram Parocho & teſtibus, ſi impedimentum eſt publicum, vel diſpenſatio obtenta eſt in foro exteriori (*b*); quia talis præſentia requiritur pro forma ſubſtantiali, ſinè qua actus eſt nullus, & taliter contrahentes redduntur omninò inhabiles ad ſic contrahendum. Non tenentur autem obtentâ diſpenſatione, coràm Parocho & teſtibus iterum contrahere, quia jam ſemel coram ijsdem contraxêre, invalidè tamen propter defectum conſenſus utriusq; contrahentis, vel propter metum incuſſum, vel cum impedimento dirimenti (*c*). Intellige quando impedimentum eſt occultum, ſecùs ſi ſit publicum (*d*). Hæretici ubi Decretum Concilij Trid: eſt publicatum tenentur formam ejusdem ratione matrimonij obſervare, & propterea etiam ipſorum matrimonia absq; forma Concilij, quamvis coràm Miniſtro hæretico, vel Magiſtratu loci contracta, nulla atq; irrita ſunt (*e*). Ubi conſtat Decretum Concilij eſſe publicatū, vel aliquo tempore in Parochia, tanquàm De-

cre-

cretum Concilij obſervatum, ſed Parochialis Eccleſia, utpotè vacans, proprio Parocho careat, & Cathedralis itidem Epiſcopo atq; Capitulo, habentibus à Concilio facultatem alium Sacerdotem ad id deligendi, nullusq; alius ibi ſit, qui vices Parochi vel Epiſcopi ſuppleat, matrimonium valere absque præſentia Parochi, ſervatâ tamen in eo, in quo poteſt formâ Concilij, nempè adhibitis ſaltem duobus teſtibus(*f*) Si extent quidem Parochus & Epiſcopus, ſed nullo conſtituto Vicario, uterq; metu hæreticorum lateat, ità ut verè ignoretur, ubi nam ſit, nec ad alterutrum ſit tutus acceſſus, validum eſt matrimonium contractum absq; forma adhibitis tamen duobus teſtibus(*g*). Hoc idem tenuit Layman: (*h*) ubi loquens de loco hæreticorum, in quibus fuerunt Catholici, & modò etiam aliqui Catholici morantur, ait, quòd etſi in aliqua Civitate Decretum Concilij promulgatum fuerit, modò tamen expulſis Sacerdotibus Catholicis, non adſunt proprij Paſtores, validè, ſicut priùs, coram Prædicante, vel ſinè Prædicante matrimonia contrahi poterunt; Cnm enim his locis tali rerum ſtatu Decretum Tridentini ſervari non poſſit, non eſt exiſtimandum libertatem matrimonij validè contrahendi impeditam eſſe, ſicut Cardin: Bellarm: reſpondet Chapeavillæ(*i*). Ex quibus apparet ipſum admittere Epichæjam & benignam Decreti Trident: interpretationem, in locis occu-

patis

patis ab hæreticis, in quibus Tridentinum vigebat, & modò nequit Parochus haberi(*k*). Ex quo poteſt ſumi probabile argumentum, dari locum Epichæiæ in articulo mortis, quando nequit omninò haberi Parochus(*l*). Decretum Concilij publicatum à triginta diebus poſt publicationem obligat omnes, quoad nullitatem matrimonij, etiam ignorantes licèt non afficiat quoad pœnas; requiritur verò publicatio Parochialis, non ſufficit enim publicatio generalis in Provincia, & quod ſimul publicetur, & recipiatur, & tunc ligat, & ſervanda eſt forma Concilij; Secùs ſi non fuerit receptum, aut ſaltèm quoad eam partem; nam tunc valebit matrimonium clandeſtInè contractum, etſi peccabunt ſic contrahentes, absq; legitima cauſa omittentes Juris antiqui obſervantiam (*m*). Valida quoq; ſunt matrimonia Chriſtianorum captivorum, & mercatorum apud infideles, qui poſt Decretum Conc: Triden: ad eorundem manus Infidelium devenerunt, ſervata tamen, quoad fieri poſſit, antiquà lege Eccleſiaſticâ, .ſ. Teſtes adhibendo, quibus matrimonium probari poſſit, inſtrumenta etiam publica de eo conficiendo, & etiam præmittendo ſufficiens examen, an illis obſtet aliquod Canonicum impedimentum (*n*). Parochus Catholicus ſeu alius Sacerdos de ejus licentia aſſiſtere poteſt matrimonio hæreticorum in ſua Parochia habitantinm, quia hodiè, ut quis teneatur vitare hære-

hæreticos, & alios excommunicatos, requiritur denunciatio; Et Parochus aſſiſtens non eſt Miniſter ejus, ſed tantùm Teſtis Auctoritativus(*o*). Et puaxis docet in Civitatibus Germaniæ. Si in Parochia unius ex contrnhentibus ſit publicatum Decrctum Trid: in alterius non item, in qua contrahũt ſimul, valet matrimonium clandeſtinum absq; Parocho & Teſtibus, quia attenditur locus contractus(*p*)

*(a) *Trid: cap: 1. de Reformat: Matr:* (b(*Diana p. 5. tract: 3. reſol: 98.* (c) *Fr: Emman: in ſum̃: tom: 1. c. 208. n. 7.* (d) *Barboſ: de Paroch: p. 2. c. 21. n. 83. & 84.* (e) *S. Congreg: Conc: ad Epiſcopi Tricarienſis conſultationem per Hieron: Card: Matthæum.* (f) *Ead: Cong:* (g) *Eadem.* (h) *Layman: lib: 5. tract: 10. p. 2. c. 4. n. 7.* (i) *Card: Bellarm: c. 66. q. 15. ita Layman.* (k) *Vener: lib: 1. exam: c. 1. n. 9.* (l) *N. Boſſ: tract: de matrim: contr: c. 1. §. 24. n. 67. & 68.* (m) *Idem §. 26. n. 72. 73. & 74.* (n) *Rebell: p. 2. l. 2. q. 7. n. 8.* (o) *N. Boſſ: loc: cit: §. 28. n. 78. in fin.* (p) *S. Congr: relata à Farinacio in Declarat: ad c. 1. v. Irritas facit & annullat.*

FINIS.

Errata	*Sic corrige.*
Interlicto	Interdicto. *fol:* 51.
Si	Dele. *fol:* 49.
Affectu	Effectu. *fol:* 111.
Præcedant	Præcidant. *ibid.*
Quæ	Qui. *fol:* 131.
Compellandus	Compellendus. *fol:* 133.
Curionum	Curiones. *fol:* 168.
Perhibetur	Prohibetur. *fol:* 192.
Omniq;	Omnisq; . *fol:* 196.
Sin	Sive. *ibid.*
Excitat	Excitet. *ibid.*
Peſtilentem	Peſtilentum. *fol:* 214.
Secùs	Sicut. *fol:* 217. *n.* 7.
Affectus	Effectus. *fol:* 227.
Quæ	Quo. *fol:* 228.
Contrahendm	Contrahendum. *fol:* 232.
Poſſint	Poſſunt. *fol:* 236.
furtaſſè	ſortaſsè. *fol:* 249.
Occiderit	Ceciderit. *fol:* 250.
Parochorum	Parochum. *fol:* 253.
debi- ali	Dele. *ibid*
Sinè	Sivè. *fol:* 270.
Baptizari	Baptizarit. *ibid.*

Diſ.

REPERTORIUM
IN
EPINOMIAM PAROCHORUM
Alphabetica ſerie digeſtum, & juxta materiarum varietatem ſubdiſtinctum.

A

Parochus quoad *Abſentiam.*

Quo Jure teneatur reſidere in ſua Eccleſia. fol. 1. num. 1.
Quibus de cauſſis non poſſit abeſſe. Ibid.
An poſſit abeſſe per aliquot horas nullo ſubſtituto? An tota die? an per duos vel tres dies nullo infirmante, & nulla alia cauſa juſtificante. f. 2. n. 2.
An abſens ultra triduum poſſit puniri ab Epiſcopo, & ſibi hoc prohibere ſub excommunicatione. Ibid.
An abeſſe poſſit per ſex aut ſeptem dies relicto ſubſtituto. Ibid.
Quomodo poſſit abeſſe ſingulis annis per duos menſes. Ibid.
An ad hoc requiratur licentia in ſcriptis. fol. 3. n. 2.
Quæ cauſæ requirantur, ut poſſit abeſſe ultra bimeſtre. Ibid.

dos vel Clericus, ubi primò de morbo aut morte alicujus Clerici cognoverit, Archi-Diaconum propriæ regionis ſeu tractus (aut etiam Vicarium Foraneum illius diſtrictûs) quàm primûm certiorem reddat; Quòd ſi caſus tàm citò ad eos deferri nequeat, præſertim ſi nullum teſtamentum ſit factum, aut teſtamentarij non ſint præſentes, ſeu ignorentur. Ipſi Sacerdotes proximi, & primi ejus obitûs ſcientiam habentes, nomine Ordinarij univerſa obſignent, rémq; ſtatim ad Ordinarium, Officialémve ſuum deferant. Nè quis ſub quovis prætextu ſuppellectilem, remq; aliam ſeu ſcripta ad Eccleſiam, cui ille Clericus praerat, pertinentia, néve ipſius Clerici vivi, ſeu defuncti bona cujusvis generis invadat, aſportet, ſeu ſurripiat, ſub pœnis & cenſuris à SS: Canonibus ſancitis. Si quis Clericus deceſſerit ab inteſtato, ſervetur conſuetudo immemorabilis Metropolis & Archi-Diœceſis Pragenſis in ea practicata, dividendo ejus bona & hæreditatem in tres partes, portionésve æquales; quarum prima ad Eccleſiam, cui ipſe, dum viveret, praerat; altera ad defuncti hæredes; tertia verò ad eum, ad quem ſpectat præfatæ Eccleſiæ Jus Patronatus, quam Collaturam vocant, liberè abſq; aliqua contradictione perveniat.

TESTES MATRIMONIJ.

I.

IN probanda morte alterius Conjugis hoc ſpeciale eſt, ut Teſtes non citatâ parte, ſed ex mero

mero Judicis officio examinari poſſint (*a*) at unus teſtis non ſufficit (*b*). Nec ſola fama, niſi adminiculis adjuvetur (*c*). Præſentia unius Parochi alterius Sponſorum, & teſtium ſufficit ad tollendam clandeſtinitatem in qualibet Parochia contrahentium (*d*). Sufficiunt quoq; duo teſtes, vel tres rationis compotes, quamvis impuberes, conſanguinei, domeſtici, fœminæ, aut infames in celebratione matrimonij (*e*). Et quamvis dolo & ad illud vocati ſint (*f*) vel vi detenti, dum̃odò intelligant conſenſum contrahentium, & advertant quod agitur (*g*). Et non deſiderantur rogati (*h*). Requiritur etiam præſentia Parochi & teſtium, ut Matrimonium per Procuratorem celebratum, ſit validum (*i*). Ad matrimonium contrahendum coram Parocho & Teſtibus obligantur ij, apud quos promulgatum eſt Conc: Trid: & receptum juxta illius ſtatutum (*k*) quâ publicatione nondum factâ, nulla obligatio arctat habitatores, nec ligat ignorantes, prout in quibusdam Galliæ & Poloniæ partibus (*l*) & hujusmodi reſolutio non naſcitur ex eo, quod lex ad ſui obligationem exigat, ut acceptetur à populo, ſed ex ſpeciali diſpoſitione Eccleſiæ in hoc caſu, quæ hanc legem obligare noluit, niſi poſt promulgationem in ſingulis Parochijs factam, trigintáq; à publicatione diebus elapſis. Incolæ unius loci, in quo promulgatum & acceptatum fuit Concilium, niſi aliò migrent, ubi non eſt acceptatum,

poterunt validè contrahere, ſervatâ, quoad poterit, antiquâ lege Eccleſiaſticâ, ſivè illàc transeant, ſivè domiciliū ibidem collocaverint (*m*). Et procedit, ſi receſſus à loco habitationis fuiſſet factus ad evitanda impedimenta, putà inimicitias & obſtacula Parentum; Secùs ſi receſſus fuit factus per fraudem, quia aderat impedimentum (*n*). Adverte etiam, quòd matrimonium non eſt legitimum, ſi contrahatur inter ſe transferentes ad locum, in quo Concilium non eſt promulgatum, ſub animo ſinè Parocho & Teſtibus contrahendi: Sic è contrà Incola illius loci, in quo non eſt acceptatum Conc: Trid: tenetur contrahere matrimonium coram Parocho & Teſtibus, ſi divertat ad locum, in quo eſt receptum (*o*); quia peregrini tenentur ſervare leges populi & territorij per quod transeunt.

*(a) *Sanchez lib: 2. diſp: 46. n. 7.* (b) *Idem n. 10* (c) *Idem n. 15.* (d) *Zerol: in prax: Epiſ: p. 2. v. Parochus.* (e) *Sanchez l. 3. diſp: 21. n. 4. cum ſeqq: 4.* (f) *Idem diſp: 39. n. 10.* (g) *Idē ibid: n. 9.* (h) *Greg: Lop: l. 1. v. Sin teſtigos tit: 3. p. 4.* (i) *Henriq: l. 11. c. 2. §. 6.* (k) *Trid: c. 1. ſeſſ: 24. de ref: matr: verſ: Et hujusmodi Decretū.* (l) *Sanchez l. 3. diſp: 18. n. 1. Baſil: Pont: c. 26. §. 2. verſ: 4.* (m) *N. Homob: de exam. Eccl: tr: 1. c. 7. q. 17. reſol: 3. verſ: Secundo.* (n) *S. Congr: Conc: 7. Febr: 1607.* (o) *Petr: de Ledeſm: q. 45. punc: 3. ad finem.*

2. Parochus, vel alius Sacerdos, qui cum minore teſtium numero, & Teſtes qui ſinè Parocho,

cho, vel Sacerdote de ejus licentia hujusmodi contractui interſuerint, nec non & ipſi contrahentes, graviter arbitrio Ordinarij puniendi ſunt (*a*). Et in articulo mortis non licèt unquàm contrahere ſine Parocho & teſtibus; neq; ad hoc poteſt dare licentiam Epiſcopus, cui nihil conceſſum eſt à Concilio circa præſentiam Parochi & teſtium; quod verùm eſt, etiamſi priùs matrimonium fuerit contractum invalidè coram Parocho & teſtibus, ſi impedimentum eſt publicum, vel diſpenſatio obtenta eſt in foro exteriori (*b*); quia talis præſentia requiritur pro forma ſubſtantiali, ſinè qua actus eſt nullus, & taliter contrahentes redduntur omninò inhabiles ad ſic contrahendum. Non tenentur autem obtentâ diſpenſatione, coràm Parocho & teſtibus iterum contrahere, quia jam ſemel coram ijsdem contraxêre, invalidè tamen propter defectum conſenſus utriusq; contrahentis, vel propter metum incuſſum, vel cum impedimento dirimenti(*c*). Intellige quando impedimentum eſt occultum, ſecùs ſi ſit publicum (*d*). Hæretici ubi Decretum Concilij Trid: eſt publicatum tenentur formam ejusdem ratione matrimonij obſervare, & propterea etiam ipſorum matrimonia absq; forma Concilij, quamvis coràm Miniſtro hæretico, vel Magiſtratu loci contracta, nulla atq; irrita ſunt(*e*). Ubi conſtat Decretum Concilij eſſe publicatū, vel aliquo tempore in Parochia, tanquàm Decre-

cre-

eretum Concilij obſervatum, ſed Parochialis Eccleſia, utpotè vacans, proprio Parocho careat, & Cathedralis itidem Epiſcopo atq; Capitulo, habentibus à Concilio facultatem alium Sacerdotem ad id deligendi, nullusq; alius ibi ſit, qui vices Parochi vel Epiſcopi ſuppleat, matrimonium valere absque præſentia Parochi, ſervatâ tamen in eo, in quo poteſt formâ Concilij, nempè adhibitis ſaltem duobus teſtibus(*f*) Si extent quidem Parochus & Epiſcopus, ſed nullo conſtituto Vicario, uterq; metu hæreticorum lateat, ità ut verè ignoretur, ubi nam ſit, nec ad alterutrum ſit tutus acceſſus, validum eſt matrimonium contractum absq; forma adhibitis tamen duobus teſtibus(*g*). Hoc idem tenuit Layman: (*h*) ubi loquens de loco hæreticorum, in quibus fuerunt Catholici, & modò etiam aliqui Catholici morantur, ait, quòd etſi in aliqua Civitate Decretum Concilij promulgatum fuerit, modò tamen expulſis Sacerdotibus Catholicis, non adſunt proprij Paſtores, validè, ſicut priùs, coram Prædicante, vel ſinè Prædicante matrimonia contrahi poterunt; Cum enim his locis tali rerum ſtatu Decretum Tridentini ſervari non poſſit, non eſt exiſtimandum libertatem matrimonij validè contrahendi impeditam eſſe, ſicut Cardin: Bellarm: reſpondet Chapeavillæ(*i*). Ex quibus apparet ipſum admittere Epichæjam & benignam Decreti Trident: interpretationem, in locis occupatis

patis ab hæreticis, in quibus Tridentinum vigebat, & modò nequit Parochus haberi(*k*). Ex quo poteſt ſumi probabile argumentum, dari locum Epichæiæ in articulo mortis, quando nequit omninò haberi Parochus(*l*). Decretum Concilij publicatum à triginta diebus poſt publicationem obligat omnes, quoad nullitatem matrimonij, etiam ignorantes licèt non afficiat quoad pœnas; requiritur verò publicatio Parochialis, non ſufficit enim publicatio generalis in Provincia, & quod ſimul publicetur, & recipiatur, & tunc ligat, & ſervanda eſt forma Concilij; Secùs ſi non fuerit receptum, aut ſaltèm quoad eam partem; nam tunc valebit matrimonium clandeſtInè contractum, etſi peccabunt ſic contrahentes, abſq; legitima cauſa omittentes Juris antiqui obſervantiam (*m*). Valida quoq; ſunt matrimonia Chriſtianorum captivorum, & mercatorum apud infideles, qui poſt Decretum Conc: Triden: ad eorundem manus Infidelium devenerunt, ſervata tamen, quoad fieri poſſit, antiquà lege Eccleſiaſticâ, .ſ. Teſtes adhibendo, quibus matrimonium probari poſſit, inſtrumenta etiam publica de eo conficiendo, & etiam præmittendo ſufficiens examen, an illis obſtet aliquod Canonicum impedimentum (*n*). Parochus Catholicus ſeu alius Sacerdos de ejus licentia aſſiſtere poteſt matrimonio hæreticorum in ſua Parochia habitantinm, quia hodiè, ut quis teneatur vitare hære-

hæreticos, & alios excommunicatos, requiritur denunciatio; Et Parochus aſſiſtens non eſt Miniſter ejus, ſed tantùm Teſtis Auctoritativus(*o*). Et puaxis docet in Civitatibus Germaniæ. Si in Parochia unius ex contrnhentibus ſit publicatum Decrctum Trid: in alterius non item, in qua contrahũt ſimul, valet matrimonium clandeſtinum absq; Parocho & Teſtibus, quia attenditur locus contractus(*p*)

*(a)*Trid: cap: 1. de Reformat: Matr:* (b(*Diana p. 5. tract: 3. reſol: 98.* (c) *Fr: Emman: in ſum̃: tom: 1. c. 208. n. 7.* (d) *Barboſ: de Paroch: p. 2. c. 21. n. 83. & 84.* (e) *S. Congreg: Conc: ad Epiſcopi Tricarienſis conſultationem per Hieron: Card: Matthaeum.* (f) *Ead: Cong:* (g) *Eadem.* (h) *Layman: lib: 5. tract: 10. p. 2. c. 4. n. 7.* (i) *Card: Bellarm: c. 66. q. 15. ita Layman.* (k) *Vener: lib: 1. exam: c. 1. n. 9.* (l) *N. Boſſ: tract: de matrim: contr: c. 1. §. 24. n. 67. & 68.* (m) *Idem §. 26. n. 72. 73. & 74.* (n) *Rebell: p. 2. l. 2. q. 7. n. 8.* (o) *N. Boſſ: loc: cit: §. 28. n. 78. in fin.* (p) *S. Congr: relata à Farinacio in Declarat: ad c. 1. v. Irritas facit & annullat.*

FINIS.

Digitized by Google

Errata	*Sic corrige.*
Interlicto	Interdicto. *fol:* 21.
Si	Dele. *fol:* 49.
Affectu	Effectu. *fol:* 111.
Præcedant	Præcidant. *ibid.*
Quæ	Qui. *fol:* 131.
Compellandus	Compellendus. *fol:* 133.
Curionum	Curiones. *fol:* 168.
Perhibetur	Prohibetur. *fol:* 192.
Omniq;	Omnisq; . *fol:* 196.
Sin	Sive. *ibid.*
Excitat	Excitet. *ibid.*
Peſtilentem	Peſtilentum. *fol:* 214.
Secùs	Sicut. *fol:* 217. *n.* 7.
Affectus	Effectus. *fol:* 227.
Quæ	Quo. *fol:* 228.
Contrahendm	Contrahendum. *fol:* 232.
Poſſint	Poſſunt. *fol:* 236.
furtaſſè	ſortaſsè. *fol:* 249.
Occiderit	Ceciderit. *fol:* 250.
Parochorum	Parochum. *fol:* 253.
debi-ali	Dele. *ibid*
Sinè	Sivè. *fol:* 270.
Baptizari	Baptizarit. *ibid.*

Diſ-

Diſſolutionem	Diſpoſitionem. *fol:* 275.
Invalidam	Invalidum. *fol:* 276.
Copia	Copula. *fol:* 277.
Conſangvineis	Conſangvineos. *fol:* 278.
Eſum	Eſus. *fol:* 315.
di	Dele. *fol:* 317.
Acceptitio	Acceptatio. 338.

REPER-

Digitized by Google

REPERTORIUM
IN
EPINOMIAM PAROCHORUM
Alphabetica ſerie digeſtum, & juxta materiarum varietatem ſubdiſtinctum.

A

Parochus quoad *Abſentiam*.

QUo Jure teneatur reſidere in ſua Eccleſia. fol. 1. num. 1.

Quibus de cauſſis non poſſit abeſſe. Ibid.

An poſſit abeſſe per aliquot horas nullo ſubſtituto? An tota die? an per duos vel tres dies nullo infirmante, & nulla alia cauſa juſtificante. f. 2. n. 2.

An abſens ultra triduum poſſit puniri ab Epiſcopo, & ſibi hoc prohibere ſub excommunicatione. Ibid.

An abeſſe poſſit per ſex aut ſeptem dies relicto ſubſtituto. Ibid.

Quomodo poſſit abeſſe ſingulis annis per duos menſes. Ibid.

An ad hoc requiratur licentia in ſcriptis. fol. 3. n. 2.

Quæ cauſæ requirantur, ut poſſit abeſſe ultra bimeſtre. Ibid.

An poſſit abeſſe per duos aut tres menſes non manifeſtata cauſa ordinario. Ibid.
Qualiter ad recuperandam ſanitatem poſſit abeſſe per 3. aut. 4. menſes. Ibid.
Quibus de cauſis poſſit abeſſe à ſua Eccleſia *approbandis ab* Epiſcopo fol. 4. n. 3.
Quibus anni temporibus non licet abeſſe Parocho. fol. 5. n. 4.
Quibus de cauſis excuſetur ab hoc. ibid.
Quando non excuſetur ab hoc. ibid.
Quando peccet mortaliter per ſuam abſentiam cum onere reſtitutionis fructuum. fol. n. 5.
Ad quid teneatur ſubſtituto gratis ſervienti juſta de cauſa abſens. fol. 7. n. 6.
An peregrinari poſſit ad Urbem in Anno Sancto. ib.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo circa Abſentiam. fol. 7.

Parochus quoad *Abſolutionem.*

Quo caſu poſſit abſolvere facientem mutilatam confeſſionem? an non audientem, nec loqui valentem, nec alia ſigna dantem. fol. 8. n. 1.
An peccet mortaliter in his caſibus negans abſolutionem. fol. 9. n. eod.
Quando liceat abſolvere à peccatis & cenſuris ſenſibus deſtitutum. fol. n. 2.
An debeat abſolvere ſub conditione. ibid.
An abſolvat tactum apoplexia, qui nullum verbum profert, ſed dat ſigna confeſſionis. fol. 11. n. 3.
An petentem Confeſſarium per nuntium, nullum peccatum exprimentem, nec dantem doloris ſignum. Ibid.

Quan-

Quando danda abſolutio ſub conditione. fol. 12. num. 4.
In quibus caſibus non ſolùm poſſit, ſed teneatur etiam abſolvere. fol. 13. n. 5.
Quid ſi Parochus eſſet interdictus, excommunicatus denunciatus, ſuſpenſus, degradatus, hæreticus. fol. 14. n. eod.
Quid poſſit tempore ſævientis magnæ peſtilentiæ. Ibid. n. 6.
An duobus vel tribus peccatis auditis poſſit abſolvere & fugere. fol 16.
Quid aget cum læthaliter vulnerato impeditus à Medicis & Chyrurgis audire confeſſionem. fol. 17. num. 7.
Quid cum periculoſam navigationem, vel prælium, vel periculum contagionis ſubeuntibus, & quid cum prægnantibus. ibid.
Quando poſſit, & quomodo debeat abſolvere eos, qui à ſecta Lutheri, Calvini &c. recedere volunt. fol. 18. n. 8.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo circa Abſolutionem. fol. 20.

Parochus quoad *Alienationem rerum Eccleſiaſticarum.*

Quæ prohibeantur Parocho circa hanc materiam. fol. 22. n. 1.
Quomodo permittatur alienatio rerum tenuiorum. fol. 24.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo circa hanc materiam. fol. 25.

Parochus quoad *Altare.*

In qua Eccleſia Parochus poſſit erigere Altaria, qualia debeant eſſe, & quomodo veſtienda & ornanda. fol. 25. n. 1.
An in Altari privilegiato pro defunctis debeat dici Miſſa de Requiem & quare! fol 26.
An ſine licentia ſaltem tacita nemo poſſit celebrare, ubi proprius Epiſcopus celebravit illo die. ibid.
De titulis Altarium quando non recitetur officium. Ibid.
Quo caſu polluatur Altare. Ibid.
Altaria portatilia qualia debeant eſſe. ibid.
An Parochus peccet mortaliter, ſi non celebrat in Altari certo à Teſtatore præſcripto. ibid. n. 2.
An peccet mortaliter, ſi celebrat extra Altare privilegiatum cum numiſmate V.g.S.Caroli. fol. 27.
Cui obveniant oblationes in aliquo Altari facta. ib.
Quid prohibeatur reponi ſub Altaribus. ibid.
Quando Altare egeat nova conſecratione. ibid.
A quibus abſtinendum quando expoſita eſt Euchariſtia in Altari. ibid.
Vide Synodum Pragenſem de Altaribus in hoc opuſculo. fol. 28.

Annulus nuptialis.

An annuli traditio ſimpliciter facta, & per ſe ſola inducat ſponſalia. fol. 30. n. 1.
Quid ſentiendum de conſuetudine circa annuli traditionem. ibid.
An explicito conſenſu annuli traditio inducat ſponſalia. ibid. n. 2.

Quid

Quid dicendum, ſi inter extraneos amicos habitus fuit tractatus de matrimonio contrahendo, & ſponſus dat, & acceptatur à ſponſa annulus, vel alia jocalia. fol. 31. n. eod.

Quid ſi annulus fuiſſet à ſponſo traditus mulieri tacenti præſentibus parentibus, cognatis, vel propinquis. ibid. n. 3.

Quid ſi parentes miſerint annulum. fol. 32.

Parochus quoad *Aquam Benedictam.*

Parochus quando non benedicit, renovat, & non aſpergitur Altare. fol. 32.

An Excommunicatus vel ſuſpenſus benedicens aquam fiat irregularis. ibid.

Quæ quantitas aquæ non benedictæ poſſit addi benedictæ, ut ſit benedicta & ſancta. ibid.

Et quid de oleo non conſecrato, addito conſecrato. fol. 33.

An Diaconi poſſint benedicere aquam. ibid.

Quo loco poni debeat vas aquæ benedictæ. ibid.

An ſimplex ſacerdos poſſit reconciliare Eccleſiam tantùm benedictam, aquâ luſtrali. ibid.

Vide Synodum Pragenſem circa hoc in hoc opuſculo. fol. 33.

Parochus quoad *Articulum mortis.*

Quam Juriſdictionem habeat Parochus vel alius Sacerdos in articulo mortis fol. 34. n. 1.

Quomodo diſtinguatur periculum ab articulo mortis. fol. 35.

Quid ſentiendum de Muliere prægnante proxima partui. ibid.
Quid quando eſt periculum incidendi in Amentiam. fol. 36.
Quid de Bannito capitaliter. ibid.& fol. 37. n. 2.
Quid de Carcerato damnato ad mortem proximè ultimo ſupplicio afficiendo. fol. ibid.
Quid de incipiente navigationem minimè periculoſam. ibid.
Quid de ſuſcipiente longam navigationem ſine copia Confeſſarij. fol. 38.
Quid de ſuſcipiente iter periculoſum, vel ob ſenectutem, vel corporis imbecillitatem, vel propter inimici inſidias, vel ob prædones interficere ſolentes, vel ob crudelitatem Potentis. Ibid.
Quid de proximè pugnaturis in bello, & hoſtes fortes aggreſſuris. ibid.
Quid de Obſeſſis & obſidentibus. ibid.
Quid de peſte infectis. fol. 39. n. 3.
Quid ſi peſtis in aliquo loco ſit levis. fol. 40.
Quid ſi ſit gravis. ibid.
Quid de exponendis proximè, & expoſitis ad famulandum infectis. fol. 41.

B

Parochus, quoad *Baptiſmum.*

P*Arochus quot ſuſceptores de fonte admittat.* Fol. 41. num. 1.
An in baptiſmo privato contrahatur cognatio ſpiritualis. ibid.

Formu-

Formula deſcribendi baptizatos. fol. 42. n. 3.
Quid probetur per librum baptizatorum. fol. 43.
An Parochus excommunicatus poſſit ſolemniter baptizare. ibid. n. 3.
Quid de interdicto Parocho perſonaliter. fol. 44.
Quando Diaconi ſolemniter baptizent. ibid.
Quomodo peccet ſi alienus baptizat alterius Parochiæ infantem. ibid.
Quid ſentiendum ſi eſſet conſuetudo. ibid.
Quid de peregrino, & certum domicilium non habente. ibid.
Quid ſi Diaconus id bona fide faciat. fol. 45.
An Parochus poſſit deſignare Patrinos. ibid. n. 4.
Qui poſſint eſſe ſuſceptores, & qui prohibeantur. ib.
Inter quos contrahatur affinitas, ſeu cognatio ſpiritualis & inter quos non. ibid.
An liceat in Eccleſia Parochiali interdicta baptizare. fol. 46. n. 5.
Quomodo baptizandi parvuli reperti ſine ſcriptura. ibid.
Quomodo peccet iterans baptiſmum, & quas cenſuras incurrat. ibid.
Quare baptiſmus non ſit differendus, & quorum fide aliqui ſint baptizandi, & quinam illi ſint. fol. 47. n. 6.
Quomodo infans baptizandus non egreſſus ex utero. ibid.
An ſufficiat ablutio minimæ partis tempore neceſſitatis, & quid faciendum tranſacta neceſſitate. ib.
Si de vita dubitetur quomodo baptizet Parochus. ib.
Quid obſervetur in quibuſdam Diœceſibus, ſi rudiores,

diores, vel obſtetrices baptizant in caſibus repentinis. fol. 48.
Baptizatus baptiſmo dubio an privetur ſepultura Eccleſiaſtica. ibid.
An baptizatus in ſecundina. ibid.
Si per baptiſmum acceleretur mors infantis, an baptizandus, & an baptizans fiat irregularis. ibid.
Si non, quomodo agere debet Parochus. ibid.
An infans baptizari poſſit in umbilico, ſi extra uterum alia pars haberi non poſſit, & an taliter baptizatus privetur ſepultura Eccleſiaſtica. f. 49.
An baptizari poſſit infans in utero matris aquâ per artem obſtetricis. ibid.
An Parochus cum periculo vitæ teneatur baptizare infantem moribundum. ibid.
Quid faciendum cum infectis peſte. fol. 50. n. 7.
Quid cum furioſis & amentibus. ibid.
Quid de dormientibus. ibid.
An plures ſimul poſſint baptizari propter periculum naufragij. ibid.
Quid faciendum ſi partus proveniat ex patre bruto, & matre homine. ibid.
Quid ſi ex patre homine, & beſtia fæmella: Quid ſi monſtrum ſit ex viro & fæmina; quid ſi dubitatur an conſtet duplici anima rationali. fol. 51. n. 8.
Materia baptiſmi remota quæ ſit! An etiam aquæ artificiales, & humores mixti, ut aqua roſacea, urina, &c. fol. eod. & 52.
Materia baptiſmi propinqua quæ ſit. fol. 52.
An validus ſit baptiſmus, ſi quis imprimat fronti mori-

moribundi Crucem digito malefacto ſervatâ formâ. ibid.

An ſufficiat nix vel glacies ad baptiſmum. ibid.

Quomodo quis poſſit baptizare ad vitandum contagium. fol. 53.

An infans ſit baptizatus prolatâ formâ ſed ablutione non perfecta. ibid.

An Parochus debeat obſervare conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ in baptiſmo, & quid ſecùs. ibid.

Forma baptiſmi Eccleſiæ occidentalis quæ ſit, & quid ex illa colligatur. fol. 54. n. 10.

Parochus quomodo peccet omittendo particulas: IN, ET. ibid.

Quid ſi contingat error circa perſonam baptizandam. fol. 55.

Quid ſi interrumpatur forma tuſſiendo, vel loquendo. ibid.

Quid ſi quis gravitatis cauſa dicat: Nos te baptizamus. fol. 56. n. 11.

An varietur ſenſus formæ per hoc. fol. 57.

An per hoc Sacramentum ſit nullum. fol. 58.

Quid ſi dicat aliquis: Ego Petrus baptizo te. fol. 59. num. 12.

An poſſit dici: Ego baptizo te Paulum; & quomodo peccaret & quare. ibid.

Quid ſi quis omitteret: Amen. fol. 60.

Quid ſi quis diceret: Ego te baptizo In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti & B. Virginis Mariæ. & an peccet. ibid. n. 13.

An teneat baptiſmus dicendo: Ego te bptizo in nominibus Patris. &c fol. 64. n. 14.

Quid ſi diceret aliquis: Ego te baptizo in nomine Patris, in nomine Filij &c, ibid.
An latinus poſſit uti formâ Græcorum. fol. 63. n. 16.
An Catholici poſſint exiſtere Patrini filijs hæreticorum baptizante eos Miniſtro hæretico, & an Parochus Catholicus licitè baptizare poſſit hæreticorum liberos. fol. 64. n. 17.
Quid agendum Parocho vocatus ad baptiſmum. fol. 65. n. 18.
An ei licitum ſit in privatis domibus baptizare. fol. 66.
An teneatur cæremonias omiſſas in Eccleſia ſupplere. ibid. n. 19.
An in neceſſitate miniſtrans baptiſmum ſcienter in mortali, peccet. fol. 67. n. 20.
Fons baptiſmalis qualis eſſe debeat. ibid.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo de baptiſmo. ibid.

Parochus quoad *Benedictionem.*

Parochus quænam benedicere debeat. fol. 47. n. 1.
Vide Synodum Pragenſem circa hoc in hoc opuſculo. fol. 76

Parochus quoad *Benedictionem Nuptialem.*

Benedictiones nuptiales à quo fieri debeant. fol. 77. num. 7.
Quibus poſſit, & non poſſit dari benedictio nuptialis. fol. 78.

Quid

Quid ſi non Parochus conjungat in matrimonium, & benedicat nuptias. ibid. n. 2.
Quid ſi Parochus benedicat ſecundas nuptias. f. 79.
An benedictiones nuptiales ſint neceſſariæ. ib. n. 3.
Quid ſi Parochus benedicat temporibus prohibitis. Ibid. n. 4.
An poſſit benedicere tempore interdicti. fol. 80.
An Parochus violet interdictum benedicens nuptias in die Natalis, vel Paſchatis. ihid.
Quid ſi uterque conjux, vel alter eorum ſit interdictus perſonaliter ſpecialiter. fol. 81.
Quid ſi ſola ſponſa ſit interdicta. ibid.
Quid poſſit Parochus cum ligatis excommuuicatoine. fol. 82.
An Parochus teneatur celebrare diebus non feſtivis ad benedictiones nuptiales. ibid.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. ib.

Parochus quoad *Bona Eccleſiaſtica.*

Parochus an poſſit diſtrahere vel transferre aliò ea quæ ſunt ad uſum Eccleſiæ, vel domûs Eccleſiæ. Fol. 33. n. 1.
An teneatur facere Inventarium, & quare. ibid.
Poteſt ſingulis annis aliquando publicare Decretum Concilij Trid. contra occupatores bonorum Eccleſiaſticorum. ibid.
In dubio qualiter præſumatur alienatio bonorum Eccleſiaſticorum. fol. 84.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. Ibid.

Paro-

C

Parochus quoad *Calicem.*

P*Arochus celebrans in Calice non conſecrato qualiter puniatur.* fol. 85. n. 1.

An liceat ſacrificare ad communicandum infirmum morti proximum ſine Calice conſecrato, & ſacris veſtibus. ibid.

Ex qua materia Calix & patena eſſe debeat. ibid.

Quomodo execretur Calix. fol. 86.

Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. ib.

Parochus quoad *Cœmeterium.*

Parochus an ſepelire poſſit mortuos in Cœmeterio polluto, quando & quomodo cenſeatur pollutum. Fol. 87. n. 1.

Quo caſu poſſit poſt pollutionem illud benedicere & purificare aquâ ab ipſo benedictâ. fol 88.

An Cœmeterium gaudeat immunitate. ibid.

Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. ib.

Parochus quoad *Caſus reſervatos.*

Parochus quando non poſſit abſolvere à peccatis reſervatis. fol. 89. n. 1.

Quos poſſit abſolvere à caſibus reſervatis. fol. 90. num. 2.

Quando poſſit abſolvere habentem caſus reſervatos, à non reſervatis. fol. 91. n. 3.

Quando non abſolvat ab excommunicatione majori & ab alijs cenſuris. fol. 92.

Quando

Quando poſſit dare facultatem alteri ſeipſum abſolvendi à caſibus reſervatis. ibid.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo circa caſus reſervatos, & quinam ſint. fol. 93.

Parochus quoad *Cathedraticum.*

Parochus an teneatur ſolvere Cathedraticum, & quare. fol. 96.
Quinam ſint exempti ab hoc onere. ibid.
An poſſit præſcribi aliquo tempore. ibid.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. fol. 97.

Parochus quoad *Charitativum ſubſidium.*

Charitativum ſubſidium quid ſit, & à quo poſſit exigi. fol. 98. & 99. n. 1. & 2.
Qui non obligentur. ibid.
An non ſolutum ab Anteceſſore poſſit exigi à ſucceſſore. ibid.
An poſſit præſcribi, & an taxa ſit arbitraria. ibid.
Quæ ſint juſtæ cauſæ exigendi. fol. 99. n. 3.
Quid cenſendum de penſione Alumnatica. fol. 100. num. 4.

Parochus quoad *Clericatum.*

Parochus quomodo debeat componere vitam & mores, & quæ veſtimenta ipſi prohibeantur. fol. 101. num. 1.
Quid debeat fugere circa convivia. fol. 102. n. 2.
Quid circa negotiationem. fol. 103. n. 3.

Quid

Quid circa cohabitationes mulierum. fol. 505. n. 5.
Quid circa arma. ibid.
Quid circa examen à Judice laico. ibid.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. ib.

Parochus quoad *Coadjutorem Rectoris Parochialis.*

Quando detur Parochos Coadjutor. fol. 112. n. 1. & 3.
An Coadjutor teneatur reſidere, & Parochus Coadjutus. fol. 13. n. 2.
An expediat magis Coadjutorem quàm Parochum miniſtrare infectis. fol. 114. n. 3.
Quid aget Parochus deficientibus Coadjutoribus. ib.

Cognatio Spiritualis.

Cognatio ſpiritualis inter quos impediat matrimonium; Inter quos non contrahatur, & inter quos impediat & dirimat matrimonium contractum. fol. 115. n. 1.
Qui non contrahant. ibid.
Quid de hæretico, & de fideli cum infideli. fol. 116.
Quales debeant eſſe ſuſceptores, ut contrahant, & an à viro contracta transfundatur in uxorem. Ibid. n. 2.
Quid de baptizante in neceſſitate, & quid ſi plures teneant. ibid.
Quid de pluribus deſignatis à Parentibus, & de admiſſis à Parocho, & de non admiſſis, & quid de non deſignatis. fol. 117.

Quid

Quid de deferente muliere ad baptiſmum. fol. 118.
Quid de cognatione ex Catechiſmo, & qualiter hæc contrahatur. ibid.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. fol. 119.

Parochus quoad Concionem *ſacram.*

Parochus quando concionetur; Et quando per ſe vel per alios. fol. 119. n. 1.
An poſſit cogi per cenſuras. fol. 120.
An poſſit concionari in Parochiali quando prædicat Epiſcopus. ibid.
Parochus an ſatisfaciat officio ſuo quoad Deum prædicationes totius anni alijs committens, licet valdè doctus & eloquens non ſit. ibid.
Quomodo prædicet expoſito Sacramento, quæ prædicare non debet, & quando peccet exiſtens in peccato mortali occulto. fol. 121. n. 3.
De quibus debeat habere ſermonem. ibid. n. 3.
Quibus poſſit dare licentiam prædicandi. ibid.
Parochus an & quomodo poſſit profiteri ſacram ſcripturam in Civitate qua moratur. ibid.
An poſſit per ſeipſum prædicare, ut acquirat Eleemoſynas prædicatoribus alijs ab univerſitate electis deſtinatas. fol. 122.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. ib.

Parochus quoad *Confeſſionem Sacramentalem.*

Parochus quam Jurisdictionem habeat in foro pœnitentiæ. fol. 127. n. 1.

An

An dimiſſo beneficio abſque nova approbatione poſſit audire confeſſiones, ſaltem tempore Jubilei. fol. 128.

Quid ſi ſe intruſit, & quid ſi communi errore fuiſſet habitus pro vero Parocho. ibid.

An teneatur per ſe vel per alium confeſſiones ſuorum audire toties quoties expedire judicaverit, & an peccet ſemel & iterum negando; quando poſſit rationabiliter negare, & quando non; & quid ſi Parochiani vellent ipſum ſolum adire & confiteri. ibid. & fol. 129.

An conſtituentes in Parochia domicilium, vel quaſi ſubjiciantur Parocho quoad Sacramenta. ib. n. 2.

Quid ſi habeant domicilia in duabus Parochijs. ibid.

Quid de quolibet ex Diœceſi. ibid.

Quid de Parocho Cathedralis in aliena Parochia. fol. 130.

Quid liceat Advenis & peregrinis quoad confeſſionem & communionem Paſchalem, & quid vagis. ibid.

Parochus cui confiteatur abſq; licentia Epiſcopi. ib.

Ad quid teneantur habentes uſum rationis propter annuam confeſſionem. ibid. n. 3.

Ad quid obligentur habentes ſolùm peccata venialia. fol. 131.

Quid poſſint Regulares privilegiati & approbati circa confeſſiones & ad quid teneantur audientes infirmos Curatorum. ibid.

An Parochus poſſit delegare alium ad audiendum ſuos Parochianos. ibid.

Quando Curatus teneatur licentiam dare ſuo Parochiano,

rochiano, alteri confitendi, & quid ſi deneget injuſtè. ibid.

Quid delegatus aget cum dicente ſe habere licentiam alteri confitendi, & quid Parochus Parochiano dicenti ſe impleviſſe præceptum Confeſſionis. fol. 132.

Quid aget Parochus quoad Confeſſionem cum infirmis ex Peſte, & quid cum aliis infirmis & etiam ſanis. fol. 133. n. 4.

Quid ſi aliquis inchoata Confeſſione incidit in phreneſim. ibid.

In quas pœnas incidat Parochus aut alius Confeſſarius ſolicitans fæminam in Confeſſione advenerca. fol. 134. n. 5.

Ruptio ſigilli Confeſſionis Sacramentalis quale peccatũ, & quæ pœnæ incurrantur. fol. 135. n. 6.

An Parochus debeat dare ſchedam Confeſſionis Officialibus Principum, vel ſubditis Magnatum, quos non abſolvit. ibid: & fol. 136.

An Parochus conſtitutum in articulo mortis contra propriam opinionem abſolvere teneatur. fol: 137. n. 7.

Parochus quid agat cum Surdis, mutis, verecundis, ignaris linguæ patriæ, & ægrotis vix & ægrè loquentibus. fol. 138.

Quid faciat Parochus ſi inchoata Confeſſione per alium, ſtatim obſurdeſcat. ibid.

Parochus ubi debeat audire Confeſſiones Sanorum, & quando poſſit delegare Juriſdictionem non approbato. fol. 138. & 139. n. 8.

An Parochus vel alius debeat abſtinere à Confeſſioni-

)( )(

bus

bus audiendis, ſi citra periculum pollutionis non poſſit eas audire. fol. 139.
An teneatur ad reſtitutionem, ſi de ea non moneat pœnitentem. ibid.
Quomodo agat Parochus cum Ruſticis qui non exprimunt numerum peccatorum. ibid.
Parochus quomodo ſe gerere debeat cum Sagis ultrò ad Confeſſionem accedentibus. fol. 140. n. 9.
Quando non debeat admittere Sagas ad Confeſſionem. fol. 142. n. 10.
Sagas quomodo confeſſas de crimine examinet. fol. 144. n. 11.
Quomodo violetur ſigillum Confeſſionis quoad Sagas. fol: 145. n. 12.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. fol: 147.

Parochus quoad *Confirmationem*.

Parochus de quibus debeat monere, & docere populum circa Confirmationem, & quos non admittat, quiq; Patrini eſſe non poſſint. fol: 148. n. 1.
An non confirmatus contrahat cognationem ſpiritualem cum Confirmato. fol. 150. n. 2.
Quomodo deſcribat Parochus confirmatos. fol: 151. n. 3.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. fol. 152.

Conſenſus Matrimonij.

Parochus de quibus interrogare debet contrahere volentes. fol. 154. n. 1.

Qua-

Qualia verba exprimant conſenſum conjugalem ibid. & ſeq. n. 2. fol. 156.
An taciturnitas habeatur pro expreſſione conſenſus. fol: 158. n. 3.
Quinam modi loquendi non denotent conſenſum de præſenti. fol: 159.

Conſvetudo.

Quæ conſvetudo ſervanda. 160. n. 1.
Quid de conſvetudinibus laudabilibus & immemorabilibus. fol. 161. n. 2.
An Parochus poſſit inducere novas conſvetudines aut leges. fol. 162.

Corporale.

Parochus quid attendere debeat circa Corporalia. fol. 163.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo fol: 164.

Crux.

Quid obſervare debeat Parochus circa Crucem. ibid.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. fol. 165.

D.

Parochus quoad *Decimas.*

Parochus quo Jure habeat fundatam intentionem quoad Decimas. fol. 166. n. 1.
Quinam participent de Decimis ſecundum primam inſtitutionem. fol. 167. n. 2.
Quibus perſolvendæ ſint poſt factam Diœceſium diviſionem. ibid.

)()(2 Qui-

Quibus non competant decimæ. fol. 168.
An Clerici non curati, Laici, Reges, poſſint capere partem decimarum. fol: 169.
Quinam teneantur ad ſolutionem decimarũ. ibid. n. 3.
An exigendæ ab Indigentibus. ibid. & fol. 170.
Quid Sentiendum quo ad conſuetudinem non ſolvendi. fol. 171. n. 4:
Quid de Decimis prædialibus. fol. 173 n. 5.
An facienda decimatio ſi in anno bis vel ter fructus proveniant. ibid.
Quando decimatio facienda ſit de animalium fructibus. fol. 147. n.
An decimarum Debitores inferant decimas in horreum Parochi. ibid.
Non ſolventes decimas an excommunicandi. ibid: & fol: 175.
Quinam alij ſubeant hanc pœnam, & etiam alias. ibidem.
An exigi poſſint decimæ ab Emptore tritici non decimati, & quid de deſtructore injuſto. ibid: n. 7.
An præteriti temporis decimæ non ſolutæ poſſint exigi ab emptore prædiorum. fol: 176.
Quid aget Eccleſia cum vendentibus aut locantibus prædia reſpectu decimarum. ibid.
Decimarum Controverſia ad quem Judicem ſpectat ibid: n. 8.
An non ſolventes priventur ſepultura Eccleſiaſtica. fol: 177.
Quid de exactione Decimarum ratione prædiorum acquiſitorum per Regulares. ibid.

De-

Digitized by Google

Denunciatio.
Parochus quid debeat denunciare, & quid non. Et quomodo peccet. fol: 178.

Parochus quoad *Denunciationes Matrimoniales.*

Quid faciendum Parocho antequam denunciet matrimonia. fol: 179. n. 1.
Parochus quomodo puniendus omittens denunciationes. ibid.
Cauſæ juſtæ omittendi denunciationes quæ ſint. fol: 180. n. 2. per totum.
In quibus caſibus poſſit Parochus licitè & impunè omittere. fol: 183. n. 3.
Quo tempore denunciationes fieri poſſint. fol: 185. n. 4.
Quando ſint repetendæ. ibid.
Quomodo faciendæ ſi Sponſi ſint diverſarum Parochiarum. ibid.
Quomodo ſe geret Parochus reſpectu habitationis Spõſorum, & cum Exteris, & quid inquiret ante denunciationes. fol: 186.
Traditur formula atteſtationis denunciationum factarum. fol: 187. n. 5.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. fol: 188.

Parochus quoad *Doctrinam Chriſtianam.*

Ad quid teneatur Parochus reſpectu Chriſtianæ doctrinæ, quando peccet, quomodo ejus negligentia, vel inſufficientia punienda. fol: 188. per totũ.

)()(3 Vi-

Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. fol: 189.

E.

Parochus quoad *Eccleſiam.*

Parochus quid prohibeat poni, aut fieri in Eccleſia, & quid permittat. fol: 191. n. 1.
Quos debeat eijcere ab Eccleſia, quid curet in Eccleſia, quos deferat ad Ordinariũ, mendicantes ubi ſtare faciat, quid faciat cum depoſitis capſis vel tumbis ſuper terram exiſtentibus, & quos nõ admittat intra Presbyterium. fol: 192. n. 2. per totnm.
Eccleſia nova qualiter conſtrui poſſit. fol: 193. n. 3
Qui teneantur ad refectionẽ Eccleſia & domûs Parochialis. fol: 144. n. 4.
Parochus an propè Eccleſiam habitare teneatur. fol: 195. n. 5.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. fol: 196.

Eccleſiæ reconciliatio.

Parochus quid poſſit in Eccleſia polluta. fol: 199. n. 1.
Quomodo polluatur Eccleſia. ibid.
Quis poſſit Eccleſiam conſecratam reconciliare. fol: 200. n. 2.
Quando Eccleſia indigeat reconciliatione. fol: 201. n. 3.
Quando non polluatur. fol: 203. n. 4.
Quid nomine Eccleſiæ intelligatur. fol: 2. 4. n. 5.

Parochus quoad *Euchariſtiam.*

Paro-

Parochus quando teneatur miniſtrare Euchariſtiam. fol: 204, n. 1.
Quid faciet miniſtrans in peccato mortali. fol:205. eod: n.
Quando pueris & puellis ſit danda. ibid.
Quid ſi doli capaces non eſſēt, an danda Sacramentalis abſolutio. fol: 206.
An fatuis & amentibus danda ſit Euchariſtia, an publicis peccatoribus, energumenis & dæmoniacis, & quis dicatur peccator notorius, an peccatoribus occultis, an infirmis delirantibus, & quid de non retinente cibum. fol: 207. & 8.
Quomodo deferat Parochus Euchariſtiam ad infirmos in Civitate, & ad loca longinqua extra Civitatem. fol: 209. n. 3.
Et an poſſit celebrare bis in die ut communicet moriturum. ibid.
Quoties poſſit dari Viaticum conſtituto in articulo moriis, & quid de damnatis ad mortem. fol. 211. n. 4.
An deferat Euchariſtiam ab infirmo adorandam; An liceat miniſtrare ſub ſpecie vini ſumenti pro viatico, & non valenti deglutire hoſtiam. Et an valde feſtinanter currat timens mortem infirmi. Et quid in hoc caſu de baptiſmo. fol. 213.
Quomodo communicet Parochus peſte infectos, an aliquo inſtrumento, quando non teneatur, & quid faciat tempore interdicti. fol: 214. n. 5.
An poſſit Sacerdos de exceſſu mediæ noctis inter cœnandum dubitans, celebrare; quid ſi ſint diverſa horologia, quid aget maſticans buccellam audito pri-

to pri-

Digitized by Google

to primo pulſu duodecimæ; quid de reliquijs hærentibus inter dentes; quid attrahens aliquantulum aquæ per nares deſcedentis in ſtomachum; quid ſi per modum reſpirationis attrahatur muſca; quid deglutiens parum papyri. fol. 215. n. 6. per totum.

Quando Parochus non poſſit negare Euchariſtiam Sagis, ſicut & alijs Reis damnatis. fol. 217. n. 7.

Quomodo Euchariſtia deferenda ſit ad Sagas, & quomodo ſepeliendæ decedentes in carcere. fol. 219.

An Parochus non ſacrificans, & Laicus poſſint ſibi miniſtrare Euchariſtiam; Et cujus impenſis debeat ardere lampas ante Sacramentum. ibid. n. 8.

Quid aget cum hoſtijs putrefactis (quod abſit). quid de veneno Calici immiſſo; quid de ſanguine, in dubio, fulmine de cœlo tacto, quid de hoſtiolis peſte tactis. fol. 220. n. 9. per totum.

Quid faciat Parochus ferens communionem infirmo pluries invalidè confeſſo, ſi mors timeatur ex dilatione confeſſionis & abſolutionis in aliud tempus. Et an præbeat viaticum ei, qui manè comunicavit, vel dixit Miſſam, & an ſurdis & mutis à nativitate in periculo mortis; Et an poſſit negari Euchariſtia occultè petenti propter delictum non emendatum habitum ex confeſſione; Et an Sacerdos in altari exiſtens & Laicus ad linteum altaris genuflexus, memores peccati mortalis, debeant recedere & confiteri. fol. 122. n. 10. per totum.

Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. fol. 224.

Ex-

Excommunicatio.

Parochus excommunicatus an ſolemniter baptizet, miniſtret Euchariſtiam, teneatur vitare excommunicatum denunciandum, & an ſepeliat in loco ſacro excommunicatum abſolutum à Laico. fol. 230. n. 1.

An valeat matrimonium contractum ab excommunicato, & an peccet. quid de locorum Dominis & Magiſtratibus cogentibus ſubditos ne liberè contrahant. fol. 231. n. 2.

Irretitus aliqua cenſura an poſſit celebrare, licentiam dare aſſiſtendi matrimonio, & baptizandi. fol. 232. n. 2.

An excommunicatus verè conſecret, ſumat Euchariſtiam, Extremam unctionem, Sacramentum pœnitentiæ, & miniſtret & an peccet. ibid. n. 3.

Quid de confitendo hæreticis & an Parochus vel alius Sacerdos poſſit abſolvere ab excommunicatione non reſervata. fol. 234.

Quid de uſurpantibus bona Eccleſiaſtica, & quando excommunicati non poſſunt pelli ab Eccleſia tempore divinorum. fol. 235. n. 4.

ExParochus.

Quomodo Parochus fiat ExParochus, & quid de pluralitate beneficiorum. fol. 235.

Parochus quoad *Extremam Unctionem.*

Qualiter teneatur Parochus conferre Extremam Unctionem. quid de non proprio Parocho, An plures Sacerdotes poſſint ſimul dare. quod ſit ſub-

jectum

jectum capax Extremæ unctionis. Cui debeat dari; An in eadem infirmitate poſſit repeti; An pueris, an amentibus, phreneticis, furioſis, & ſenibus absq; infirmitate ſenectute confectis, an cum aliquo inſtrumento. fol. 238 n. 1. per totum.

Quando danda ſit, & quando ab ea deſiſtenda. fol. 240. n. 2.

Quæ ſit materia remota extremæ unctionis; an oleum poſſit benedici à ſimplici Sacerdote; quando hoc Sacramentum validum non ſit, quomodo peccet adhibendo oleum alterius anni; Quid aget Parochus cum vetere oleo; quid ſi non ſufficiat novum per totum annum. Materia proxima quæ ſit; An ſit neceſſarius ordo in Unctione ſenſuum; & qui ſenſus non ſint de neceſſitate. Quomodo ungendi ſint manibus, aut oculis carentes, & Sacerdotes qualiter. An ſine culpa poſſit ungi una auris aut una manus etiam ſine Cruce & miniſtro. fol. 241. n. 2.

Forma extremæ unctionis quæ ſit; an ſub unica forma poſſint ungi omnes ſenſus; an liceat dare ante alia Sacramenta recepta; an poſſint omitti orationes præſcriptæ, & an ſine veſtibus Sacerdotalibus. fol. 243. n. 4.

Quomodo ſe geret Parochus tempore peſtis & interdicti circa extremam unctionem, & an poſſit habere oleum ſacrum in ſuo cubiculo ut expeditiûs eat ad infirmum. fol. 245. n. 5.

Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. fol. 247.

Feſti

F.

Feſti Dies.

Feſtorum obſervantia quo tempore incipiat. Quis poſſit dare licentiam laborandi & qua de cauſa. An poſſit aliquid exigi ob hanc licentiam. Qui teneantur obſervare dies feſtos, & An Catholici poſſint ire ad loca hæreticorum vicina ut laborent ibi. fol. 253.

Parochus quoad *Funeralia.*

Parocho quid competat, quando defunctus jubet ſolùm Regulares *accerſiri ad ſepeliendum, & quid in alijs caſibus, & quid* Regularibus. f. 253. n. 1.

Quid aget Parochus *ſi quis moriatur in die* Paſchæ. *An teneatur obſervare conſuetudinem proprij* Epiſcopatus; *An ab exteris plus poſſit petere quàm à* Civibus; *an valeat conſuetudo quod quid certum peti poſſit; Quid à pauperibus; Quid ſi rapiat funus alterius. Quomodo ferantur corpora ſuperiorum* Regularium, *Magiſtrorum aut Cathedratici; Quid de viris* Tertiarijs. f. 255. n. 2.

An in quibusdam locis Germaniæ poſſint hæretici ſepeliri in loco ſacro à ſuis Miniſtris; Quid faciendum cum hæretico dante ſigna converſionis non tamen abſoluto ab hæreſi. Et an cognati & amici Catholici comitantes funera hæreticorum incidant in excommunicationem. fol. 256. n. 3.

Formula deſcribendi mortuos; Quid probetur per illam deſcriptionem, & an Parocho *credatur.* fol. 257. n. 4.

Heb-

H.

Hebdomada Major.

Quid obſervandum in hebdomada majori. fol. 258.

Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. fol. 259.

Parochus quoad *Horas Canonicas.*

Parochus, & quinam alij teneantur ad horas Canonicas, & quando incipiat talis obligatio. fol. 259. n. 1.

An teneatur ſe cōformare rubricis Breviarij; quid ſi recitet officia non approbata: In propria Eccleſia quale officiū & Miſſam poſſit dicere, ſeu ubi aſſervatur inſignis reliquia, & qua ſit illa, quomodo celebret Dedicationem Cathedralis; & quid de officio defunctorum. fol. 260. & 61. n. 2.

Quid incurrat non recitando officium ſtatim adepta poſſeſſione beneficij; Qualiter debeat fieri reſtitutio; quando non teneatur ad reſtitutionem. An ſolum poſt ſex menſes adepti beneficij. fol. 262. n. 3.

Cui facienda ſit reſtitutio fructuum ammiſſorum ob non recitatum officium; Qui comprehendantur in hac materia appellatione pauperum; Et quid veniat nomine fabricæ. fol. 264. n. 4.

Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. fol: 265.

I.

Impedimenta Matrimonij.

Quotu-

Quotuplicia ſint Impedimenta Matrimonij; Et quæ ſint impedientia. fol. 266. *n.* 1.

An omnia impedimenta impedientia hodie ſint in uſu. fol. 271.

Quænam ſint impedimenta dirimentia, & quid per unumquodq; eorum intelligatur. fol. 273. n. 2.

Cognatio carnalis quæ ſit & quomodo diſtinguatur. fol. 274.

Ad diſcernendum gradus aſſignantur tres regulæ fol. 274.

Spiritualis cognatio inter quos contrahatur, & præterea cognatio legalis. fol. 276.

Affinitas quid ſit. fol. 277.

Proponitur Arbor conſanguinitatis & affinitatis. fol. 278.

Quæ crimina impediant & dirimant matrimonium. fol: 279.

Impedimentum matrimonij quot teſtibus probetur. quando quis denunciare teneatur & quando nõ: ſunt caſus curioſi. fol. 281. n. 3. & ſeq.

Parochus quomodo ſe habeat circa impedimenta matrimonij, quãdo poſſit procedere, quãdo interdicere, & quãdo deferre ad Ordinariũ. fol. 286. n. 4.

An poſſit aſſiſtere eis vel ei ſi opponatur impedimentum voti; an exiſtentibus in peccato mortali ſi publicè petant. fol. 288. & 89.

An teneatur ob diſpenſationem occultã pro foro interiori, quam novit Ordinarius. ibid.

Quid aget Parochus cum alijs, quorum impedimentum novit ex Confeſſione. fol: 290.

Pœnæ loquentium contra impedimenta inſtituta ab Eccle-

Eccleſia, contrahentium in gradibus prohibitis, & dicentium cauſas matrimoniales non ſpectare ad forum Eccleſiaſticum. fol. 291. n. 5.

Immunitas Eccleſiaſtica.

Quomodo dividatur Immunitas Eccleſiaſtica, & in quibus conſiſtat. fol: 292. n. 1.

In quibus conſiſtat protectio confugientium ad Eccleſias, & quid notandum circa egreſſum vel dimiſſionem Rei ab Eccleſia. fol: 293.

Alimenta confugientis ad Eccleſiam unde ſumenda. fol: 295.

Quid faciendum Parocho ſi reus non gaudeat im̄unitate & hi qui ſint, & quid dicendum de conſuetudine. fol: 296.

Quis ſit effectus immunitatis Eccleſiaſticæ realis. fol. 298. n. 2.

Quid non liceat Patronis & Advocatis Eccleſiarum. fol: 300.

Quando providendum Patronis Eccleſiarum. Et ad quid obligentur illi. fol: 301.

Quid operetur immunitas perſonalis, an Clerici teneantur ad vigilias murorum, & ad teſtimonium dicendum coram Judice Laico, & quid in cauſa criminali. fol. 303.

An gaudeant familiares & domeſtici Parochorum, & quid ſi Judices ſeculares excedant utendo vi ſine licentia Parochi; & quid quoad expenſas factas in captura mulierum ſuſpectarum. fol: 305.

Indulgentia.

In-

Indulgentia quid importet, & an indiſtinctè proſit omnibus. fol: 306.
Quomodo dividantur Indulgentiæ, ad quos ſpectet dare Indulgentias. ſol: 308.
Et quid ſit Jubilæum. fol: 309.
Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. ſol: 310. & 311.

Interdictum.

Quæ, & quomodo poſſint fieri tempore interdicti. ſol: 312. & ſeqq.

L.

Parochus quoad *Licentiam.*

Parochus quid poſſit circa dandam licentiam ſuis Parochianis in varijs caſibus. fol. 314. per tot.

Parochus quoad *Licentiam aſſiſtendi Matrimonio.*

Parochus quid poſſit circa licentiam aſſiſtendi matrimonio, & quando valeat. fol: 318. per totũ.
An ſi fictè concedat talem licentiam Sacerdoti, matrimonium teneat? quid ſi Regulari concedat? quid ſi mero Laico habito pro Sacedote? quid ſi Parochus eſſet irregularis, ſuſpenſus aut excommunicatus non toleratus, vel etiam degradatus? An etiam extra territorium Sponſis exiſtentibus? fol: 318. n. 1. & fol: 320. uſq; ad medium.
Parochus an poſſit cogi ad dandam talem licentiam, ſi ipſe nolit aſſiſtere?? an ſufficiat tacita vel præſumpta; & an ſaltem ex ratihabitione de præſenti ad valorem matrimonij? An etiam licentia metu

metu vel dolo obtenta? An validè det contra probitionem Epiſcopi. An ſufficiat verbalis? fol: 320. à medio uſq; ad n. 2.

An ſufficiat licentia generalis adminiſtrandi omnia Sacramenta ſivè Parochus ſit abſens ſivè præſens? quid ſi det licentiam adminiſtrandi Sacramenta magis neceſſaria? fol: 322. n. 2.

Quando licentia generalis cenſeatur revocata; quomodo expiret; quid ſi licentia ſolùm nota ſit nuntio data à Parocho; an Sacerdos credere debeat dicenti ſe habere licentiam à proprio Parocho; quid ſi licentia non ſit vera; Et quid ſi Presbyter alienus dicat ſe habere licentiam ab Epiſcopo; An præſentia requiratur ſimultanea, vel ſufficiat ſucceſſiva Parochi ad valorem matrimonij. fol: 323. & 24.

An Vicarius Foraneus poſſit aſſiſtere vel alijs dare licentiam aſſiſtendi matrimonio? quid ſi illi ab Epiſcopo conceſſa ſit in genere cognitio cauſarum matrimonialium; quid cenſendum de Diacono deputato à Parocho ad quadã acta? fol: 325. n. 3.

M.

Parochus quoad *Matrimonium.*

Parochus de quibus inquirere debeat antequam procedat ad matrimonium fol: 325. n. 1. per tot.

Ubi poſſit celebrare Matrimonia; quando poſſit negare Sponſis Sacramentum, & quando non. fol: 330. n. 2.

An Parochus validè aßiſtat matrimonio, ipſe & teſtes

ſtes vi detenti; quid ſi renuat & doloſè ſit adductus; An poßit ad hoc aſtu aliquo induci ſine mẽdacio; quid ſi ob alium finem fuiſſet vocatus aut caſu præſens eſſet; quid ſi eſſet putativus ex communi errore; Quid de intruſo absq; titulo, tamen cum communi errore; Quid de Parocho irregulari, ſuſpenſo, vel excommunicato non tolerato, ac de interdicto generaliter vel ſpecialiter, & de Schiſmatico, de notorio fornicario; de exiſtente in peccato mortali, de aßiſtente in alterius Parochia ſine licentia proprij Parochi; & quid de Parocho non Sacerdote? fol. 331. usq; 335.

Quot modis valeat matrimonium; An per Procuratorem celebratum, & quas qualitates debeat habere talis Procurator; An per literas ſeu Epiſtolam, & an ſit differentia inter matrimonium celebratum per Procuratorem, & per Epiſtolam, ubi de quatuor modis contrahendi per Epiſtolam. fol. 336. n. 3. uſq; ad fol. n. 338. incluſivè.

Quid de Presbytero qui ſe putabat Parochum; Quando valida ſint matrimonia clandeſtina; quibus verbis utatur Parochus in conjunctione matrimonij? forma deſcribendi matrimonia, & quid probetur per talem deſcriptionem in libro copulatorum? fol. 339. n. 4. per totum.

Vide Synodũ Pragenſem in hoc opuſculo. f. 340.

Parochus quoad *Miſſam*.

Parochus quando poßit celebrare ſine confeßione neceſſaria; & quæ obſervare debeat in celebrandis Mißis? fol. 342. n. 1.

Quibus diebus teneatur celebrare? An obligetur

ad tres Miſſas in die Natalis Domini; quam Miſſam dicat, ſi ſemel tantùm celebret; & quando obligetur ad applicationem Sacrificij pro populo? fol. 344 n. 2.

Quando in diebus feſtis poßit pluries celebrare, & quomodo ſe gerat tunc in purificatione Calicis; & quibus ſupervenientibus in die feſto poßit repetere Miſſam cœptam, vel etiam alteram dicere. fol. 345, n. 3.

Quomodo ſe gerat conſecraturus Hoſtias minores. An Hoſtiæ extra Aram poſitæ ſint conſecratæ; an defectu Hoſtiæ magnæ poßit conſecrare parvam pro Miſſa; an ſit peccatum miſcere aquam calidam vino conſecrando. Hoſtiæ minores conſecratæ non debẽt miſceri cum non conſecratis, & quare? fol. 347. n. 4.

Quid tenendum, de intentione conſecrandi guttas vini intra vel extra cuppam Calicis hærentes & particulas ab Hoſtijs integris diſcontinuatas; Fragmenta an, quando, & quomodo ſumenda? fol. 348. n. 5.

An in aliquo caſu etiam à Laico non jejuno poßit ſumi Sacramentum? ibid: in fine.

Parochus celebrans diebus feſtis pro populo an poßit ſtipendium ab alio accipere; quid de Capellano ex onere quotidie celebrante? fol: 350. n. 6.

In quibus diebus non poſſint dici Miſſæ votivæ, vel de Requiem. Votivæ qualiter in certis caſibus dicendæ; quæ ſint probibitæ, & quæ admiſſæ? f. 351.

Populus an ſatisfaciat audiendo Miſſam extra Parochiam, in Eccleſijs Regularium, & Oratorijs privatis

vatis etiam in majoribus ſolemnitatibus absq; contemptu, & quid nomine contemptûs intelligatur? fol. 352. n. 7.

Parochus quando poßit ſine aliquibus requiſitis celebrare, & quæ ſint illa. fol. 353. n. 8.

Quando poßit relinquere Sacrificium etiam peracta conſecratione; ad quid tunc teneatur; An Laico præberi poßit pars hoſtiæ à ſe conſecrata. An poſſit habere Sacrum ante auroram, & poſt meridiem; an absq; Calice non conſecrato? f. 354. n. 9.

In quibus caſibus Parochus poßit deſiſtere à Miſſa vel illam proſequi? folio 356. n. 10.

An validè conſecret Sacerdos in vino paulo antè congelato, & in hoc caſu quomodo ſe gerat? 357. n. 11.

Vide Synodū Pragenſem in hoc opuſculo. f. 358.

Miſſæ Defunctorum ſeu de Requiem.

Legatur totus textus, habet enim plura notatu digna, & Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. à fol. 359. uſq; 362.

Miſsarum Reductio.

Quare ponatur hic titulus Parochis non competens? fol: 362.

Variæ declarationes S. Congr: Concilij quæ partim derogant ipſi Concilio & partim Synodo Pragenſi, quas omnino vide. fol: 363. n. 1. uſq; ad fin. *Ubi declaratur quid Capellæ appellatione veniat.*

O.

Oblationes.

Quid Oblationum appellatione veniat. Cui obveni-

ad tres Miſſas in die Natalis Domini; quam Miſſam dicat, ſi ſemel tantùm celebret; & quando obligetur ad applicationem Sacrificij pro populo? fol. 344 n. 2.

Quando in diebus feſtis poſsit pluries celebrare, & quomodo ſe gerat tunc in purificatione Calicis; & quibus ſupervenientibus in die feſto poſsit repetere Miſſam cœptam, vel etiam alteram dicere. fol. 345, n. 3.

Quomodo ſe gerat conſecraturus Hoſtias *minores. An Hoſtiæ extra Aram poſitæ ſint conſecratæ; an defectu* Hoſtiæ *magnæ poſsit conſecrare parvam pro Miſſa; an ſit peccatum miſcere aquam calidam vino conſecrando.* Hoſtiæ *minores conſecratæ non debēt miſceri cum non conſecratis, & quare?* fol. 347. n. 4.

Quid tenendum, de intentione conſecrandi guttas vini intra vel extra cuppam Calicis hærentes & particulas ab Hoſtijs *integris diſcontinuatas; Fragmenta an, quando, & quomodo ſumenda?* fol. 348. n. 5.

An in aliquo caſu etiam à Laico non jejuno poſsit ſumi Sacramentum? ibid: in fine.

Parochus celebrans diebus feſtis pro populo an poſsit ſtipendium ab alio accipere; quid de Capellano ex onere quotidie celebrante? fol: 350. n. 6.

In quibus diebus non poſſint dici Miſſæ votivæ, vel de Requiem. Votivæ qualiter in certis caſibus dicendæ; quæ ſint prohibitæ, & quæ admiſſæ? f. 351.

Populus an ſatisfaciat audiendo Miſſam extra Parochiam, in Eccleſijs Regularium, & Oratorijs privatis

vatis etiam in majoribus ſolemnitatibus absq; contemptu, & quid nomine contemptûs intelligatur? fol. 352. n. 7.
Parochus quando poßit ſine aliquibus requiſitis celebrare, & quæ ſint illa. fol. 353. n. 8.
Quando poßit relinquere Sacrificium etiam peracta conſecratione; ad quid tunc teneatur; An Laico præberi poßit pars hoſtiæ à ſe conſecrata. An poſſit habere Sacrum ante auroram, & poſt meridiem; an absq; Calice non conſecrato? f. 354. n. 9.
In quibus caſibus Parochus poßit deſiſtere à Miſſa vel illam proſequi? folio 356. n. 10.
An validè conſecret Sacerdos in vino paulo antè congelato, & in hoc caſu quomodo ſe gerat? 357. n. 11.
Vide Synodũ Pragenſem in hoc opuſculo. f. 358.

Miſſæ Defunctorum ſeu de Requiem.

Legatur totus textus, habet enim plura notatu digna, & Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. à fol. 359. uſq; 362.

Miſsarum Reductio.

Quare ponatur hic titulus Parochis non competens? fol: 362.
Variæ declarationes S. Congr: Concilij quæ partim derogant ipſi Concilio & partim Synodo Pragenſi, quas omnino vide. fol: 363. n. 1. uſq; ad fin.
Ubi declaratur quid Capellæ appellatione veniat.

O.

Oblationes.

Quid Oblationum appellatione veniat. Cui obveniant

aut & quando? Debentur in q̄uatuor caſibus; Ut Laici poßint compelli ad conſvetudinem introductam tria requiruntur. fol: 369. n. 1.

Oblationes factæ alicui Capellæ in Eccleſia exiſtenti, Altari, Cepellæ vel Oratorio, Imagini depictæ in pariete domûs. Item factæ in anno Sancto, aut tempore Jubilei in Eccleſia Cathedrali. Celebranti in Eccleſia, In Miſſa de ſponſa, Sacris Imaginibus cui obvenient? fol: 371. n. 2.

P.

Parochus.

Quas qualitates debeat habere Parochus. fol: 374. n. 1. *Quando debeat ſubire munera ſua per ſe, aut per ſubſtitutos?* n. 2.

Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo. fol: 377. & 379.

Parochus Matrimonij proprius.

Quis dicatur talis? quando quis Parochianus efficiatur? probatur exemplo. An Parochus originis poſſit aſſiſtere matrimonio; ſequuntur diverſi caſus. fol. 380. n. 1.

An Parochus ruralis ſit proprius Parochus in hac materia; Quid ſi quis habitaverit in confinio duarum Eccleſiarum Parochialium; Quid, quando ſponſi ſunt ex diverſis Parochijs; An Parochi duo ſimul poſſint aſſiſtere; An ſi duo in ſolidum habeant curam animarum unus altero invito poſſit aſſiſtere; Quis ſit proprius Parochus Scholaſticorū, Profeſſorum, Mercatorum, Mercenariorum & ſimi-

ſimilium; An duo alienigenæ, Vir & Mulier validè contrahant, non habentes domicilium coram ram Parocho; An Parochus Sponſi in Parochia Sponſæ & vice verſa validè aſſiſtat, & etiam extra Parochiam. fol. 382. n. 2. uſq; 384. & 385.

Num Parochus aſſiſtens matrimonio ſuorum Parochianorum in aliena Diœceſi incurrat pœnam à Synodo Diœceſana latam. fol. 385. n. 2. *Ubi poſſit cõtrahere vag9, & quis ſit Paroch9 illi9?* f. 386.

Peſtis.

Ad quid teneatur Parochus tempore Peſtis; An tunc poſſit renuciare beneficio; quomodo tunc peccet? fol. 386. n. 1. *An ſatisfaciat officio, tunc temporis fugiendo ad loca ſana, & invitando populum ut ſe ſequatur.* fol: 387. *An poſſit cogi ad Reſidentiam ſub excommunicatione?* fol: 388. *Quamdiù poſſit tunc temporis abeſſe.* fol: 389.

Quare tempore peſtis dandus ſit Parocho Coadjutor ſeu Capellanus; Et an ſine tali debeat miniſtrare Sacramenta per ſeipſum. fol: 390. n. 2. *An tunc poſſit ſeipſum extra Sacrificium communicare; Quomodo deducenda cadavera infecta ad ſepulturam; An tunc Princeps Secularis poſſit prohibere Concionem; An tunc poſſint omitti denũciationes matrimoniales?* fol: 391. & 92. *An valeat teſtamentum tunc cum duobus teſtibus & Parochiali Presbytero; An tunc Parochus poſſit eſſe Notarius?* fol: 193.

Vide Synodum Pragenſem ibid.

Pen-

Penſio Alumnatica.

An Epiſcopus poſſit petere penſionem Alumnaticam & alias, & quare? fol. 385. per totum.

Præcedentia.

Quando Parochus præcedat Canonicis Collegiatæ; Quid obſervandum inter Curatos Parochialium? fol: 397. per totum.

Proceſſio.

Quando non convenit facere Proceſſionem cum Sacramento; quid in feſto Corporis Chriſti; Quid de proceſſione ſingulis ferijs quintis; quid prohibeatur Regularibus? fol: 398.

Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſc. f. 399.

Profeſſio Fidei.

Quando Parochus teneatur emittere Profeſſionem Fidei. fol. 400. *Et quinam alij; Et an poßit fieri per Procuratorem?* fol. 401.

Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſc. f. 402.

Q.

Quarta Funeralis.

Cui & de quibus debeatur in locis ubi eſt in uſu? fol. 402. per totum.

R.

Repetitio formæ Matrimonij.

Quando & ex quibus cauſis repetenda ſit? fol: 407. per totum.

Parochus quoad *Reſidentiam*.

Parochus quando reſidere teneatur, & quando non; & ubi reſidere debeat & poſſit? fol: 412. per tot.

Parochus quoad *Sacramenta in genere.*

Quid explicare debeat Parochus circa Sacramenta. fol: 416. n. 1. *Quomodo Sacramenta adminiſtret; Quæ intentio requiratur; An poſſit ſub conditione. An teneatur miniſtrare ex obligatione Juſtitiæ, & quando, & quæ?* fol: 417. & 18.

Quid poſſit prohibere Princeps ſecularis tempore peſtis; Quid Epiſcopus præcipere; quomodo ſibi provideat Parochus tali tempore; Quid ſi certò ſciat ſe occiſum iri? fol: 419. & 20.

Parochus excomunicatus occultus quomodo celebret in die feſto, & miniſtret Sacramenta; An & quomodo peccet talia agendo excomunicatus excomunicatione minori fol: 421. n. 2. *Quam licentiam poſſit dare alij Sacerdoti.* fol: 422. *An poſſit alquid accipere pro Sacramentorũ adminiſtratione; quomodo peccet & puniatur nolens miniſtrare Sacramentum?* fol: 427.

Vide Synodũ Pragenſem in hoc opuſc: fol: 434.

Parochus quoad *Sepulturam.*

Parochus an poſſit prohibere electionem ſepulturæ; quibus poſſit & non poſſit tradi Eccleſiaſtica ſepultura. fol: 426. n. 1. per tot. *Quomodo peccet & ad quid teneatur ſepeliens p̄rohibitos ſepeliri.* fol: 429. n. 2. *Quotupliciter poſſit ſumi ſepultura; Item quotupliciter poſſit dari locus ſepulturæ.* f. 430. *An poſſit aliquid accipi tanquā prætium pro Jure ſepulturæ. An poſſit vendi Capella*

pro

pro ſepultura defunctorum. Electio ſepulturæ an ſit omnibus libera, & an poſſit aliquis induci ad eligendã ſepulturam. fol: 431. uſq; ad fin. n. 2.

Defuncti non electa ſepultura ubi ſepeliendi. fol. 433. n. 1. per tot. *Quomodo perdatur Jus ſepulturæ.* fol. 435. n. 1. *An in Monaſterio aliquis ſepeliri debeat, ſi omnes Eccleſiæ eſſent interdictæ; Et an ſaga moriens in carcere non cõfeſſa crimen nec de eo convicta debeat ſepeliri in loco ſacro?* fol: 436.

Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſculo, fol. 437.

Sponſalia.

Quid ſint Sponſalia, quomodo diſtinguantur, & quæ ætas requiratur ad illa. fol: 438. *An parentes poſſint contrahere pro parvulis; & Sponſalia vera quomodo contrahantur?* fol: 439. *Proponuntur varij modi contrahendi.* fol: 440. & 41. *& cauſæ ob quas poſſunt dirimi.* f: 441. n. 2. per tot. *Quando requiratur Judicis authoritas ad illa diſſolvenda.* fol: 444. n. 3. per tot. *An poſſit fieri promiſſio ab una parte alteri merè gratuita, & ſine conditione repromiſſionis.* fol: 446. n. 4. *An Sponſalia poſſint contrahi per literas vel per Procuratorem; Et quomodo differat Procurator ad Sponſalia vel matrimoniũ contrahendum, ab illo qui deſtinatus eſt ad alios contractus ineundos.* fol: 447. *An valeant Sponſalia ſine Parocho & teſtibus.* fol: 448. *Quid ſi aliquis cum duabus Sororibus ſucceſſivè contrahat Sponſalia.* fol: 449.

T.

Teſtamentum Clericorum.

Vide Synodum Pragenſem in hoc opuſc. fol: 450.

Teſtes Matrimonij.

Qui teſtes ſufficiant ad probandum matrimonium. fol: 452. *in quantum obliget Conc: Trid.* fol: 453. *An in articulo mortis poſſit quis contrahere matrimonium ſine Parocho & teſtibus; quid de hæreticis, ubi non eſt promulgatum Concilium Trid:* fol: 455. *Quando obliget Concilium, quoad matrimonium. Quid de matrimonijs Chriſtianorum cum infidelibus?* fol. 457.

INDEX

INDEX
PRO
ADDITAMENTO EPINOMIÆ PAROCHORUM.

Abſolutio à reſervatis tempore Jubilei.

AN *poſſit regulariter dari abſolutio in Jubileo à cenſuris Papæ reſervatis etiam contentis in bulla Cœnæ, & ordinarijs locorum.* Fol. 2. n. 1. 2. 3. 6. & 8.

Dictio univerſalis in bulla (ab omnibus Cenſuris) *quomodo intelligatur.* fol 3. n. 4.

Abortus fœtus animati an ſit Epiſcopalis caſis, & quando ab illo abſolvatur. fol. n. 5.

An facultas abſolvendi tempore Jubilei includat facultatem liberandi in foro conſcientiæ ab irregularitate. fol. 5. n. 9.

An excepto mortis articulo poſſit abſolvere Confeſſarius complicem ſui criminis. fol. 6. n. 10. *an ſpe futuri Jubilei committens reſervata poſſit abſolvi.* ib. n. 11. *an à commiſſis poſt publicationem Jubilei.* ib. n. 12. *an qui vi Jubilei ſemel fuit abſolutus à reſervatis, poſſit iterùm abſolvi à novis commiſſis.* n. 13.

Quomodo Jubileum anni ſancti poſſit pluries in eodem anno obtineri, & Jubileum extraordinarium bis. fol 7. n. 14.

An peregrinus impeditus legitimè ne ad urbem perveniat, lucretur Jubileum & an poſſit abſolvi à quolibet Sacerdote & ab eodem alia beneficia obtinere. ibid. n. 15. & 16.

Quid poſſit Confeſſarius circa mutationem pœnitentiæ ab alio datam. fol.8. n.17. 18. 19.20.21.

An pœnitens oblitus pœnitentiæ teneatur iterum confiteri. fol.9.n.22.

An pœnitentia debeat neceſſario impleri. ib.n.23.

An poſſit abſolvi à reſervatis &c. ſi opera non inchoaverit. ib. n. 24.

Abſolutus à reſervatis culpabiliter non lucrans Jubileum an reincidat. fol.10.n 25.

An Judex in foro exteriori & Confeſſarius in Jubileo licitè & validè abſolvat ab excommunicatione. cum ſolo propoſito ſatisfaciendi, non obſtante clauſula: ſatisfactâ parte. ib. n.26. *an abſolutas reincidat ob impotentiam.* fol.11. n.27. *an exigendum juramentum in abſolutione privata ab excom̃unicatis de parendo mandatis Eccleſiæ.* n.28. *an abſolvens poſſit omittere ſolemnitates Juris ſervari ſolitas in foro exteriori* ibid.n.29.

De Commutatione votorum.

An diſpenſatio & commutatio in utroque Jubileo concedatur, & utraque quid ſit. fol.11. n.29. 30.31.32.33.

Vi Jubilei vel privilegij quæ vota poſſint commutari. fol.13.n.24. uſque 47.

Votum caſtitatis ab altero vel utroque conjuge ante vel poſt matrimonij conſummationem editum, an ſit commutabile. fol.17.n.48.

An

Votum non ludendi an poſſit commutari vel diſpenſari. ibid. n. 49.
Traduntur ſeptem regulæ in commutatione votorum aut Juramenti obſervandæ tempore Jubilei. ibid. & ſeqq.
Votum non committendi aliquod peccatum quomodo poſſit commutari. Item quomodo votum ultramarinum pueri. Item votum Religionis non abſolutum. Item votum non nubendi. Item votum aſſumendi Sacerdotium; Item votum jejunandi omnibus diebus ferijs ſextis. fol. 21. & ſeq.
Ad quid teneatur delegatus tantùm ad vota commutanda. fol. 22. n. 50.

De Electione Confeſſarij tēpore Jubilei.

Quæ facultas concedatur pœnitentibus in Jubileo extraordinarij circa electionem Confeſſarij. f. 22.
Quæ conditio requiratur in Confeſſario in Jubileo, qui cenſeantur ſufficienter approbati. fol, 23. n. 51. 52. 53. & 54.
Quid intelligatur nomine Epiſcopi, an ſolùm Epiſcopus conſecratus habens oves, an Vicarius Generalis Epiſcopi, an Vicarius foraneus; an Capitulum ſede vacante; an Abbas magnus & Prælatus non Epiſcopus & an Prælati Regularium. fol. 24. n. 55. & 56.
Quid intelligatur nomine habentis Parochiale beneficium. fol. n. 57.
An Parochus aliquo caſu poſſit dare facultatem audiendi confeſſiones ſacerdoti non approbato. An ſufficiat approbatio tacita ex ratihabitatione de præte-

Digitized by Google

præterito vel præſenti; An ſufficiat de futuro. fol. 24. n. 58. 59. & 60.

An Sacerdos non approbatus invalidè abſolvat, & quid de pœnitente ob bonam fidem & communem errorem; quid ſi deeſſet in Jubileo iſta clauſula ſola: Ex approbatis. fol. 27. n. 61. & 62.

Quæ approbatio ſufficiat juxta formam Tridentini. fol. 28. n. 63. 64. 65. & 66.

Vtrum R*egulares abſque licentia ſuorum Prælatorum eligant ſibi confeſſarium quemcúnque tempore Jubilei extra religionem, & an Moniales.* fol. 39. n. 6. & 69.

Quid poſſit facere tempore Jubilei Confeſſarius non electus; An electo uno poſſit alius eligi; An ſit neceſſe ut idem Confeſſarius abſolvat pœnitentem & commutet opera vel vota. fol. 30. n. 69. 70. & 71.

Sacerdos ſecularis ſemel approbatus & injuſtè reprobatus an poſſit eligi in Confeſſarium tempore Jubilei; quid de regularibus in articulo mortis & extra abſque licentia ſui Pralnti. f. 30. n. 72.

Quæ opera ſint præſtauda tempore Jubilei. fol. 31. n. 72. 74. 75.

An Civis peregrinationis cauſa lucretur Jubileum præſtans opera in diverſis locis: Navigantes & iter agentes quando lucrentur, & an, qui ſua culpa in Diœceſi non eſt lucratus, poſſii ſe ad aliam transferre & lucrari. f. 33. n. 76. 77. & 78.

An faciens opera præſcripta partim in prima, & partim in ſecunda hebdomada lucretur; An legitimè impeditus conſequatur poſt elapſas duas hebdo-

hebdomadas; Et quid de iter agente ob grave negotium non differendum. ib. n. 79. & fol. 34. n. 80. 81. & 82.

De commutatione operum.

Quibus perſonis poſſint commutari opera à Confeſſario electo; An tranſacta feria quarta in qua incipit jejunium; Commutatio ad quæ ſe extendat; & qualia opera non poſſint commutari. fol. 35. n. 83. 84. 85. 86. 87. 88.

Quando obliget opus in quod commutatur jejunium; quæ ſint opera pia in quæ fieri poteſt commutatio. fol. 37. n. 89. 90.

Quid de omittente opera præſcripta; quid de omittente partem injuncti operis, quid de omittente minimam partem. ib. n. 92. & fol. 38. n. 93. 94.

An opera pro Jubileo præſcripta poſſint anticipari vel poſtponi; An perſonaliter impleri debeant, & an ſufficienter ſatisfiat per opera aliàs debita ex præcepto naturali, vel Eccleſiaſtico, vel voto. fol. 29. n. 98. uſque ad finem.

De Viſitatione Eccleſiarum.

Quot, quoties & quando viſitandæ ſint Eccleſiæ deputatæ; Quid ſi ordinarius deputaret plures Eccleſias quàm in Vrbe à Papa; & quid ſi pauciores aſſignaret. fol. 41. n. 102. 103. & 104.

An ſit ſatis viſitare die dominico facta publicatione; & an ſufficiat viſitare eas die dominica terminante primam vel ſecundam hebdomodam ante Communionem, vel immediatè poſt, vel ſaltem ante occaſum ſolis; Et quid ſi quis differat

quaſi ad mediam noctem præcedentem feriam ſecundam præſertim ſecundæ hebdomadæ. fol. 42. n. 105. 106. 107.

An Clerici & Regulares utriúſque ſexûs ſatisfaciant viſitando propriam Eccleſiam deputatam; quid ſi non eſſet deputata; quid ſi illis negetur licentia juſtè & injuſtè, & exeant ſine licentia; & quid de perpetuam clauſuram obſervantibus. fol. 42. n. 108. uſque ad finem.

De Oratione facienda.

Quid ſi non exprimeretur in bulla faciendam eſſe orationem; qua intentione facienda ſit oratio; an ſufficiat alibi orare, & non in Eccleſia; qualis deceat eſſe oratio, an ſufficiat minima, & an conſulenda ſit prolixa. fol. 43. n. 110. uſque ad finem.

De Jejunio neceſſario.

An jejunium pro lucro Jubilei ſit de præcepto; an non jejunans feria quarta ſi jejunet feria quinta ſatisfaciat; quid ſi extra refectionem bibat vinum, &c. fol. 45. à n. 115. uſque 124.

An juvenes & ſenes teneantur jejunare pro lucro Jubilei; quinam excuſentur à tali jejunio. fol. 47. n. 125. 26. 27.

Collatio ſerotina quomodo debeat regulari circa ciborum qualitatem fol. 48. n. 128. 29. *& quid hodie practicetur.* ib. & fol. 49.

Collatio ſerotina quoad quantitatem qualis poſſit eſſe fol. 50. n. 130.

Collatio

Digitized by Google

Collatio ſerotina Curiæ Romanæ an improbetur; & quæ poſſit eſſe in Vigilia Nativitatis. fol. 51.

De Confeſſione.

An actualis Confeſſio requiratur ad lucrandam Indulgentiam, aut ſufficiat ſola contritio & an confeſſio non integra, aut informis, & an generaliter ſit confitendum. fol. 52. n. 131. uſque ad finem.

De Communione.

Quotupliciter ſumi poſſit corpus Chriſti, An ſufficiat ſpiritualis communio ad lucrandum Jubileum; an ignoranter facta in peccato mortali bona fide; An ſcienter facta in mortali; an etiam in peccato veniali. fol. 56. & 57. n. 141. uſque 144.

Quo die poſſit fieri Communio; An ſufficiat qui in prima hebdomada jejunavit, ſi in ſecunda communicat; an etiam qui præſtitit opera in ſecunda hebdomada & communicat in tertia? fol. 58. n. 144. uſque ad finem.

De Eleemoſyna eroganda.

An ſufficiat Eeleemoſyna ſpiritualis; qualiter pauperes faciant eleemoſynam; qualiter Religioſi, etiam Novitij non habentes proprium; qualiter Religioſi habentes bona. fol. 59. à n. 147. uſq; 152.

Quoties facienda eleemoſyna, & cui, & quanta. fol. 51. n. 152. uſque ad finem.

DIS-

DISCEPTATIO.

De Suſpenſione Indulgentiarum, & aliarum facultatum in Anno Jubilei fieri ſolita.

QUomodo conveniant Bullæ Sixti IV. Gregorij XIII. Clementis VIII. & Urbani VIII. ſuſpenſivæ Indulgentiarum & aliarum facultatum in Anno Sancto fol. 63. *quomodo differant.* fol. 64.

An intelligantur ſuſpenſæ Indulgentiæ Altaris privilegiati, & aliæ pro defunctis. fol. 65. *An conceſſæ non tàm univerſitatibus; ſed etiam perſonis ſingularibus?* fol. 66. *An Indulgentiæ quoad omnes vivos, etiam morientes?* fol. 67. *An Indulgentiæ bullæ Cruciatæ ſaltem plenariæ.* fol. 70. *An Indulgentiæ plenariæ Eccleſiarum urbis? An Sanctæ Mariæ Lauretanæ?* fol. 71. *An Indulgentia plenaria perpetua Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum?* fol. 72. *An Indulgentiæ unius anni in Dedicatione Eccleſiæ, & quadraginta dierum in Anniverſario, aut aliàs dari ſolitæ à Patriarchis primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis in ſuis Diœceſibus è An hæc ſuſpenſio duret etiam elapſo anno ſancto?* f. 73. *Quam pœnam incurrant publicantes publicè vel privatim alias indulgentias? Quænam facultas & Indulta intelligantur ſuſpenſa?*

fol. 74.

ADDITAMENTUM EPINOMIÆ PAROCHORUM

P. DON FERDINANDI HAUCKII

Ex Clericis Regularibus S. PAULI Barnabitæ de Privilegijs Jubilei, & ſuſpenſione Indulgentiarum in Anno Sancto.

Ad imitationem Tractatus de Triplici Jubileo A. R. P. DON IOANNIS ANGELI BOSSII, &c. Præpoſiti Generalis Congregationis Clericorum Regularium S. PAULI, Barnabitarum.

ADDITAMENTUM
AD
Epinomiam Parochorum
D. FERDINANDI HAUCKII.
DE
IUBILEA
FACULTATE
Abſolvendi à reſervatis.

I. ABſolvi poſſunt regulariter Fideles vi Jubilei à culpis & cenſuris Papæ reſervatis, etiam contentis in bullâ Cœnæ, & Ordinarijs locorum, quia ſolet concedi ab Illo talis facultas per bullam: Aliquando tamen excipiuntur ij, qui ligati ſunt cenſurâ aliquâ à Judice, vel ut tales declarati, aut denunciati, niſi ſatisfecerint, vel cum parte concordaverint; quandóque etiam hæretici, vel ſchiſmatici ſpecialiter denunciati.

2. Si Papa concedat per Jubileum vel privile-

vilegium facultatem abſolvendi à caſibus ſibi reſervatis, cenſetur etiam concedere facultatem abſolvendi à cenſuris papalibus; quia nullus caſus eſt reſervatus Papæ abſque cenſurâ propter quam tantùm reſervatur peccatum, & ipsâ ablatâ, ceſſat quoque ejuſdem reſervatio. *Cajet. in ſum. V. Caſus.* Nec ſunt audiendi aliter ſentientes.

3. Conceſsâ facultate generali abſolvendi à cenſuris papalibus, cenſetur etiam data facultas circa caſus & cenſuras Epiſcopales, tam ab homine, quàm à Jure ipſis reſervatas. *Zerol. in prax. Epiſc. p. 1. V. Abſolutio §. 6. & in prax. pœn. c. 15. q. 19.* quia hoc eſt de conſuetudine, ex Imola in c. frequentibus de inſtit. & quia finis Jubilei eſt diſponere pœnitentes ad indulgentiam mediâ abſolutione, ad quam neceſſaria eſt talis extenſio ad caſus & cenſuras Epiſcopales, quam ſe velle facere ſatis oſtendit per illam generalem facultatem in favorem animarum, quæ ab Ordinario non poteſt reſtringi, licet non eſſent expreſſæ in bulla.

4. Dictio univerſalis in bullâ (Ab omnibus cenſuris) ita omnes, tam Papæ, quàm Ordinarijs reſervatas cenſuras amplectitur, ut nullam excludat, aliàs enim privilegiũ illud redderetur inutile, cùm quilibet Confeſſarius poſſit à non reſervatis abſolvere. Additur autem in bullis illa particula (*etiam reſervatis*) majoris claritatis gratiâ, prout illa verba (*Si intra tempus Jubi-*

 lei

lei ſatisfecerint, vel cum partibus concordaverint) quia intentio Papæ eſt, ut omnes Jubileum conſequantur, tum quia dicta generalis facultas ſe extendit ad omnes, etiam ad excommunicatos, ſuſpenſos, & interdictos nominatim, & publicè denunciatos. *Navarr. in man. c. 27. num. 278.*

5. Abortus fœtûs animati nunc eſt caſus Epiſcopalis, à quo poteſt abſolvere quilibet Confeſſarius approbatus ab Epiſcopo virtute Jubilei, & extra Jubileum, ſi ad id ab Epiſcopo ſpecialiter eſſet deputatus, & non habet amplius annexam excommunicationem Sedi Apoſtolicæ reſervatam. *Greg. XIV. in bulla, incipit Sedes Apoſtolica.*

6. Si in ſpecie caſus bullæ Cœnæ in Jubileo vel privilegio exprimuntur per clauſulam (etiam à caſibus bullæ Cœnæ) poteſt Confeſſarius ab illis abſolvere ex intentione Papæ, & ſpeciali modo conceſſionis caſuum illorum. *Graff. l. 4. c. 18. n. 2.*

Etiamſi caſus Hæreſis, qui eſt contentus in bullâ Cœnæ, non ſit ſpecialiter expreſſus, conceſſis caſibus bullæ Cœnæ, poſſunt tamen abſolvi hæretici pœnitentes & jam emendati. *Sot. in 4. diſt. 22. q. 2. concl. 5. caſ. 1.* Primò, quia in favorabilibus veniunt ea, ſub clauſulâ generali, quæ ſpecialem habent rationem. Secundò, quia in Jubileis tolluntur ampliſſimè omnes reſervationes vel Corporis Juris, vel bullarum,

vel

vel extravagantium, vel bullæ Cœnæ. Tertiò, quia interdum excipitur hæreſis; ergo quando non excipitur, cenſetur conceſſa. Quartò, quia omnes ex fine Jubilei deberent conſequi illud. Ita fuit reſponſum à S. Pœnitentiariâ, & eſt praxis. *Filliuc. 1. par. tract. 8. c. 10. n. 265.* Cautè tamen ſe gerat Confeſſarius circa abſolutionem à caſibus Bullæ, præſertim ab hæreſi. Et quod dictum eſt de hæreticis, idem dicendum eſt de Apoſtatis à fide, vel in totum, vel in partem; eſt enim eadem ratio de utriſque.

8. Si crimen hæreſis in Jubileo excipitur limitatè, putà dicendo (*Non tamen hæreticos declaratos & nominatos abſolvere valeant*) certum eſt poſſe quem abſolvi ab hæreſi occultâ; Si verò excipitur abſolutè, nimirum (*Non tamen à crimine hæreſis*) tunc quoque poteſt abſolvi hæreticus verè pœnitens & occultus, ſigno tamen externo manifeſtatus; quia non videtur velle Papam in Jubileo excludere crimen quod ipſis Epiſcopis permittitur *in Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de Reform.* præſertim cùm in generali facultate abſolvendi à reſervatis Papæ, & à caſibus bullæ comprehendantur etiam caſus Epiſcopales.

9. Facultas ampla abſolvendi ab omnibus caſibus & cenſuris Papæ reſervatis etiam in bullâ Cœnæ contentis, non includit facultatem liberandi in foro conſcientiæ ab Irregularitate propter delictum ſeu culpam contractam. Eſt

communis, & in praxi ſervanda. *Navarr. in ſum. c. 27. n. 194. 250. & alibi.*

10. Nullus Confeſſarius (excepto mortis articulo) deberet abſolvere ſocium criminis ab illa culpâ mortali, cujus ipſe particeps fuit. *S. Thom. in addit. ad 3. p. q. 20. art. 2. ad 1.* tum ad evitandum periculum novi peccati; tum quia adeſt minor erubeſcentia; ſemoto tamen ſcandalo & periculo, confeſſio foret valida, & nullum peccatum, ſaltem mortale, ſi pœnitens ſit debitè diſpoſitus. quia concurrunt eſſentialia Sacramenti.

11. Qui ſpe futuri Jubilei commiſit reſervata, ſi pœniteat, poteſt abſolvi, & lucrari Indulgentiam. *Sylv. V. Indul. n. 28.* Si enim privilegium eſt generale & abſolutum, comprehendit omnes peccatores ſive cum illâ ſpe, ſive ſine illâ. Secùs ſi excipit peccantem cum illâ ſpe.

12. Qui reſervata commiſit poſt Jubilei conceſſionem & publicationem, poteſt abſolvi. Eſt Comm. & certa. Ita *Navarrus* loquens de Jubileo anni ſancti. *l. 5. conſ. 10. de priv. n. 2. & de Jub. not. 34. n. 4.* Et *Zerola de Jub. Extraord. de Jubil. lib. 1. c. 16. q. 21.* Nam Jubileo illa facultas conceditur abſolutè abſque diſtinctione inter commiſſa ante vel poſt conceſſionem, quare non eſt reſtringenda.

13. Ante Jubilei conſecutionem, ſeu ante Executionem omnium operum, intra tamen tem-

tempus ejuſdem Jubilei, poteſt quis abſolvi, qui vi Jubilei jam ſemel fuit abſolutus à reſervatis, ſi iterum alia reſervata commiſerit, & etiam poſſunt eidem commutari vota, ſi iterum alia emiſerit. *Henriquez lib. 6. cap. 16. §. 1.*

14. Jubileum Anni Sancti pluries in eodem anno, repetitis viſitationibus; Et Jubileum extraordinarium bis in duabus hebdomadibus, repetitis operibus, poteſt obtineri; & bis, aut pluries peccans, toties poteſt abſolvi à reſervatis, & obtinere commutationem votorum, tametſi reſervata & vota fuerint poſt obtentum Jubileum facta, repetitis tamen operibus. Eſt Communis. *Henriquez teſtatur de praxi lib. 6. cap. 16. num. 3. in gloſſ. lit.* M.

15. Peregrinus verè pœnitens & confeſſus, qui poſt inchoatum iter Romam verſus, anno ſancto legitimè impeditur, ne ad urbem perveniat, lucratur Jubileum anni ſancti, & fruitur ejus privilegijs. *Gloſſ. in extrav. antiq. col. 8. verſ.* Sed quæro. Et ſufficit feciſſe unum vel duos paſſus cum intentione pergendi Romam Jubilei lucrandi causâ, quia tunc videtur inchoatum opus.

16. Certum eſt etiam, ut ſervatur in praxi, dictum peregrinum poſſe à quolibet Confeſſario, vel ſi ſit in articulo mortis, etiam à ſimplici Sacerdote abſolvi à Papæ reſervatis, etiam in bullâ Cœnæ, & ab hæreſi occultâ, & item diſpenſari ſuper votis reſervatis, vel ea commutari,

tari, exceptis votis Religionis & Caſtitatis perpetuæ; quæ abſolutio, & communtatio, ſeu diſpenſatio, erit legitima & valida, & ſublato impedimento, ille non tenebitur ampliùs ſe repræſentare. *Sà. Ita præd.Gloſſ.*

17. Vi Jubilei non poteſt relaxari, vel commutari ab Inferiore pœnitentia ſolemnis, & publicè in foro exteriori à Superiore impoſita ad ſatisfaciendum Eccleſiæ, & exemplum aliorum. *N. Homobon. 1.par. exam. tr.5. q.94. & tr. 7. q. 75.*

18. Confeſſarius poteſt pœnitentiam Sacramentalem à ſe injunctam mutare, minuere, vel relaxare. *Sot. 1. diſt. 20. q. 2. art. 3.* Præter rationes, ſic habet uſus; Et ſuperior ab inferiore impoſita. Eſt communiſſima opinio.

19. Æqualis poteſt injunctam ab æquali mutare, &c. ex juſtà causâ. *Ang. V. Confeſſio 6. n. 4.* Et ſic habet praxis; Et quia inter æquales eſt eadem poteſtas in omnibus; Et confeſſio eorundem peccatorum eſt iterabilis, potéſtque ſecundus Confeſſarius, aliam pœnitentiam ſibi benè viſam, etiam mitiorem injungere. Tum quia ſecundus Confeſſarius non exercet imperium in primum; ſed in conſcientiam pœnitentis.

20. Confeſſarius inferior poteſt mutare & moderari pœnitentiam juſtè impoſitam à ſuperiore pro non reſervatis. *Ang. ubi ſuprà.* quia in hoc tribunali omnes Confeſſarij in non reſervatis,

vatis, ſunt ſupremi Judices, & æquales Papæ, vices Chriſti im̃ediatè gerentes; Et quia aliquando ſic expedit niſi ſuperior expreſsè ſibi reſervaſſet pœnitentiæ mutationem, vel moderamen; Et conſultiùs eſt remittere pœnitentẽ qui pœnitentiã impoſuit, ſi ad eum ſit facilis aditus.

21. Pro mutatione pœnitentiæ ſufficit explicare illam, & cauſam petendi mutationem abſque iteratâ confeſſione apud âlium Confeſſarium. *Valer. V. Judex diff. 13. n. 8.* Quia pœnitentiæ mutatio non habet connexionem cum peccatis jam ritè confeſſis.

22. Pœnitens oblitus pœnitentiæ injunctæ, non tenetur iterum confiteri, etiamſi culpabiliter ſit oblitus, ſed remanet liber ab obligatione pœnitentiæ. Eſt communis. *Suar. de pœn. d. 22. ſec. 8. n. 5.* quia nullus tenetur iterum confiteri peccata ritè confeſſa, ſed tantùm perſolvere pœnitentiam, quam ſi oblitus eſt, ceſſat obligatio; uti ceſſat, quando pœnitens efficitur impotens ad eam implendam, nam per oblivionem fit impotens.

12. Pœnitentia quæ conſiſtit in reſtitutione famæ, bonorum, &c. (*& item medicinalis & præſervativa ex Suarez*) debet neceſſariò acceptari animo illam adimplendi, ſecùs non acquiritur Jubileum. *Botton. l. 1. c. 266.*

14. Abſolvi poteſt quis tempore Jubilei à reſervatis, & ejus vota commutari, ſi habeat efficax propoſitum præſtandi opera, & lucrandi

Jubileum, licet ipſa opera non inchoaverit. *Suar. tom. 2. de Relig. l. 6. de voto. c. 16. n. 6.*

25. Abſolutus à culpis & cenſuris reſervatis, non reincidit in eaſdem, etiamſi poſteà voluntariè & culpabiliter non lucretur Jubileum. *Nav miſc. de or. 19. & in man. c. 16. n. 13.* quia licet abſolutio fuerit data in ordine ad Jubileum, non tamen fuit dependens à futurâ conſecutione. Neque poteſt dari abſolutio ad reincidentiam, niſi in facultate abſolvendi id exprimatur, quod regulariter non fit in Jubileo. Et ſi exprimatur, non reincid... , niſi quoad forum exterius.

26. Judex in foro exteriori, & Confeſſarius delegatus vi Jubilei, vel alterius facultatis, licitè & validè abſolvit pœnitentem ab Excommunicatione cum ſolo propoſito ſatisfaciendi, etiamſi facultas contineat clauſulam (*ſatisfactâ parte*) *Medin. lib. 2. inſtr. Confeſſ. c. 12.* quia hæc clauſula non inducit aliquam formam quoad forum interius; ſed tantùm admonitionem ſatisfactionis datâ poſſibilitate. Et præſumendum eſt Papam velle tantùm illam ſatisfactionem, quam excommunicatus præſtare poteſt, ita ut ſi non poſſit realem, det cautionem, vel pignoratitiam, vel fidejuſſoriam, vel juratoriam, vel habeat firmum propoſitum ſatisfaciendi quamprimùm poterit; Cùm mens Papæ ſit, ut omnes lucrentur Jubileum, non verò excludantur impotentes, & parati obedire Eccle-

ſiæ,

ſiæ; Et ſi in foro exteriori non negatur abſolutio impotenti, probatâ impotentiâ, multò magis in foro interiori, in quo non fit præjudicium parti, aut Judici.

27. Abſolutus à cenſurâ in foro interiori vi Jubilei, vel alterius bullæ cum ſolâ promiſſione, ob impotentiam non reincidit, quamdiu ille manet impotens, neque ſi, habitâ commoditate, negligat ſatisfacere. *Henriquez l. 13. c. 28. litt. R.* Quia cenſura ad reincidentiam non incurritur, niſi ſit in Jure, aut delegatione expreſſa. Quoad forum tamen exterius, eſſet habendus tanquam excommunicatus. *Sà. V. Abſolutio n. 17.* Neque præjudicatur tertio, qui ſemper in dicto foro poteſt convenire debitorem. Neque debitor fit ſegnior, cùm non evitetur culpa mortalis, licet evitetur cenſura.

28. In abſolutione privatâ, quæ datur in foro pœnitentiæ vi Jubilei, vel alterius privilegij, non eſt neceſſe exigere ab excommunicatis juramentum de parendo mandatis Eccleſiæ, ſed ſufficit firmum propoſitum obediendi, & non patrandi ampliùs illud crimen. *Valer. V. Abſolutio diff. 6. n. 3.* & ita habet praxis.

29. Abſolvens in foro conſcientiæ vi Jubilei ab excommunicatione, poteſt omittere ſolemnitates Juris ſervari ſolitas in foro exteriori. Et ſufficiunt verba. *Abſolvo te ab excommunicatione,* vel æquipollentiâ. *Sylv. V. Abſolutio.*

In Jubileo Anni Sancti conceditur facultas diſpen-

diſpenſandi & commutandi. At in extraordinario ſola facultas commutandi vota.

Diſpenſatio voti, eſt relaxatio vinculi voti ex juſtâ causâ auctoritate ſuperioris Eccleſiaſtici, vel ejus vicemgerentis. *Ita communis*.

Commutatio, eſt ſubrogatio operis honeſti loco alterius per votum promiſſi eodem vinculo manente; Et eſt triplex, In melius, In æquale, In minus. Ad commutationem in minus requiritur ſaltem auctoritas ſuperioris Eccleſiaſtici, vel ejus vicemgerentis.

30. Igitur per diſpenſationem tollitur vinculum, per commutationem obligatio ab unâ materiâ transfertur in aliam; Et ſic cui peregrinatio commutata eſt in jejunium, tenetur hoc adimplere ex vi voti, & eſt ſacrilegus, ſi omittiat. *Sanchez l. 4. ſum. c. 55. n. 2.*

31. Licet quilibet Sacerdos in articulo mortis poſſit abſolvere à peccatis & cenſuris, *ex Trid. ſeſſ.* 14. quia eſt neceſſariū ad ſalutem, non tamen commutare, aut diſpenſare ſuper votis. quod non eſt neceſſe. *Nav. 1. c. n. 29.*

32. Parochi & alij ſimplices Confeſſarij ſeculares, vi Jubilei regulariter poſſunt tantùm commutare vota, non verò diſpenſare. Regulares verò ferè omnes, vi ſuorum privilegiorum habent facultatem, & commutandi vota non reſervata, & in eis diſpenſandi. *Azor. 1. p. l. 21. c 19. q. 20.*

33. Facultas commutandi vota in Jubileis, & item

& item diſpenſandi in Anno Sancto conceſſa, extenditur ad omnia vota, etiam Papæ reſervata (qualia ſunt: Vota peregrinationis in Hieruſalem, ad S. Jacobum Compoſtellam, & ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli,) Hodie excipiuntur Vota Caſtitatis perpetuæ & Religionis approbatæ; Quia talis eſt praxis.

34. Confeſſarius vi Jubilei, vel alterius privilegij concedentis vota, aut etiam vota jurata, *ex Sanchez*, exceptis votis caſtitatis & Religionis, tacitis juramentis, non poteſt commutare juramenta abſoluta Caſtitatis & Religionis. *Sanchez de Matrim. l. 8. d. 13. & l. 4. ſum. c. 54.*

35. Confeſſarius vi Jubilei poteſt omnia vota, & juramenta conditionalia pœnalia Religionis & Caſtitatis ſub conditione de futuro emiſſa commutare, tam antè, quàm poſt conditionis eventum (non autem ſub conditione de præſenti vel præterito, v.g. *Voveo Religionē in pœnam peccati, quod heri admiſi.* Vel: *Nunc propono admiſſurum, ſi fuit, vel eſt mortale,*) quia, exiſtente conditione, ſunt reſervata, non exiſtente, ſunt irrita. *Sanch. l. de Matr. d. 10. n. & l. 4. ſum. cap. 40.*

36. Votum Caſtitatis, aut Religionis, de cujus valore dubium eſt, poteſt commutari. *Suar. tom. 2. de Rel. l. 6. de voto c. 26.* quia cùm reſervatio ſit odioſa, debet reſtringi tantùm ad caſus certos; ſicut etiam reſervatio caſuum reſtringitur tantùm ad certos ſecluſis dubijs.

37. Com-

37. Commutari poteſt votum vovendi Caſtitatem aut Religionem; quia votum vovendi aliquam materiam, non eſt votum illius materiæ. *Malder. de Virt. tr. 10. r. 5. dub. 10. v. 6.*

38. Votum Caſtitatis aut Religionis factum ad tempus limitatum poteſt commutari; quia non eſt ſimpliciter votum Religionis aut Caſtitatis. quod tantùm reſervatur Papæ. *Sot. l. 7. de Juſt. q. 4. ar. 3.* Niſi factum ſit cum intentione ingrediendi Religionem & probandi, num ſibi placeat, quia hoc eſt ſimpliciter votum Religionis. *Bonac. de præc. d. 4. q. 2. p. 7. §. 4. n. 18.*

39. Votum arctioris Religionis poteſt commutari, ut vovens ingrediatur laxiorem. *Sayr. l. 6. clavis. c. 11. n. 63.* quia hoc eſt tantùm commutare modum, qualitatem, & circumſtantias, ſcilicet exceſſum obligationis, manente obligatione Religionis.

40. Votum perſeverandi in Religione, ita ut vovens, ſuſcepto habitu Religionis, poſſit tempore Novitiatûs exire, ſi expertus ſit illum ſtatum ſibi non convenire, poteſt commutari; quia votum perſeverandi eſt virtute diſtinctum à voto Religionis. *Sanch. l. 8. de Matrim. n. 18. d. 9.* & colligitur ex S. Thomâ ajente, Votum Religionis obligare ad ingreſſum, ad perſeverantiam verò ſolùm, quando non adeſt juſta cauſa exeundi. Unde poteſt commutari votum moriendi in Religione, non quatenus dicit ingreſſum, ſed quatenus dicit perſeverantiam. *Navarr. conſ. 7. de voto.*

41.

41. Votum Religionis non approbatæ poteſt commutari. *Sanch. de diſp. 9. n. 13.* quia Religio non approbata à Sede Apoſtolicâ, non eſt Religio. v. g. Religio Beatarum ſeu Tertiariariarum; qnia adhuc non ſunt Religioſæ, niſi obtinuerint approbationem. Tale etiam eſt votum ingrediendi religionem Equitum militarium (excepto ordine Equitum S. Joannis Melitæ, qui eſt vera Religio approbata) At cæteri ordines militares, non ſunt propriè & ſimpliciter Religiones, ſed tantùm impropriè & ſecundum quid; quia ſic decrevit S. Congregatio Datariæ Urbis; Tum quia ſolùm promittunt caſtitatem conjugalem, nec vovent paupertatem; obedientiam autem ad certos caſus tontùm.

42. Votum paupertatis & obedientiæ poteſt commutari obſervandum vel in ſeculo, vel in Religione non approbatâ. *Sanch. d. c. 40. n 72.* quia non eſt votum Religionis.

43. Poteſt commutari votum Religionis hoc pacto conceptum: Voveo ingredi talem Religionem, v. g. Carthuſianam, ſi quam ingrediar; vel nullam aliam à Carthuſianâ, &c. quia eſt conditionale. *Sauch. l. 4. ſum. n. 49.*

44. Caſtitatis limitatæ votum poteſt commutari. v. g. Caſtitatis Conjugalis, non petendi debitum, non fornicandi, non commitendi mollitiem, aut aliud luxuriæ peccatum. *Navar. c. 12. man. num. 76.* quia ſunt tantùm vota caſti-

caſtitatis ſecundùm quid, ſcilicet partialis, & ideò non reſervata. Non debent tamen commutari, niſi ratione periculi majoris peccati.

45. Votum aut Juramentum non nubendi ex devotione emiſſum poteſt commutari, ob allatam rationem. *Sot. in 4. d. 28. q.2.ar.2.* Et talis vovens, ſi fornicetur, non eſt ſacrilegus; neq; ſi poſt contractum matrimonium, petat aut reddat debitum. Non poteſt tamen commutari factum in favorem tertij id petentis & acceptantis, illo non conſentiente. *Sanch. d.d.9. &c. 40.* idque ratione Juris acquiſiti illi tertio, per cujus ſolam remiſſionem ceſſabit votum, ſi tantùm in favorem tertij, & nullo modo causâ devotionis ſit factum.

46. Votum Virginitatis cum formali intentione ſe obligandi tantùm ad cavendum primum libidinis actum, ſeu deflorationem, eſt commutabile vi Jubilei; ſecùs verò, abſque illâ formali intentione; quia erit reſervatum Papæ. *Roder. p. 2. ſum. c. 98.* Cùm tale votum abſolutè emiſſum denotet perpetuitatem, & quia conſiſtit in negatione venereæ voluptatis, quæ negatio ad ſemper obligat.

47. Plura vota, quæ unita inducunt obligationem ad perpetuam caſtitatem, quando ſeorſum & diſtinctis vicibus ſunt emiſſa, poſſunt commutari. v.g. Votum non nubendi, non fornicandi, & non committendi alia peccata venerea, cùm ſit caſtitatis limitatè, niſi ultimum

mum fuerit emiſſum cum formali intentione obligandi ſe ad perpetuam caſtitatem. *Sanchez. & alij.* Item votum presbyterandi vel aſſumendi ſacros ordines *Navar. in man. cap. 12. n. 17.* quia non eſt caſtitatis, licet contrahendo matrimonium contra votum, non tamen fornicando, aut petendo, aut reddendo debitum.

48. Votum caſtitatis ab altero, vel utroque conjuge ante vel poſt matrimonij conſummationem editum, eſt commutabile; ſive factum ſit cum licentiâ alterius, ſive abſque licentiâ, ſi non intervenit expreſſa renunciatio juris alterius. *Arragon. 2:2. q. 88. ar. 8.* quia non eſt votum caſtitatis ſimpliciter, ſed limitatæ, ſcilicet non petendi debitum: Si verò editum fuit ab utroque conjuge mutuo conſenſu cum reciprocâ & expreſsâ renunciatione Juris petendi debitum, non poteſt commutari. Idem, quia eſt votũ integræ caſtitatis, cùm obliget utrumque conjugem ad non petendum nec reddendum.

49. Votum non ludendi ludo venialiter vel mortaliter illicito, v. g. alearum, poteſt commutari vel diſpenſari, quo facto ludens non erit reus voti; Et legitima cauſa eſt, ſi vovens ſit valdè proclivis ad ludendum, & ex fragilitate ſæpiùs peccet contra votum.

Regulæ in commutatione Votorum aut Juramentorum tempore Jubilei obſervandæ, poſſunt eſſe ſequentes:

I. Attendendæ ſunt circumſtantiæ ad ſubrogandum majus, vel æquè, vel minus bonum, non excellentiâ virtutis; quia non ſemper gratius eſt Deo, quod excellentius eſt ex objecto, ſed quod inſpectis alijs eſt aptius voventi ad finem ſibi propoſitum. Hinc votum jejunij ad carnem macerandam, non rectè commutatur in eleëmoſynam; Neque votum eleëmoſynæ ad tollendam avaritiam in orationem; ſecùs verò votum peregrinationis ad obtinendam caſtitatem rectè commutatur in jejunium. Et rectè prædicta & ſimilia commutantur in exercitium Confeſſionis, Communionis, Orationis, & Miſſæ ſacrificium; quia illæ maximè proſunt, & hoc eſt magni valoris.

II. Examinandus eſt finis tùm Voti, tùm voventis, & juxta illius finis dignitatem, ſubroget materiam magis vel minùs dignam. Sic majorem materiam requirit votnm non ludendi, gratiâ evitandi blaſphemias & perjuria, quàm prodigam pecuniæ jacturam.

III. Materia ſubrogata non debet neceſſariò proportionari materiæ promiſſæ quoad magnitudinem, durationem aut numerum, ſed ſufficit quod ſit vel æqualis obſequij divini, vel non notabiliter minoris; quia prædicta poſſunt compenſari qualitate, & gravitate materiæ ſubrogandæ. Sic opus perpetuum poteſt commutari in temporale, & multæ preces in pauca ſacrificia, &c. Opus certâ die implendum, peregri-

grinationes etiam longinquæ in jejunia, eleëmoſynas largas, crebras confeſſiones & ſacras Communiones. Eleëmoſyna corporalis poteſt ex causâ commutari in ſpiritualem, ut in ſacrificia, preces, &c. & eleëmoſyna ob paupertatem in jejunium.

IV. Spectanda eſt voventis fragilitas, ne cum periculo non adimplendi gravetur. Sic proderit ſubrogare res, quas ipſe vovens ſolitus eſt facere, putà Roſarium dicere, Miſſam audire, Sacramenta percipere. Item relinquere libertatem differendi in alium diem, & etiam optionem diverſorum operum. Non tamen poteſt commutari votum in opera aliàs de præcepto, ſicut etiam voto non fit ſatis per opera jam ex præcepto debita. *Leſſ. l.2. c.40. dub.11. num. 87.*

V. Ubi major eſt cauſa commutandi, levior poteſt eſſe commutatio. Sic vota facta ex metu, repentinâ deliberatione, nimiâ facilitate, vel à puero. Et item quo major eſt infirmitas, debilitas, vel paupertas voventis, & mitior ſufficit commutatio.

VI. Habenda eſt ratio difficultatis implendi rem promiſſam, & materiam ſubrogatam: quia difficultas auget meritum. Hinc jejunium pauperis, ſi in eleëmoſynam commutetur, poteſt in minorem commutari, quàm divitis, & pauciora jejunia debent imponi laborantibus, cholericis, & debilibus, quàm alijs.

VII. In commutatione voti peregrinationis habenda eſt ratio laboris, itineris, & expenſarum, quas vovens in peregrinatione facturus eſſet, deductis ijs quas ille aliàs domi facere deberet; quia expenſæ itineris cenſentur per votum Deo dicatæ, non autem quæ domi manendo faciendæ eſſent.

Notandum dictas expenſas non eſſe neceſſariò commutandas in eleëmoſynas mittendas in favorem loci, in quem peregrinatio à vovente promiſſa eſt, ſed poſſunt commutari in uſum pauperum, putà in dotandas pauperes puellas & ſimiles uſus. Et idem dicendum eſt de eleëmoſynâ promiſsâ in favorem alicujus perſonæ vel loci pij. Hinc qui vovit peregrinari ad B. Virginem Lauretanam, & offerre illi decem aureos, poterit commutari, ut decem aurei dentur alicui Eccleſiæ indigenti, & expenſæ itineris, deductis deducendis, dentur pauperibus.

Si peregrinatio mendicando erat agenda, nulla ratio habenda eſt expenſarum, ſed tantùm majoris laboris & obſequij divini. Attentis igitur labore, & modo peregrinationis, ſi erat iturus pedeſtris, ultra expenſas, labor unius diei poterit commutari in jejunium unius diei, & ita duorum, trium, &c. Si non erat iturus pedeſtris, labor quatuor dierum & etiam quinq; poteſt commutari in jejunium unius diei; poteſt etiam labor itineris commutari in orationes, quia ſunt opus perſonale.

Votum

Votum non committendi aliquod peccatum, poteſt commutari in perpetuam menſtruam confeſſionem, recitationem coronæ ſemel in menſe per biennium vel triennium.

Votum ultramarinum pueri commutatur in eleëmoſynas & victum unius pauperis totâ vitâ, ſi facultates ſufficiant. Idem votum Epiſcopi mutatur, ut expenſæ eundi, manendi, & redeundi mittantur ad illum locum; labor itineris compenſetur vigilijs, orationibus & jejunijs.

Votum Religionis, inſpectis oneribus ejuſdem Religionis, v. g. SS. Dominici aut Benedicti, mutatur ut vovens confiteatur & communicet ſingulis menſibus, jejunet ſextis ferijs, eroget eleëmoſynam juxta vires, ſeptem pſalmos & alias orationes quotidie recitet, & hæc pert totam vitam. Vota tamen Religionis & Caſtitatis abſoluta, quibus nihil meliùs eſſe poteſt, non poſſunt commutari ſine aliqua diſpenſatione.

Votum non nubendi, rectè commutatur in confeſſionem menſtruam per biennium aut triennium, & in novem Sacra.

Votum aſſumendi Sacerdotium, inſpectis Sacerdotij obligationibus, poteſt commutari in quotidianam Pſalmorum pœnitentiæ, vel ſimilium recitationem, in confeſſionem & communionem bis in menſe, in celebrari faciendum Miſſæ ſacrum ſingulis menſibus, & in votum

Caſtitatis in ſtatu ſeculari, aut jejuniũ ſingulis ſextis ferijs: Meliùs tamen eſſe, ait Sanchez, petere cōmutationem à potente ſimul diſpenſare.

Votum jejunandi omnibus ferijs ſextis, commutatur in confeſſionem & communionem decimo quoque die unius anni integri, & in tria ſacra, aut recitationem coronæ, & eleēmoſynam ferijs ſextis faciendam. Hæc ex jure & Doctoribus deſumpta ſunt.

50. Demùm vi Jubilei, vel alterius privilegij tantùm delegatus ad vota commutanda, tenetur ſub mortali peccato, in votis commutandis, debitam adhibere diligentiam, ut quantùm fieri poteſt, juxta prædictas regulas, & alia in præcedentibus caſibus declarata, ſubroget materiam voto proportionatam, & non notabiliter minoris obſequij divini, ut docet *Sanch. Roder. & alij.*

De Electione Confessarii.

Facultas eligendi Confeſſarium idoneum conceditur tempore Jubilei extraordinarij pœnitentibus, qui illos ab omnibus caſibus etiam Papæ reſervatis abſolvat, ut patet ex bullâ, quia ſic tolluntur obices, ſcilicet, peccata à fidelibus ad conſequendas gratias, quas Papa intendit impetrare per Jubileum.

In Jubileo autem Anni Sancti, tàm in Extravag. quàm in bullis uſque ad Vrbanum VIII. nulla fit mentio, neque de Confeſſario eligendo, neq; de caſibus. Romæ tamen deputantur plu-

res cum facultate omnium caſuum Papalium, etiam bullæ Cœnæ Domini, exceptis duobus vel tribus.

51. Conditio Confeſſarij vi Jubilei eligendi eſt, ut ſit approbatus ab Epiſcopo; Eſſet autem verè approbatus, quem Epiſcopus verè judicaret, & approbaret idoneum, tametſi verè non eſſet. Et hac approbatione indiget pro ſecularium confeſſionibus audiendis, & ut ſit eligibilis per bullam juxta formam concilij quilibet Sacerdos, ſive ſecularis, ſive Regularis, quantumvis doctus, probus, graduatus, aut in dignitate ſine curâ animarum conſtitutus. *Barboſ. alleg. 25. num. 7. & 26.*

25 Cenſetur etiam ſufficienter approbatus is, cui Epiſcopus ſciens & volens mandat curam animarum ad tempus, vel ut audiat confeſſiones, etiam abſque examine, modò ſit idoneus. Idem Barb.

53. Item habens beneficium Parochiale abſque alia approbatione. *Trid. cap. 15.* & hoc eſt de jure etiam antiquo.

54. Iſte tamen non poteſt per totam Diœceſim, ſed tantùm ſuos ſubditos audire & abſolvere extra Jubileum, niſi aliter habeat conſuetudo recepta, vel niſi ſit ab Epiſcopo delegatus per totam Diœceſim & ubique terrarum. *Henriquez lib. 7. cap. 6. §. 7. & alij communiter.* quia ſicut approbatus ſimpliciter per examen, eſt ubique eligibilis, ita habens beneficium curatum.

tum. Deinde à Concilio æquè cenſetur idoneus, & conſequenter eligibilis: Imò Parochus erat etiam, ut dictum eſt, de jure antiquo, à quo non eſt recedendum, niſi quatenus per novum exprimitur; Qui autem renunciavit beneficio curato, vel eo privatus fuit, vel ſuſpenſus ab uſu, nullibi eſt eligibilis. *Bonac. de pœn. d. 7. q. 5. p. 4. §. 1. n. 24.* Sicut neque qui fuit aliàs approbatus, ſed modò juſtâ de causâ eſt reprobatus.

55. Nomine Epiſcopi non intelligitur per Trid. Epiſcopus conſecratus, titularis tantùm, carens ovibus ſubjectis. Neque Epiſcopus tantùm poſtulatus, ſed electus nondum confirmatus; quia hi carent actuali Jurisdictione. *Suarez d. 28. ſec. 5.*

Sed intelligitur primò. Non ſolùm Epiſcopus conſecratus habens oves, ſed etiam electus, confirmatus, nondum conſecratus. *Barboſ. de alleg. 25.* quia habet & poteſt exercere actualem jurisdictionem in ſubditos.

Secundò, Vicarius Generalis Epiſcopi habentis proprias oves, etiamſi ab Epiſcopo non habeat ſpeciale mandatum approbandi Confeſſarios. *Sanchez l. 3. de matr. d. 29. n. 15. & 16.* quia propriè eſt ordinarius in totâ diœceſi, conſtituit unum Tribunal cum Epiſcopo, & in Decreto Tridentini non excluditur. Non tamen intelligitur Vicarius Foraneus, quia ejus poteſtas eſt delegata non ordinaria. *Zerol. in prax. V. Vicarius.*

Tertiò,

Tertiò, Capitulum ſede vacante. Ita prædicti; quia actus approbandi, non eſt actus formaliter ordinis aut dignitatis Epiſcopalis, ſed ſpectat ad jurisdictionem ordinariam, quæ per Capitulum ſede vacante poteſt exerceri, non per ſe immediatè, ſed per Vicarium Generalem à ſe electum. *Ex Trid.*

Quartò, Abbas Magnus & Prælatus non Epiſcopus habens in ſuos ſubditos ſeculares jurisdictionem quaſi epiſcopalem, privativè ad Epiſcopum. *Ita Sanchez, Barb. &c.* Probatur ex praxi & uſu in Hiſpaniâ & Italiâ; tùm quia approbatio non eſt actus ordinis, ut dictum eſt.

56. Quoad Prælatos Regularium tenendum eſt non comprehendi, nec poſſe approbare ſuos ſubditos ad ſecularium confeſſiones, quia ex ſubjectâ materiâ & communi praxi, nomine Epiſcopi intelliguntur paſtores habentes jurisdictionem epiſcopalem, vel quaſi, in ſeculares, qualem non habent iſti Prælati, licet illam habeant in ſuos Regulares. *Henriquez lib. 6. §. 4. lit K.* Quare omnes Religioſi exempti pro ſecularium etiam Sacerdotum confeſſionibus audiendis, debent petere approbationem ab Epiſcopo.

57. Nomine habentis Parochiale beneficium, intelliguntur habentes ſuperiora cum curâ animarum. Ut Epiſcopi, Archiepiſcopi, & aliqui Abbates, Archipresbyteri & Archidiaconi, quorum dignitates habent curam animarum

annexam. *Suarez.* quia in his eſt major ratio quàm in Parochis. De Prælatis Regularium ſunt duæ opiniones, utraque eſt probabilis; Negativa eſt probabilior, tutior, & tenenda.

58. Parochus (cùm fatigatus eſt, aut tempore Jubilei ob magnam pœnitentium frequentiam) poteſt dare jurisdictionem & facultatem audiendi confeſſiones cuicunque Sacerdoti non approbato, ſaltem ex ratihabitione Epiſcopi tunc valdè diſtantis, ſi urgeat neceſſitas. *Henriquez l. 6. c. 6. lit. P.*

59. Ad validè audiendas confeſſiones, ſufficit approbatio tacita ex ratihabitione de præterito, vel præſenti, ſed pro eo tempore ſolùm, quo adeſt tacitus conſenſus, id eſt, quo approbans videt, & ſigno externo præſumitur conſentire, ut ſi ſciens videat Confeſſarium non approbatum audire confeſſiones & taceat, vel ſi in neceſſitate aliquis probus & aliàs idoneus audiat confeſſiones ex conſenſu præſumptio Prælati, qui in ſimili neceſſitate ſoleat præbere conſenſum, & gaudere de tali adminiſtratione. *Sanchez l. 3. de Matr.*

60. Approbatio ex ratihabitione de futuro non ſufficit. *Palud. 4. d. 18. q. 3.* Ut ſi quis audiat confeſſiones, credens Prælatum, cùm ſciverit, ratihabiturum actum; quia ad ſubſtantiam abſolutionis prærequiritur approbatio & jurisdictio, quæ tamen in hoc caſu ſunt poſtpoſita, neque convaleſcit abſolutio per ſubſequentem con-

conſenſum, quia valor Sacramenti non pendet à futuro eventu juxta communem Theologorum; licet ſufficiat ad validam & licitam adminiſtrationem Euchariſtiæ, Extremæ unctionis, & Ordinum, eò quia ad illorum ſubſtantiam non prærequiratur licentia, ſed ſatis ſit probabilis ſpes ejus.

61. Sacerdos non approbatus, nec habens parochiale beneficium, audiens confeſſiones & abſolvens pœnitentem, qui bonâ fide vi Jubilei vel alterius licentiæ exigentis in confeſſario approbationem, invalidè abſolvit, nec facit de attrito contritum, & Confeſſio eſt iteranda cognitâ inhabilitate Confeſſarij, ut conſtat ex particulâ Trid. *Nullum poſſe*, quæ importat negationem potentiæ, carentiam jurisdictionis, & nullitatem actus; Excuſatur tamen de hoc caſu pœnitens apud DEUM ob bonam fidem & communem errorem. *Cajet. in ſum. Confeſſio 3.*

62 Valida eſt confeſſio facta Sacerdoti non approbato, quando conceditur facultas eligendi Confeſſarium idoneum abſque illâ limitatione: *Ex approbatis*: quia Tridentino ſatis derogatur, cùm non exprimitur Confeſſarium debere eſſe ex approbatis; neq; materia eſt odioſa, ſed favorabilis animabus, neq; præjudiciū infertur Epiſcopis vel Parochis, cùm approbatio non in privatam ipſorum utilitatem, ſed in commune bonum populi & honorem DEI cedat. *Boſſius*
de

de trip. Jub. ſec. 3. n. 88. & ſeqq. Negativa eſt etiam probabilis.

63. Ut Confeſſarius ſit verè approbatus juxta formam Tridentini, & poſſit eligi, ſufficit approbatio Epiſcopi loci in quo auditurus eſt confeſſiones, licet pœnitens ipſum eligens ſit alterius Epiſcopatûs. *Guttierez qq. can. l. 1. c. 27. n. 6.* quia ſic habet praxis; Et pœnitentes etiam peregrini poſſunt confiteri Sacerdoti exiſtenti & approbato in territorio, in quo reperiuntur, cùm voluerint confiteri.

64. Sufficit etiam approbatio Epiſcopi pœnitentis, licet non adſit approbatio Epiſcopi loci, ubi fit confeſſio. *Ita Sot. 4. diſt. 18. q. 4. ar. 3.* Maximè quando Juriſdictio habetur per bullam Papæ, qui eſt Epiſcopus totius orbis; Tunc enim electus Confeſſarius poteſt eligere quodlibet territorium, & abſolvere eligentem; quia beneficiū perſonā, ſicut umbra corpus. ſequitur

65. Sufficit etiam approbatio Epiſcopi ejuſdem Confeſſarij, licet non ſit approbatus ab Epiſcopo pœnitentis, aut loci. *Suarez l. 1. & ſec. 7.* Quia cùm Epiſcopus proprius ipſius Confeſſarij habeat in eum juriſdictionem, videtur poſſe ipſum declarare idoneum juxta formam Concilij, ut ſit ubique eligibilis à quocunque pœnirente.

66. Sufficit approbatio cujuſvis Epiſcopi Ordinarij, & ſic Sacerdos ſive ſecularis, ſive Regularis ſemel abſolutè & ſimpliciter approbatus

batus à quocunque otdinario Epiſcopo, ſive loci, ſive pœnitentis, ſive Confeſſarij, aut originis, aut beneficij, aut domicilij, poteſt vi bullæ, Jubilei, vel privilegij dantis facultatem eligendi Confeſſarium approbatum ab Ordinario, ubique terrarum licitè & validè à quocunque eligi, ſaltem quoad forum conſcientiæ, qui non circumſcribitur loco. *Medin.* 1.2.*q*.19.*ar*.6.

67. Regulares abſque licentiâ ſuorum Prælatorũ, poſſunt licitè & validè eligere pro reſervatis quemlibet ex approbatis extra Religionem, ſi in bullâ vel Jubileo talis facultas Regularibus ſpecificè concedatur, & derogetur privilegijs omnibus & Brevi Clem. VIII. ſecùs verò ſi genericè tantùm non expreſſis Regularibus. *ex Vivaldo iu Cand. de abſol. n.* 15. 18. 25. Hæc opinio eſt magis communis & probabiliſſima. *Ita Navarr. conſ.* 19. *de pœnit. & alij.* Conſultius tamen eſt (præciſo alio gravi animæ periculo) Regulares etiam tempore Jubilei confiteri Sacerdotibus ſuæ Religionis ad evitanda omnia pericula.

69. Videtur Moniales non poſſe eligere alium Confeſſarium tempore Jubilei, quàm deputatum pro ipſis ab Epiſcopo, vel earum Prælato vigore declarationis Cardinalium Congregationis; ſed longè probabilius eſt, eas in foro conſcientiæ poſſe eligere quemlibet ex approbatis ab Epiſcopo, etiam non deputatum in particulari ad earum confeſſiones. Ita expreſsè

Bonar.

Bonac. de pœn. d. 7. q. 5. p. 4. §. 1. n. 22. verſ. A fortiori.

69. Confeſſarius, niſi ſit electus à pœnitente, non poteſt tempore Jubilei ſe ingerere tanquam Curatus ſeu delegatus ad abſolvendum à reſervatis, & ad exequendum cætera in Jubileo contenta; quia ipſis pœnitentibus conceditur facultas eligendi in bullâ, quâ electione factâ, conceditur Confeſſario tota facultas. *Lavor. ex Navar.*

70. Electo Confeſſario poteſt alter eligi, & prior relinqui, intra tamen tempus Jubilei, & tunc ſecundus habet eandem facultatem abſolvendi & diſpenſandi, &c. *Filliuc. 1. p. tr. 8. c. 10. n. 277.* quia Jubileum non reſtringit facultatem eligendi, ad unum. Elapſo autem tempore Jubilei non poteſt alter eligi, ſed ad primum jam electum eundum eſt pro reliquis.

71. Non eſt neceſſe, quod ſit idem Confeſſarius qui abſolvit pœnitentem, & commutat opera vel vota; ſed hoc poſſunt vel ab Epiſcopo, vel à Parocho, vel ab alio Confeſſario approbato & electo, validè commutari; quamvis poſteà uni tantùm vel alteri vel multis ſucceſſivè fiat confeſſio per eos dies Jubilei. *Henriq. lib. 7. cap. 10. §. 8.*

72. Sacerdos ſecularis ſemel ab Epiſcopo abſolutè approbatus, ac injuſtè & abſque causâ ab eodem reprobatus, poteſt validè eligi in Confeſſarium ab habente licentiam eligendi appro-

batum

batum ab Ordinario. *Suarez de pœnit. d. 28. ſect. 4. n. 7.* quia talis revocatio eſt nulla, cùm ſit ablatio quædam juris acquiſiti, vel quaſi juſtæ ſententiæ revocatio ſine causâ facta; Et quia Sacerdos ille ſic approbatus, ſi nulla ſuperveniat cauſa, habet requiſita à Concilio.

Sacerdos Regularis ab Epiſcopo approbatus & expoſitus, poteſt licitè & validè abſque licentiâ ſui Prælati audire confeſſiones omnium exiſtentium in articulo mortis. *Ex Trid. Nav. in man. c. 4. n. 6.* Extra articulum mortis, neque à peccatis venialibus, aut mortalibus aliàs ritè confeſſis poteſt abſolvere, neque eligi vi privilegij etiam Papali, niſi in privilegio exprimatur, ut quilibet Sacerdos, etiam invito Superiore, eligi poſſit. Ita Sylu. & alij penè innumeri & Decret. Clem. VIII. quia Religioſi nec velle, nec nolle habent, ſed in omnibus dependent à ſui Superioris volnntate. Et qui inconſulto & invito Prælato abſolveret, graviter peccaret, & poſſet puniri.

Regularis ab Epiſcopo approbatus abſq; delegatione Jurisdictionis, inconſulto & invito ſuo Prælato, non potəſt vi ſuorum privilegiorum validè abſolvere ſeculares. *Henriq. l. c. lit. T. alij communiter;* quia jurisdictio ad audiendas ſecularium confeſſiones derivatur in regulares, mediante conſenſu ſui Prælati expreſſo vel tacito.

73. Ad obtinendum Jubileum Anni Sancti

tria

tria præcipuè ſunt præſtanda, 1. Viſitatio quatuor Eccleſiarum urbis. 2. Oratio pro fidelium, & totius populi Chriſtiani ſalute. 3. Confeſſio Sacramentalis.

Pro lucro verò Jubilei extraordinarij duarum hebdomodarum, regulariter ſex opera præſcribuntur. 1. Viſitatio unius, vel plurium Eccleſiarum. 2. Oratio. 3. Jejunium. 4. Eleemoſyna. 5. Cofeſſio. 6. Communio.

Proceſſionibus intereſſe non eſt neceſſe ad neutrum Jubileum obtinendum; quia Papa regulariter non mandat, ſed invitat, ſecùs ſi præciperet, vel abſolutè loqueretur.

Patriarchæ, Epiſcopi, locorum Ordinarij, eorúque Vicarij tenentur ſub mortali indicere & celebrare ſolemnem proceſſionem in Jubileo extraordinario præſcriptam, quia in bullâ continetur præceptum.

74. Opera pro lucrandis Indulgentijs Anni Sancti, poſſunt inchoari ab illà die & horâ, quâ annus ſanctus incipit, nimirùm in Vigiliâ Nativitatis Domini à primis veſperis, & expirat finitis primis veſperis Nativitatis Domini anni ſubſequentis; quia portæ ſanctæ aperiuntur & clauduntur dictis diebus & horis. Et ſic tantùm intra illud tempus poſſunt præſtari opera, non ante apertas, neque poſt clauſas portas.

75. In Jubileo verò extraordinario in Vrbe expectanda eſt publicatio authenticè facta; Et in locis infidelium ſufficit qualibet certa notitia publi-

Digitized by Google

publicationis factæ Romæ, idq; etiam ad utendum privilegijs.

At in locis fidelium extra urbem requiritur publicatio ordinarij loci, ità ut ſolùm ab hac publicatione incipiat tempus duarum hebdomadarum. *Nav. conſ. 1. conſt. q. n. 9. l. 1.*

76. Si civis poſt publicatum Jubileum in patria ſua viſitet Eccleſias deſignatas, & eâdem hebdomada piæ peregrinationis causa, vel ex alia neceſſitate migret ad aliam Diœceſim, poteſt ibi reliqua opera præſtare, & lucrari Jubileum. *Bonac. de Sacr. d. 6. q. 1. p. 5. n. 35.* quia favor Jubilei eſt perſonalis, ideò viſitatis Eccleſijs, nihil refert, ubi reliqua opera præſtentur. Securiùs tamen omnia peraguntur in eodem loco.

77. Navigantibus, & iter agentibus regulariter indulgetur, ut, poſtquam ad patriam redierint, poſſint lucrari Jubileum, etiam elapſis hebdomadibus ab Ordinario præſcriptis. *Tenor Bullæ.*

78. Civis v. g. Viennenſis, qui culpâ ſuâ Viennæ non eſt lucratus Jubileum, aut in Diœceſi, aut in Parochia ſua, poteſt ſe transferre ad alium locum, puta Neoſtadium, ubi celebratur Jubileum, & illud ibi lucrari, ejúſque privilegijs uti. *Vgolin. de pot. Epiſc. c. 11. §. 4. n. 5.* quia favor Jubilei eſt perſonalis, & non localis ex Henriquez & favores ſunt ampliandi.

79. Qui ex ignorantiâ, oblivione, aut rationabili

Digitized

nabili & neceſſaria causa non præſtitit omnia opera in prima hebdomada, poteſt reliqua perficere in ſequenti, & conſequetur indulgentiam. Idque ex Epichêia; quia præſcribente bullâ viſitationem Eccleſiarum cum eleëmoſyna tribus diebus, omittens ex ignorantia vel oblivione viſitationem vel eleëmoſynam uno die, lucratur Indulgentiam, ſi ſuppleat altero die, ex veroſimili mente Papæ. *Rodr.tom.1.ſum.c.184. num. 3.*

80. Licèt aliqui valde probabiliter affirment, voluntariè, ſcienter, & abſque causa dividentem opera, præſtando ea partim in una; & partim in altera, lucrari Jubileum, tamen addunt tutiùs eſſe in praxi omnia præſtare eâdem hebdomada. *Laym.l.5.tr.7.c.8.n.9. Bonac. l.c. n. 34.*

81. Legitimè impeditus. v.g. Carcere, captivitate, vel infirmitate, qui non potuit intra duas hebdomadas poſt Jubilei publicationem præſtare opera & conſequi Jubileum, poteſt, illis elapſis, uti Jubileo & frui privilegijs. *Bonac. l. c. n. 36.* Et conſtat ex clauſula bullæ, Prorogatio tamen facienda eſt à Confeſſario electo, non propriâ auctoritate, niſi caruiſſet Confeſſario, vel ex ignorantia non petijſſet à Confeſſario prorogationem; & in hoc caſu ex præſumpta mente Papæ, poteſt adhuc Confeſſarium eligere, & cætera facere pro lucro Jubilei. *N. Boſſ. ſec. 3. caſ. 3. verſ. Exiſtens:* qui Confeſ-

ſarius

Digitized by Google

ſarius poterit præſcribere tempus duarum hebdomadarum, & opera facienda, vel ea commutare. Navigantibus & iter agentibus, bulla ipſa regulariter tempus illis prorogat.

82. Qui tempore Jubilei, ob grave negotium quod non patitur dilationem, ſuſcipit longum iter, poteſt lucrari, finito itinere, ſi ſuſceptum iter, vel ſaltèm intra duarum hebdomadarum tempus à Confeſſario obtinuerit prorogationem temporis. *Idem Boſſ. ſec. 4. caſ. 6. n. 7.*

DE COMMUTATIONE OPERUM.

83. INfirmis, ſenibus, Carceratis, condemnatis ad triremes, Monialibus, & ſimilibus perſonis, non valentibus adimplere omnia opera, regulariter poſſunt illa commutari in faciliora habito reſpectu perſonæ. *Manuel. in bull. §. 6. n. 5. & alij communiter.* conceſsâ tali facultate in bulla, ſecùs non liceret. exceptis pauperibus, qui propter neceſſitatem alendi ſe, vel familiam non poſſunt jejunare. *Graff. lib. 4. deciſ. 15. n. 38.* Si tamen in bulla excuſaretur ab eleëmoſyna facienda juſtè impeditus. *Nav. miſc. l. 94.* Et quando virtualiter cenſetur conceſſa facultas commutandi, licèt non expreſsè, ſi bulla præſcribat jejunia, &c. fieri ab eis, qui poſſunt juxta cujuſque devotionem. *Henriq. l. 7. c. 10. n. 6.* Et iſta commutatio eſt obtinenda à

Confeſſario electo, ſive ad finem illi confitendi, ſive ad hunc tantùm finem, licèt alteri fiat confeſſio; valet enim commutatio operum ſive à Confeſſario, ſive ab Epiſcopo, ſive à Parocho facta. *N.Boſſ.ſec.3.caſ.9.* etiam extra confeſſionem. *ſec.2.caſ.38.*

84. Commutatio jejunij poteſt fieri tranſactâ feriâ quartâ in qua incipit; quia ſufficit fieri intra tempus Jubilei. *Leo de Jub.p.2.n.135.*

85. Facultas commutandi opera extendit ſe ad præterita omiſſa, ſive ob legitimam cauſam, ſive etiam ex malitia, dummodò fiat intra dictum tempus; Etiam die dominico ſecundæ hebdomadæ. *Filliuc.1.p.tr.8.c.10.num.273.* quia fieri poteſt extra confeſſionem.

86. Omnia opera in bulla Jubilei præſcripta (excepto opere confeſſionis) poſſunt ex legitima cauſa commutari. *Idem n.271.* quia conceſsâ facultate abſolvendi, à cenſuris privantibus participatione Sacramentorum, nulla ſupereſt juſta cauſa commutandi confeſſionem, ſed ſolùm differendi; Si verò non ſit conceſſa facultas abſolvendi à cenſuris, & detur facultas commutandi, poteſt commutari confeſſio & communio, quia adeſt impedimentum. *Boſſ.ſec.4.caſ.22.§.1.*

87. Per Confeſſionem per ſigna & nutus ſatisfit oneri confeſſionis in bulla injuncto. *Idem ſec.4.caſ.7.n.11.* quia eſt vera confeſſio.

88. Ad commutationem requiritur omninò legiti-

Digitized by Google

legitima cauſa, aliàs pœnitens non præſtans opera præſcripta, non lucratur Jubileum; quia facultas conceditur ad moraliter impotentes præſtare opera, putà Meſſores, Artifices, Nutrices, Prægnantes, Infirmos, &c. Hinc juveni nondum obligato ad jejunia de præcepto Eccleſiæ, quia aliàs ob corporis vires poteſt jejunare, facere eleëmoſynam, viſitare Eccleſias, non poſſunt legitimè commutari talia opera à Confeſſario, & ſi faceret, & ille non præſtaret opera præſcripta in bullà, non lucraretur Jubileum. *Rodr. 1. p. ſum. n. 184. n. 11.*

89. Opus in quod commutatur jejunium, non obligat illis diebus, quibus jejunia fieri debent, ſed ſufficit impleri intra tempus Jubilei; quia hæc eſt facultas favorabilis. *Henriq. l. c.*

90. Opera pia, in quæ fieri poteſt commutatio, ſunt eleëmoſynæ, oratio, etiam mentalis, corporis flagellatio, & ſimilia, in gloriam & honorem Dei. *Nav. not. 32. de Iuſt. n. 48.*

91. Omnia opera in bulla præſcripta, ubi commutatio fieri non poteſt, ſunt ad amuſſim implenda, ſecus non obtinetur Indulgentia. *S. Thom. in addit. ad 3. p. q. 27. a. 2. in corpore ad 2. & ar. 3.* Vide caſum 79.

92. Omittens opera præſcripta etiam ob impotentiam, ignorantiam, oblivionem, aut aliud impedimentum, non lucratur Indulgentiam, tametſi habuerit animum illa præſtandi, & Indulgentiam conſequendi; Voluntas enim

Digitized by Google

pro facto non reputatur quoad beneficia Principis conditionalia. *Idem l. c. q. 27. n. 3.*

93. Omittens partem injuncti operis, & partem implens, non lucratur Indulgentiam ſecundùm proportionem, niſi hoc ipſum exprimeretur in conceſſione. *Nav. not. 19. n. 4. & 5.* quia conceſſio eſt unica & indiviſibilis ſub conditione totius operis, ſi verba ſint omnino determinata, aut ſub disjunctione; ut ſi præcipiatur Oratio, vel, Eleëmoſyna, &c.

94. Si pars minima operis injuncti omittatur, non amittitur fructus Indulgentiæ, v. g. Pater & Ave in recitanda corona, vel ſi frangatur jejunium in re levi; quia in moralibus parùm pro nihilo reputatur. Pars, inquam, non minima in ſe, & abſolutè, ſed reſpectu operis injuncti. *Suar. to. 4. in 3. p. d. 52. ſec. 5. n. 4.* Unde non lucratur Indulgentiam omittens v. g. denam Ave Maria in Roſario; Unum Pater & Ave, in quinquies Pater & Ave; & Ave Maria in uno Pater & Ave; quia licèt ſint res leves in ſe, ſunt tamen graves reſpectu totius operis.

95. Opera pro Jubileo præſcripta, non poſſunt anticipari vel poſtponi, ſed debent fieri ſtatuto tempore & modo, niſi aliud concedatur in bulla de auctoritate Confeſſarij; Sic jubente bulla tria jejunia præciſis diebus, non ſatisfit per unum auſterius, nec per tria mutando dies. Item jubente viſitare Eccleſiam, jejunare, orare, eleëmoſynam facere tribus diebus, non ſufficit

ficit eadem facere tantùm uno die, ut æquivaleant tribus. *Nav. Miſcel. 92. de or. n. 2.*

96. Qui ob ignorantiam, oblivionem, aut inadvertentiam abſque alia culpa omiſit orare, & facere eleëmoſynam uſque ad Sabbatum, quod feriâ quartâ, ſextâ & Sabbato facere debuiſſet, lucratur Indulgentiam, ſi tunc illas faciat notabiliter majores; idq; ex quadam æquitate, & tacitâ Papæ intentione; Item probabile eſt ſatisfacere eum, qui feriâ quartâ eleëmoſynam æquivalentem eleëmoſynæ tribus diebus faciendæ, eâdem ratione. *Idem Navar.*

97. Pro lucro Jubilei extraordinarij ſufficit facere orationem, eleëmoſynam die Dominico ante communionem; imò & poſt communionem. *Henriq. l. 7. de Ind. c. 10. n. 6:*

98. Opera injuncta non poſſunt impleri per alium tanquam per cauſam proximam, niſi bulla id exprimat, ut contingit in Indulgentijs pro mortuis. *ex S. Thoma in 4. d. 20. q. 2. ar. 5.* quia opus ſimpliciter impoſitum, impoſitum eſt, ut verè perſonaliter implendum. Et faciens per alium tanquam per cauſam propriam proximam non dicitur ſimpliciter facere; poſſunt tamen impleri per alium materialiter tanquam per nudum inſtrumentum. Sic ſatisfacit oneri eleëmoſynæ, qui illam facit per alium, v.g. per filium, famulum, &c. Et qui ratificat ab alio factam ejus nomine, ut pauper. Tutiùs tamen eſt facere per ſeipſum, & eſſet etiam ne-

 ceſſe,

Digitized by Google

ceſſe, ſi in bullà illud exprimeretur, ut conditio neceſſaria. *Henriq. l. c. n. 5.*

99. Dans pecuniam alteri, ut faciat eleëmoſynam, & ille pro ſe retineat, probabile eſt, obtineri Indulgentiam. Idque ex æquitate & epichêia. *Sà V. Indulgent. n. 4. & Vza tom. 2. ſum. cap. 7. caſ. 24.* ait eſſe abſque dubio ita tenendum.

100. Nemo poteſt pro altero, vivo vel defuncto, lucrari Jubileum, vel Indulgentiam, applicando illi ejus effectum, nisì id in conceſſione exprimatur. *S. Thomas & alij.* Et ſic Indulgentia Jubilei tam anni ſancti, quàm extraordinarij non poteſt obtineri pro defunctis; Nec refert, quod unus poſſit pro alio ſatisfacere, quia hoc dependet à voluntate propriâ, Indulgentia verò ab alienâ, nempe Papæ.

101. Sufficienter ſatisfit oneri operum implendorum per opera aliàs debita ex præcepto naturali, vel Eccleſiaſtico, vel Voto, nisì aliter explicetur in bullâ. *Henriq. l. c. num. 5. & 6. 7.* quia opera pia etiam aliàs debita, cedunt in honorem DEI & utilitatem Eccleſiæ. Et in praxi ſæpè promulgatur Jubileum tempore Jejunij, vel ſub Paſcha, & tamen illud jejunium & illa communio jam debita reputantur ſufficientia; Et idem eſt de operibus ex voto, lege naturali, charitatis aut juſtitiæ; Nam uno actu poteſt ſatisfieri pluribus obligationibus, ſi natura illarum patitur. Ad juſtificandam autem

cauſam

Digitized by Google

cauſam Indulgentiæ, non eſt neceſſe, ut opera ſint ex gratioribus, vel magìs meritorijs; ſed ſufficit eſſe opera pia.

DE VISITATIONE ECCLESIARUM.

102. QUot, quoties, & quando viſitandæ ſint Eccleſiæ deputatæ pro lucro Jubilei extraordinarij, inſpiciendus eſt tenor bullæ; Si enim ſint præſcriptæ duæ, & fidelium devotioni liberum eſt, ut ambas, vel alteram viſitent, ſufficit viſitare unam; ſi verò duæ ſint deputatæ, & injunctum fidelibus, ut ambas viſitent, neceſſariò ambæ ſunt viſitandæ, nisì interveniat Confeſſarij diſpenſatio; ſi demùm præſcribantur tres, & injungatur, ut omnes viſitentur, omnes ſunt viſitandæ, nisì etiam ex causa à Confeſſario commutentur.

103. Si Ordinarius deputaret plures Eccleſias in ſuâ Diœceſi, aut Civitate, quàm ſint à Papa præſcriptæ in Vrbe, ſufficit tot viſitare, quot ſunt à Papa in Vrbe aſſignatæ; cenſendum enim eſt Ordinarium plures Eccleſias deputâſſe ſolùm ob populi commoditatem; Si verò Ordinarius pauciores, aut unam tantùm deputaret, ſat eſt illam viſitare. *Boſſ. ſec. 4. caſ. 16. n. 6. & 7.*

104. Sufficit, ſi ſemel uno die viſitentur. *Fill. l. c.* quia regulariter ita præſcribitur: quod ſi

bulla diceret expreſsè, eſſe ter viſitandas tribus diebus diſtinctis, itâ faciendū eſſet; Non eſt tamen neceſſe omnes Eccleſias deputatas viſitare eodē die, ſed poſſunt diſcontinuatis diebus viſitari, putà una, uno die, & altera, altero inter tempus debitum, cùm nihil circa hoc in bullis definiatur.

105. Sat eſt die Dominico, quo Jubileum publicatur, factâ publicatione, quia tunc verè incipit tempus Jubilei.

106. Viſitare eas ante Dominicam terminantem primam vel ſecundam hebdomadam, eſt tutiùs; valdè tamen probabile eſt ſufficere eodem die dominico ante communionem vel immediatè poſt, vel ſaltèm ante occaſum ſolis; quià id ſolet fieri ſcientibus & permittentibus Papâ & Ordinarijs, præſertim ab Operarijs abſque Confeſſariorū commutatione; Tum quia eodem die poteſt fieri confeſſio ante communionem. *Navar. not. 19. n. 19.* Tum quia ità videtur compleri hebdomada incepta primo die dominico hora ſexta. *Rod. p. 1. ſum. 184. n. 3.*

107. Valdè dubium eſt, neque praxi comprobatur, an ſufficiat uſque ad mediam noctem præcedentem feriam ſecundam, præſertim ſecundæ hebdomadæ. Alphonſus Leo affirmat dicendo diem termini non computari in termino.

108. Si Eccleſia Clericorum & Regularium utriuſque ſexûs, & aliarum perſonarum propria,

pria, eſt una ex deputatis, aut ea, pro cujus viſitatione conceſſa eſt Indulgentia, ſatisfaciunt viſitando eam. *D. Antonin. 1. p. tit. 10. c. 3. §.* Secùs ſi non ſit una ex deputatis, tunc enim debent viſitare deputatas etiam diſtantes. Si licentia Regularibus juſtè vel injuſtè negata eſt ad viſitandas Eccleſias, poſſunt tanquam legitimè impediti, obtinere à Confeſſario commutationem viſitationis in aliud opus pium. Quòd ſi Regularis abſque licentia exeat pro viſitatione, & poſteà pœniteat, lucratur Jubileum. *Gratian. p. 2. c. 11.*

109. Regularibus utriuſque ſexûs perpetuam clauſuram obſervantibus, conceditur diſpenſatio circa viſitationes, & pro eis deputatur ab Epiſcopo, vel eorum Prælato, propria illorum Eccleſia.

DE ORATIONE FACIENDA.

110. Hodie exprimitur in bullis faciendam eſſe Orationem, tum ad majorem claritatem, tum ad indicandum finem à Papa intentum, & licèt id bullæ non exprimerent, eſſent tamen faciendæ preces ad Deum pro Jubilei conſecutione. *Fran. de An. Jub. c. 26.* quia vix poteſt intelligi devota viſitatio abſque aliquâ oratione.

111. Facienda eſt oratio cum intentione impetran-

petrandi à Deo id quod Papa proponit in bulla. *Navar.not.32.n.48.* Et ſufficit virtualis, imò propoſitum orandi, & reliqua præſtandi juxta mentem Papæ.

112. Orare oportet in ipſis Eccleſijs, nec ſufficit alibi, ut patet ex verbis (*ibíque oraverint.*) & toties, quoties debent viſitari Eccleſiæ; Et quidem devotè, ſcilicet reverenter & attentè, licet non ſit ſemper neceſſaria actualis intentio, ſed ſufficit virtualis; ſicut ſufficit, *ex S. Thoma 22.q. 83.ar. 3.*

113. Ad merendum, impetrandum & ſatisfaciendum præcepto divini officij, poteſt quis vel ore, vel mente orare, *Navar. l.c.* quia in bullis non definitur, qualis debeat eſſe oratio, ſecùs ſi certæ preces præſcriberentur, tunc illæ neceſſariò eſſent dicendæ: ſinè tali præſcriptione ſufficiunt quælibet preces in quacunque lingua, etiam ex quacunque obligatione aliàs debitæ, etiam unà cum ſocio alternatim, eo modo quo ſatisfit officio divino aut coronæ, ratione beneficij, voti, aut pœnitentiæ, &c. *Nav. c. quando d.10.n.17.& 18.& à 22. ad 35.* Item ob aliquam cauſam, ſedendo, ſtando, & etiam capite aperto.

114. Communis ſententia quidem eſt, ſufficere quamcunque orationem, etiam brevem & minimam: quia diſpenſatio theſauri fit intuitu meritorum & ſatisfactionum Chriſti & Sanctorum, non laborum & operum fidelium; & quia

& quia etiam per brevem orationem devotè factam adimpletur ſubſtantia conditionis præſcriptæ. *Nav. l. c.* Conſulenda tamen eſt omnibus prolixa, & quantum fieri poteſt, devota oratio, putà, ſaltèm quinquies Pater noſter, & Ave Maria, aut ſeptem pſalmi cum precibus, aut Litaniæ in ſimili occaſione editæ, aut Litaniæ B. Virginis, Corona àut Roſarium, quas Divus Carolus conſulebat.

DE JEJUNIO NECESSARIO.

115. JEIUNIUM ad Jubilei extraordinarij conſecutionem non eſt de præcepto, ſed obligat tantùm eos qui volunt lucrari Jubileum, ſinè quo non lucrantur: Et ſervandum eſt tribus illis diebus in bulla determinatis, quia eſt onus præfixum diei. *Boſſ. caſ. 8. verſ. in opera.*

116. Qui non jejunavit feriâ quartâ, & jejunat feriâ quintâ, non ſatisfacit, niſi id faciat Confeſſario legitimè commutante: Et qui cœpit & non perfecit jejunia etiam voluntariè & cum culpâ, adhuc poteſt ante communionem obtinere commutationem à Confeſſario. *Idem caſ. 7. verſ. Et licèt.*

117. Huic jejunio ſatisfit etiam jejunio aliàs de præcepto Eccleſiaſtico debitum, ut dictum eſt. Item etiamſi in materiâ levi, & venialiter frangatur. *Idem. caſ. 8. verſ. ſecus juxta.*

118. Sa-

118. Satisfacit qui interdiu extra refectionem vinum bibit aut cereviſiam. *S.Thom. Nav. & alij communiter.* quia potus non frangit jejunium Eccleſiaſticum, cùm per ſe ordinetur ad extinguendam ſitim, non ad nutriendum. Unde bibens immoderatè peccat contra temperantiam, non contra præceptum Eccleſiæ. Secùs ſi potio per ſe eſſet ordinata ad nutriendum, ut juſculum, lac, & ſimilis.

119. Etiam ſatisfacit, qui abſque causa legitima, & ſolùm causâ nutritionis, & in fraudem jejunij ſæpiùs bibit, ut in terminis habent *Navar. & Bonac. de præce. Eccl. d. ult. q. 1. num. 6.* quia tunc ſolùm per accidens, & ex voluntate ſumentis, vel ad ſummum leviter nutrit.

120. Et qui pomum, vel quid ſimile ſumit ad ſedandam ſitim; cùm tunc non ſumatur ad nutriendum: vel Pharmaca, ſeu electuaria. *Fill. tom. 2. tr. 27. c. 2. n. 41.* cùm tunc ſumantur ut medicamenta, ſecùs in magna quantitate ad nutriendum.

121. Et qui bibit, poteſt abſque culpâ ſumere parum cibi, ne potus noceat, v. g. quinq; vel ſex amygdalas, ſaccaro confectas. *Azor. t. 1. l. 7. c. 10. q. 7. §. Certè negari*; Etiam pauxillum panis. *Fagundez præc. 4. l. 1. c. 2. n. 20.* Hoc tamen non eſt ſæpiùs in die jejunij faciendum abſque juſta causa, quia fraudaret jejunium, & in tali caſu non ſatisfaceret oneri jejunij pro Jubilei conſecutione.

122. Sa-

122. Satisfacit oneri jejunij, qui extra quadrageſimam jejunans pro lucro Jubilei, etiam abſque bulla Cruciatæ, vel alio privilegio, veſcitur ovis & lacticinijs in locis, ubi per legitimam conſuetudinem non eſt derogatum juri communi, permittenti eſum hujuſmodi ciborum in jejunijs extra quadrageſimam. *Henriq. l. 7. c. 10. num. 4. lit. K.*

123. Similiter ſatisfacit oneri, qui etiam in jejunijs quadrageſimæ (ſi tunc publicetur Jubileum:) abſque bulla veſcitur ovis & lacticinijs, in locis, ubi legitimâ conſuetudine derogatum eſt præcepto Eccleſiaſtico abſtinendi tunc ab illis cibis. *Idem.* quia cum eſu ovorum ſtat ſubſtantia jejunij, & ſufficit jejunare juxta legitimam conſuetudinem loci; Et quia Papa in jubileo, Confeſſarius in pœnitentia, & Vovens in voto, non intendunt imponere niſi jejunium Eccleſiaſticum.

124. Juvenes & ſenes, qui excuſantur ratione ætatis à jejunio Eccleſiaſtico, tenentur jejunare pro lucro Jubilei, ſi valeant viribus, nec timeant notabile damnum ex jejunio. Et non poteſt illis commutari. *Botton. in bulla Sixti V. verſ. Ante feſtum Pentec.* quia Jubileum eſt favor ſub conditione conceſſus, quoad omnes, qui poſſunt; Commutatio autem non niſi ex legitima causa datur.

125. Meſſoribus, vel alijs operarijs, qui excuſantur à jejunio Eccleſiaſtico, ut ex labore poſ-

ſint

ſint alere ſe vel familiam; Item omnibus qui ſinè notabili difficultate, aut detrimento jejunare nequeunt, poteſt à Confeſſario jejunium commutari; Sine qua mutatione, omittentes jejunium, non ſatisfacerent Jubileo, tametſi per alium jejunent. *Boſſ. caſ. 8. verſ. IV. Opera.*

126. Satisfacit jejunio & lucratur jubileum, qui notabiliter abſque causa in triduo jejunio prævenit horam prandij; quia tantùm venialiter, & in re levi frangit jejunium. *Idem ex probatis auctoribus caſ. 18. num. 101. verſ. Ex his infertur.*

127. Satisfacit pro lucro Jubilei, qui in triduo jejunio abſque causa manè vel horâ prandij ſumit collationem; & noctu cœnat; quia non violatur ſubſtantia jejunij, ſed mutatur tempus refectionum. *Angel. de jejun. q. 9. ar. 2. diff. 5.*

128. Collatio ſerotina circa ciborum qualitatem debet regulari & definiri à conſuetudine, à qua traxit ortum. *Abbas in rub. de obſerv. jejun. col. 2.* Et hoc tam in jejunio Eccleſiaſtico, quàm in triduano pro lucro Jubilei injuncto.

129. Hodie in ea licèt comedere non ſolùm fructus leviores, ſed etiam panem cum fructibus, non ſolùm per modum medicinæ, ſed etiam ad ſedandam famem, aut alendum, etiamſi jentaculum non eſſet neceſſarium ad capiendum ſomnum, vel ne potus noceat, ita conſuetudine concedente.

Item

Digitized by Google

Item lactucas, aut alias herbas crudas vel coctas, aceto & oleo mixtas unà cum modico pane.

Similiter piſciculum fumo ſiccatum, vel aceto, aut ſale maceratum, ut patet de alice, & ovis piſcium.

Præterea legumina, præſertim viridia, puta fabas, lupinos, piſa, &c.

Inſuper etiam atque causâ juſculum ex aqua, ſeu vino & pane, aut herbis vel leguminibus, abſque alio, præter ſalem & parum olei, condimento, & ſervatâ quantitate. *Azor. q. 8. Bonac. l. c.* quia ſicut iſta ſeorſim ſunt licita, ità conjunctim, cùm per coctionem parùm immutentur. Seclusâ tamen neceſſitate aut legitimâ causâ, probabilius eſt non licere juſculum, præſertim cum butyro & amygdalis; quia ex tali mixtione variatur cibus; neque piſcem recenti oleo, aut butyro frixum, ſeu elixatum, neque ſolum butyrum, niſi ubi ſit per conſuetudinem introductum.

Poteſt tamen adhiberi, etiam abſque causâ, cum pane parum caſei extra quadrageſimam, vel in ea, ubi adſit diſpenſatio, quoad lacticinia; licèt tutius ſit abſtinere, idque conſulendum; & multò magis licet modicum placentæ parvo butyro frixæ ſeu coctæ; quia pro nihilo reputatur, & item parum panis marcij.

Demùm omninò prohibentur ova elixata, vel frixa per ſe ſumpta, tam extra, quàm in-

tra quadrageſimam; Tum quia ità communiter ſentiunt DD. Tum quia nullibi conſuetudo ea introduxit. *Boſſ. caſ. 18. n. 121. uſque ad finem.*

130. Collatio ſerotina quoad quantitatem tàm in jejunio Eccleſiaſtico, quàm pro Jubileo obtinendo, poteſt eſſe, loquendo de quantitate diſcreta, id eſt, ciborum varietate, etiam ex pluribus ciborum ſeorſim permiſſorum generibus tanta, ut non excedat debitam quantitatem continuam, id eſt, quæ in uno cibi genere, ſi eo ſolo collatio conſtaret, permittitur. *Navarr. c. 21. n. 13.*

Quantitas continua debet eſſe definita & modica, nè tranſeat in cœnam; menſura autem hujus modicæ quantitatis ſecundum *Fagundez* relinquitur prudentis viri arbitrio.

Azorius & alij ajunt eſſe variam pro regionis ac perſonarum diverſitate, attentis, v. g. qualitate regionis, & corporum conſtitutione, calore, exercitio, &c.

Aliqui præſcribunt uncias. Graffius duas aut tres. Azorius tres aut quatuor. Fagundez & alij admittunt octo.

Reginaldus & Filliucius concedunt quartam partem perfectæ refectionis ordinariæ; tum quia talis pars in alijs rebus, ut in omiſſione Miſſæ, vel Horæ Canonicæ cenſetur modica; tum quia in refectione ex pane & alijs ſimilis pars ſolet apponi; tum quia quarta pars in Ju-

re

re pro modica cenſetur. At licèt hæc pars poſſet dici modica reſpectu totius prandij: non tamen aliquando in ſe conſiderata.

Alij demùm ajunt eſſe attendendam regionis conſuetudinem, ità ut illa cenſeatur modica & licita quantitas, quæ communi uſu inducta eſt in unaquaque regione apud homines probos & timoratos. *Ita Cajet. Nav. &c.* & hæc ultima opinio eſt probabilior, ob rationem adductam ſuperiùs *ex Abbate.*

Hinc primò Perſonæ nobiliores tutè & licitè poſſunt uti collatione aliquantulum majori, quàm cæteri plebei, ſi modum non excedant in quantitate. *Ita Azor. Fill.& alij*; Tum quia ſic introduxit conſuetudo; Tum quia ſolent eſſe delicatiores, & infirmiores, & aſſueti ejuſmodi cibis.

II. Collatio ſerotina Curiæ Romanæ juxta conſuetudinem tinelli, cum magnâ ciborum varietate non improbatur à Cajetano *V. Jejunium §. 1. Tolet. c. 2. n. 7.* & alijs. ratione, tum conſuetudinis, tum tolerantiæ Papæ ſcientis & tacentis, modò excedendo non fiat cœna. Dato autem quòd excedendo non violetur præceptum Eccleſiæ, non tamen ſatisfit oneri jejunij pro lucro Jubilei, quia in bulla præſcribitur verum jejunium; neque voto jejunandi ex Rodr.

III. In Vigilia Nativitatis Domini majorem quidem collationem licere, quàm alio tem-

pore, ratione conſuetudinis, occaſione aſſiſtendi noctu divinis officijs. Et idem ajunt de Vigilia Paſchatis, ubi ſit uſus nocturni officij.

Sed circa hanc majoritatem, *Medina* dicit licitum eſſe ſumere quantum libuerit ob conſuetudinem videntibus & conſentientibus Prælatis. *1.p. inſtr. cap. 14. §.* Quam; ubi viget, ſervari poſſe tradit *Lopez 2.p. inſtr.c.112.*

Azorius ait ferè ubique eſſe introductum, ut collatio fiat duplo major ſolito, & cùm aliàs concedat quatuor uncias, toleratur, & fortè convenit cum *Navarro* negante notabilem exceſſum. Cujus opinio eſt tutior, probabilior, & in uſu apud probos & timoratos, & ſequenda à religioſis. Sed admiſsâ opinione *Medinæ*, licet non violetur præceptum Eccleſiæ, non tamen fit ſatis oneri jejunandi ratione Jubilei, voti, aut pœnitentiæ, quia non eſt verum jejunium. *Rodr.d. c.23. n.8.*

DE CONFESSIONE.

131. QUando Confeſſio eſt opus principale Indulgentiæ.v.g.ſi ea ſola præſcribatur, actualis confeſſio omninò neceſſaria eſt, ſecùs non acquiritur Indulgentia. *Navar. not. 32. n. 50.*

132. Non ſatisfacit ſolâ contritione contentus, neque lucratur qui poteſt actualiter confiteri,

teri, & ſuâ culpâ non vult, etiamſi reliqua præſtet, etiamſi confeſſio non ſit præſcripta tanquam opus, propter quod conceditur Indulgentia; ſed solùm tanquam melior, & ſecurior diſpoſitio ad ſtatum gratiæ acquirendum. Neque qui invalidè ſuâ culpâ confitetur, puta omittendo mortalia voluntariè, quia requiritur confeſſio Sacramentalis, id eſt valida. *Botton. ubi ſuprà pag. 156.*

133. Satisfacit, qui ex legitima cauſa, vel ignorantia probabili non confitetur integrè omnia mortalia, ſi adſit dolor univerſalis; quia eſt integra formaliter. *Nav. c. 26. n. 27. & alibi.*

Item mutus vel loquelâ impeditus, confitendo per ſigna & nutus; quia eſt vera confeſſio.

Item moribundus, qui poſtquam declaravit ſe velle conſequi Indulgentiam requirentem confeſſionem, amiſit loquelam, non uſum rationis, ſi habitis ſignis abſolvatur intra tempus conceſſum; quia eſt vera confeſſio Sacramentalis. *Sylv. V. Indulgentia n. 26.* & debet omninò abſolvi, etiam ſi petierit confeſſionem, & oſtenderit ejus deſiderium, abſente Confeſſario. ex Rit. Rom. Pauli V.

Item qui facit confeſſionem informem, validam tamen in ratione Sacramenti, modò tempore obtinendi effectum Indulgentiæ adſit ſtatus gratiæ per contritionem, vel aliquod Sacramentum. *ex Suarez.*

134. Qui phyſicè, vel moraliter non poteſt

confiteri, quando in bulla non præſcribitur Confeſſio tanquam opus principale, ſed tantùm melior diſpoſitio, ſatisfacit bullæ Jubilei per ſolam contritionem ſi cætera præſtet. *D. Antonin. 1.p.tit. 10.c.3.§.5.col.3.* quia datâ impoſſibilitate confeſſionis, ità præſumendum eſt ex pia mente Papæ: Nam qui voluit confiteri, & non potuit, quoad Deum verè eſt confeſſus, & in ſtatu gratiæ.

135. Hinc qui contritus voluit confiteri, & ob defectum Confeſſarij, ob amiſſionem loquelæ, aut excommunicationem, aut carcerationem, ob multitudinem pœnitentium, inadvertentiam, oblivionem invincibilem, vel ob rigorem Confeſſarij, aut aliud quodcunque legitimum impedimentum, non potuit confiteri, & obtinere abſolutionem, vel fuit fictè à Confeſſario abſolutus, alijs completis, lucratur Indulgentiam. *Zerul. de Jub. l.1. c. 15. dub. 13. & 60.*

136. Et qui tempore Jubilei extraordinarij ſic legitimè impeditus, non potuit confiteri, poteſt etiam poſt ſecundam Dominicam confiteri, & uti favoribus Jubilei ac illud lucrari; quia regulariter conceditur legitimè impeditis, ut poſſint alio tempore hoc facere; Bulla verò præſcribens confeſſionem ut diſpoſitionem, non ut opus principale Indulgentiæ, tametſi generaliter loquatur, intelligitur pro ijs qui poſſunt, non autem pro legitimè impeditis;

ditis; Poteſt enim homo diſponi per contritionem.

137. Qui peractâ Confeſſione recordatur intra tempus Jubilei ante obtentam Indulgentiam peccati mortalis obliti, vel poſt illam confeſſionem commiſſi, tenetur iterum confireri, quia ſecùs non eſſet integra confeſſio, prout requiritur in bulla ad fructum Indulgentiæ conſequendum. *Graff. l. c.* Lucratur tamen is, qui inculpabiliter mortalis non recordatur etiam poſt factam confeſſionem commiſſi, vel non eſt confeſſus omnia venialia, vel mortale aliquod ex juſta causa omiſit, quod implicitè continetur in peccatis expreſſis, & quod directè fuit abſolutum.

138. Ad lucrandum Jubileum vel Indulgentiam conceſſam ijs, qui confeſſi fuerint, communicaverint, &c. non eſt neceſſaria actualis confeſſio ei, qui habet tantùm venialia, ſive levia, ſive gravia. Neque eſt neceſſaria confeſſio generalis, ſed ſufficit confeſſio mortalium nondum confeſſorum, vel aliàs oblitorum, quorum tunc recordarur. Et qui de recenti confeſſus eſt paulò ante publicationem Jubilei, vel ante tempus conſequendæ Indulgentiæ, non tenetur pro illius conſecutione iterum confiteri, ſi non eſt conſcius peccati mortalis de novo commiſſi, vel aliàs obliti. *Graff. c. 15. n. 34.* quia ſic habet praxis; tum quia non eſt neceſſaria confeſſio venialium neq; iterata confeſſio mortalium.

139.

139. Nihil refert ad lucrum Jubilei, tum Anni ſancti, tũ extraordinarij, aut cujusvis Indulgentiæ, ſive confeſſio anteponatur, ſive poſtponatur, alijs operibus, modò fiat intra tempus Jubilei, etiamſi diceretur(qui præmiſsâ viſitatione viſitaverint:) *Io. Monach. apud Nav. l. c. n. 32.* Quia beneficium Principis non ambitioſum, nec alteri præjudiciale, eſt ampliandum, quatenus verba patiuntur; & quia id approbat cõnſuetudo.

140. Non eſt neceſſe generaliter confiteri illum, qui vult generalem remiſſionem pœnæ omnibus peccatis debitæ, conſequi per Jubileum; quia ejus effectus extenditur etiam ad peccata jam ſemel ritè confeſſa & deleta quoad culpam. Eſt communis DD. *D. Antonin. ubi ſuprà §. 5.*

DE COMMUNIONE.

141. CUm Chriſti corpus tripliciter ſumi poſſit, ſacramentaliter tantùm, ſpiritualiter tantùm, & utroque modo ſimul; *Trid. ſeſſ. 3. cap. 8.* Certum eſt ad lucrandum Jubileum extraordinarium Communionem ſpiritualem non ſufficere. *Botton. in bulla Sixti V. p. 211.* quia verba bullarum innuunt ſacramentalem. Quibus autem phyſicè vel moraliter eſt impoſſibilis Communio Sacramentalis, poteſt à Confeſſa-

feſſario commutari in aliud opus pium; quia regulariter conceditur talis facultas. *Henriquez in terminis l. 7. c. 10. num. 8.* cum qua facultate poteſt commutari infirmis, patientibus tuſſim, vomitum vel qnid ſimile, pueris nondum Communioni idoneis, & qui ex oblivione vel incuria die deſignato Communionis, ſcilicet, Dominico bibit; quia in his & ſimilibus caſibus adeſt legitima cauſa.

142. Communio ignoranter facta in peccato mortali ab eo, qui bona fide putabat ſe eſſe in gratia, etiamſi fuerit ultimum opus, ſufficit; *Boſſ. ſec. 4. caſ. 11. n. 15.* ſi ſaltem atrritus ad Communionem acceſſerit; quia eſt actus moraliter bonus ſecundùm ſubſtantiam & etiam in individuo.

143. Communio ſcienter facta in mortali, & quæ non ſit ultimum opus, (Nam ſi ultimum opus compleatur extra ſtatum gratiæ, non obtinetur effectus Indulgentiæ, etiamſi ante finitum tempus Jubilei acquiratur ſtatus gratiæ:) non ſufficit. *Botton. pag. 214.* quia cùm adſit actio ſacrilega, non poteſt vocari Communio, ſaltem juxta mentem Papæ, qui requirit illam diſpoſitionem ad Communionem, quæ eſt neceſſaria extra tempus Jubilei, hæc autem eſt, ut communicaturus non ſit conſcius peccati mortalis. Alij affirmant. Sed hæc ſententia negans tutior eſt, & videtur menti Papæ conformior; ſufficit tamen ad lucran-

dum Jubileum Communio facta cum peccato veniali, habituali vel actuali, cùm non impediat præcipuum Euchariſtiæ effectum, qui eſt gratiæ habitualis augmentum, multò minùs impediet effectum Indulgentiæ.

144. Communio poteſt fieri die Dominico terminante primam hebdomadam, aut alio die intra eandem hebdomadam, ut conſtat ex praxi, & ex bullis modernis, etiamſi in bulla non diceretur (aut alio die) nam tunc dies Dominicus aſſignaretur, non præceptivè, ſed tantùm conſultivè, tanquam dies magis congrua.

145. Poteſt fieri Communio feriâ ſecundâ aut tertiâ ſecundæ hebdomadæ ab eo, qui jejunavit intra primam hebdomadam. *Henriq. l.3. c.11.n.8.lit.S.in gloſſ.* quia verba bullæ ſatis impleri videntur, ſi opera partim in prima, partim in ſecunda præſtentur, ſi enim præſtentur intra quatuordecim dies, dicuntur præſtari in altera ex hebdomadibus; Deinde quia bulla eſt favorabilis, ideò amplianda; Item quia in Anno Sancto Eccleſiæ poſſunt viſitari interpolatè ergo & præſtari opera Jubilei extraordinarij intra tamen quatuordecim dies, ſive duas hebdomadas; tum ob declarationem Gregorij XIV.

146. Feriâ ſecundâ, aut alio die tertiæ hebdomadæ non poteſt fieri Communio ab eo qui jejunavit intra ſecundam hebdomadam, ſi ex cauſa, vel voluntariè non communicavit die

Do-

Dominico terminante totum tempus Jubilei. *Ferdnandez in medull. p. 3. c. 7. §. 8. num. 5.* niſi in bulla concedatur; quia opera præſcripta, ſeclusâ commutatione aut dilatione factâ à Confeſſario ex causa, ſunt præſtanda intra tempus præſcriptum. Affirmant verò *Henriq. l. 7. c. 10. n. 8. lit. S. in gloſſ.* & alij quòd ita expreſſerit Greg. XIV. & declaraverit Sancius Epiſcopus Salmaticenſis ex conſultatione cum ſapientibus. Prima opinio eſt tutior; ſecunda tamen eſt etiam probabilis.

DE ELEEMOSYNA EROGANDA.

147. Eleemoſyna ſpiritualis non ſufficit pro lucro Jubilei, ſed debet eſſe omninò realis. *Botton. pag. 194.*

148. Pauperes qui vivunt & alunt familiam de quotidiano labore, aut oſtiatim mendicant, poſſunt à Confeſſario obtinere commutationem Eleemoſynæ in aliud opus pium; quia talis facultas regulariter conceditur, secùs ſi non eſſet expreſsè conceſſa; Et ſi non procurant, debent eleemoſynam facere, licet ſint impotentes, quia ſatisfaciunt huic oneri, curando ut ab alio detur pro ipſis; ratificando datam nomine ſuo ab amico motu proprio ad hunc finem, modò ratificent intra tempus debitum; ſimi-

ſimiliter facientes ſibi ipſis applicari eleemoſynã à Confeſſario, quam ipſi pro lucranda Indulgentia tenentur facere; Nam ſicut pauper debitor rei incertæ, cum conſilio & auctoritate Confeſſarij poteſt ſibi illam applicare, & tunc verè dicitur reſtituere; ità etiam dicitur facere eleemoſynam, qui cùm ſit pauper, auctoritate Confeſſarij illam, quam facere tenetur pro lucranda Indulgentia, ſibi applicet.

149. Religioſi, etiam Novitij non habentes proprium, nec unde eleemoſynam erogent; ſervi, filijfamilias, & uxores, ſi eis à Domino, Patre, vel Marito non permittatur dare eleëmoſynam, nec aliunde habeant unde tribuant, egent commutatione. *Botton. l. c. & pag. 200.* Vel curare ab amico fieri nomine ſuo, vel ſibi aliquid ſubtrahere ex proprio victu, & dare, etiam abſq; licentia in eleemoſynam, *Sanchez.*

150. Religioſi verò habentes bona, non ſolùm in communi, ſed etiam in particulari, quoad adminiſtrationem & uſum, poſſunt & debent eleëmoſynam facere de ſibi conceſſis, & non neceſſarijs ad victum vel veſtitum, niſi Prælatus pro omnibus ſuis ſubditis illam erogct. *Sanchez l. 7. ſum. cap. 19. n. 92.* quo caſu ſubditi non tenentur, & lucrantur Jubileum; Et ſi Superior nollet dare, petant ſubditi commutationem.

151. Sufficit etiam Religioſis, ſi curent eleëmoſynam ab Amico pro ipſis fieri, vel ratificent

cent factam nomine ipſorum; vel ſi eleëmoſynam à ſe faciendam Superior applicet Monaſterio, ut de pauperibus dictum eſt.

152. Si in bulla præſcribitur Eleëmoſyna abſolutè, ut regulariter fit, ſufficit ſemel dare; ſi verò exprimatur trina in tribus diebus, ſervanda eſt iſta præſcriptio; & poteſt fieri ante vel poſt Communionem etiam die Dominico, ut ſuperiùs dictum eſt de operibus jejunij, viſitationis, &c. Sufficit verò illam dare ei, cui aliàs debetur ex lege naturali, ut parenti pauperi, vel alteri extremè egenti, & cuicunq; pauperi, etiam extero.

153. Eleëmoſyna poteſt in bullis præſcribi. Primò, determinatè, ut triginta nummorum. Secundò, indeterminatè, juxta tamen devotionem & arbitrium cujuſq;, ut regulariter nunc fit. Tertiò, indeterminatè abſolutè, ut cùm dicitur (Qui eleëmoſynam erogaverint) Quartò, indeterminatè juxta tamen poſſibilitatem cujuſque.

154. Si eleëmoſyna in bulla ſit determinata primo modo; vel indeterminata ſecundo modo, ſufficit quoad omnes, tam divites, quàm pauperes, vel eadem determinata, vel illa indeterminata, etiam minima, pro lucro etiam totius Indulgentiæ; quia ſatis impletur forma bullæ. *Navarr. not. 31. num. 35.*

155. Si ſit præſcripta indeterminatè alijs duobus modis, ſcilicet, vel omninò abſolutè, vel

vel cum reſpectu ad poſſibilitatem, dicunt aliqui, tunc eſſe debere proportionatam juxta conditionem perſonarum, facultatum & bonorum, ità ut dives abundantiùs det, quàm pauper, ſecùs non acquiri Indulgentiam ſaltem totam. *Navar. n. 34.* quia tunc Papa videtur exigere eleëmoſynam congruam & rationabilem, qualis non eſſet parva reſpectu divitis; Alij tenent in utroque caſu pro lucro etiam totius Indulgentiæ ſufficere quamcunque eleëmoſynam, etiam minimam, tam in divite, quàm in paupere, & verba illa (juxta facultatem) poni adhortativè, non præceptivè. *Botton. pag.* 196. quia ſecùs difficilis eſſet conſecutio Jubilei, remanente ſemper dubio de quantitate ſeu proportione eleëmoſynæ. Prima opinio eſt tutior, & conſulenda in praxi. Tertia eſt probabilior, quæ tenet primò Eleëmoſynam eſſe faciendam juxta facultatem, & ſic majorem à divite, quàm à paupere, ſi id in bulla expreſsè dicatur. *Henriq. l. c. n. 7. lit. Q. in text.* quæ minùs minima eſſe non debet, ſed ſaltem minimam attingere, intra ſuam latitudinem, & ſufficit ad lucrandam Indulgentiam. Et ſufficit etiam, ſi detur eleëmoſyna competens ſtatui, juxta illam quam homines talis ſtatùs communiter ſolent facere extra Jubileum. Secundò tenet tam in divite, quàm in paupere ſufficere quamlibet eleëmoſynam pro lucro etiam totius Indulgentiæ, ſi in bulla præſcribatur

tur abſolutè & omninò indeterminatè; quia ſic ſufficienter adimpletur ſubſtantia operis injuncti.

DISCEPTATIO.

De Suſpenſione Indulgentiarum & aliarum facultatum in Anno Jubilei fieri ſolita.

EXtravagans Sixti IV. & bullæ Gregorij XIII. Clementis VIII. & Urbani VIII. ſuſpenſivæ Indulgentiarum, & aliarum facultatum in Anno Sancto (juxta quarum ferè tenorem futuras eſſe alias facilè credi poteſt:)

Conveniunt. I. In aſſignatione cauſæ finalis dictæ ſuſpenſionis, nempè, ut Annus Jubileus majori fidelium concurſu in Urbe celebraretur, & viſitarentur Baſilicæ in bulla Jubilei præſcriptæ, qui finis impediretur, ſi fideles extra Urbem Indulgentijs, maximè plenarijs eo anno frui poſſent.

II. In ſuſpenſione omnium Indulgentiarum, facultatum & indultorum, conceſſarum vel conceſſorum quibuſcunque in perpetuum, vel ad tempus, etiam per communicationem, extenſionem, vel aliter quomodocunque.

III. Quia

III. Quia inhibetur alias Indulgentias, quàm indicti Jubilei publicè, vel privatim publicari; mandatúrque ſecùs facientes per locorum Ordinarios arceri, & quidem à Sixto ſub cenſuris, & pœnis arbitrarijs, & à reliquis ſub excommunicatione latæ ſententiæ, nulli tamen reſervata, & alijs pœnis arbitrio Ordinariorum, & declaratur talium Indulgentiarum, vel Indultorum uſum eſſe nullum.

Differunt. I. Quod per Sixtum quinque ſuſpenduntur, Indulgentia plenaria, poteſtas commutandi vota, diſpenſandi, vel componendi ſuper malè ablatis incertis, vel ea certo modo remittendi, & deputandi Confeſſarios cum poteſtate abſolvendi etiam à caſibus Papalibus. Ita *Navar. de Indulg. not.* 28. *n.* 1. declarans non comprehendi facultatem deputandi Confeſſarios ſinè dicta poteſtate: quia ſuſpenſio eſt odioſa, &c.

Et licet Gregorius, ultra indulgentias Plenarias, ſuſpendat earum causâ, facultates, conceſſiones, & indulta tantùm in genere; voluit tamen eadem prædicta eſſe ſuſpenſa; tum quia id facere dicit prædeceſſorum veſtigia ſecutus; tum quia verba, *Indulta quæcunque*, includunt ea, vel certè multò plura, quàm Indulgentia; tum quia apertè ſuſpenduntur alia, quæ non ſunt Indulgentia, non tamen illis expreſſis, vel quia jam eſſent revocata, vel nè videretur reducere compoſitiones ad Sedem. Ita *Navarr. ibid. not.* 33. *n.* 2.

At

At per Clementem & Urbanum (cujus omninò tenoris eſt etiam poſtrema ſuſpenſio facta ab Innocentio Papa X.) ſuſpenduntur tantùm omnes & ſingulæ Indulgentiæ, & facultates, ob Indulta abſolvendi à caſibus reſervatis: Non ergo aliæ, nempè commutandi vota, aut diſpenſandi ſuper eis, vel ſuper malè ablatis, quia odioſa non ſunt extendenda.

II. Quod Sixtus & Gregorius ſuſpendunt ad eorum, & Sedis beneplacitum · At reliqui. Anno Sancto durante tantùm.

His præmiſſis

Dubium I. *An intelligantur ſuſpenſæ Indulgentiæ altaris privilegiati, & aliæ pro Defunctis?*

Negativè reſpondetur cum communi. Ità *Navarr. not.* 25. *n.* 3. *Laym. l.* 5. *Th.mor. tr.* 7. *c.* 8. *n.* 3. & cum his alij recentiores; quia hæ Indulgentiæ non ſunt contra finem ſuſpenſionis, & ubi ceſſat cauſa finalis, ceſſat conſtitutio ipſa. Deinde ſicut nulla Indulgentia extenditur ad mortuos, niſi exprimatur, ut tradunt D. *Thom. in* 4. *diſt.* 45. *q.* 2. *ar.* 3. *Navar. not.* 22. *n.* 2. & alij communiter; ita nulla earum ſuſpenſio extenditur ad conceſſas pro mortuis, niſi extendatur vel expreſsè, vel ſaltem implicitè, ut ſi ſuſpendantur, vel revocentur Indulgentiæ conceſſæ alicui Eccleſiæ, cui nulla eſt conceſſa, niſi pro mortuis, aut ſi ſimpliciter, & abſolutè ſuſpendantur, vel revocentur omnes & ſingulæ Indulgentiæ conceſſæ rebus

particularibus, quibus ſunt conceſſæ Indulgentiæ etiam pro mortuis. Unde multi affirmârunt ab Vrbano VIII. Anno Sancto 1625. fuiſſe etiam quoad mortuos ſuſpenſas Indulgentias coronis, &c. Sed probabilius eſt non fuiſſe; tum quia non ſuſpendit abſolutè, ſed ob cauſam allatam initio hujus diſceptationis; tum quia Indulgentiarum ſuſpenſio eſt à jure communi exorbitans & odioſa.

II. *An Indulgentiæ conceſſæ, non tam Vniverſitatibus, ſed etiam perſonis ſingularibus?*

Per Sixtum ex *Navarro not. 28. n. 13. not. 33. n. 3.* non ſuſpenduntur conceſſæ particularibus perſonis, ſed ſolùm Eccleſijs, Monaſterijs, Hoſpitalibus, Vniverſitatibus, &c. quæ non ſunt ſingulares perſonæ, ſed ad ſummum conſtant ex ſingularibus perſonis, aliud eſt enim Collegium, aliud ſinguli de Collegio, & aliud Civitas, aliud Civis; & interdictà Civitate, non cenſentur interdicti Cives, & licet interdicto populo, ſinguli de populo cenſeantur interdicti, non quia ſinguli ſint populus, ſed ne interdictum reddatur inane: tamen ſuſpenſio Indulgentiarum & facultatum Univerſitatibus, & Collegijs conceſſarum, non redditur inanis, tametſi non intelligantur etiam ſuſpenſæ conceſſæ ſingularibus, &c.

Per Gregorium autem, Clementem & Urbanum ſuſpenduntur omnes, etiam ſingularibus perſonis conceſſæ, ut tradunt *Navarr. not.*

33.

33.n.1.& alij. & conſtat clarè ex bullis. Et licet Gregorius non expreſſerit Indulgentias conceſſas coronis, granis, &c. ut fecerunt Clemens & Urbanus, cenſebantur tamen ſuſpenſæ ob particulam, *omnes & ſingulas Indulgentias.*

III. *An Indulgentia quoad omnes vivos, etiam morientes?*

Affirmant communiter Layman ubi ſuprà, & alij, etiam quoad Moniales, carceri perpetuo, vel triremibus condemnatos, & quoſcunque alios non valentes ire Romam; ſed excipiunt conſtitutos in articulo mortis; quia ex una parte ſuſpenſiones, præſertim factæ à Gregorio, Clemente & Vrbano, comprehendunt omnes & ſingulas Indulgentias quibuſcunque conceſſas, & ex alia parte impedimentum eundi Romam, quod habent iſti, non eſt per ſe neceſſarium, ſicut in mortuis, ſed per accidens.

Quoad verò conſtitutos in articulo mortis, ſeu Indulgentias pro articulo mortis conceſſas, non eſſe ſuſpenſas ajunt Leo *de Jub. p. 1. q. 6. n. 242.* & Peirinus *tom. 1. prin. conſt. 7. Leon. X. §. 3. num. 3.* & fuiſſe ab Vrbano VIII. anno Jubilei 1625. declaratum, & Romæ publicatum à Vice Pœnitentiario, maximè quoad conceſſas Regularibus, & rebus benedictis.

Sed has quoque eſſe ſuſpenſas affirmant Navarrus *not. 28. n. 6.* & Layman; quia verba bullarum ſunt generalia, & Sixtus dixit, *ſeu in mor-*

tis articulo, &c. Nec juvat Epicheia, nam Indulgentia etiam Pleuaria, non eſt morituris neceſſaria ad ſalutẽ. Et refert Layman Urbanũ VIII. ſpeciali privilegio pro illo Anno 1625. conceſſiſſe Societati morientes poſſe illam obtinere.

Et hæc prima opinio videtur Boſſio *in tertia diſceptatione moralium* vera, ſi attendatur vis & rigor verborum, ac bullarum contextus, & etiam quia finis prætenſus eundi Romam videretur fruſtrari ob facilitatem conſequendi Indulgentiam, ſi contingat eo anno mori: ſecùs ex ſpeciali declaratione, &c. Quo caſu manebit etiam poteſtas abſolvendi à caſibus Papalibus, ſi adſit, & vigore illius in tali articulo abſolutus, ſi convaleſcat, non tenebitur ſe præſentare Papæ, quia eſt poteſtas acceſſoria Indulgentiæ.

IV. *An tantùm Indulgentia Plenaria, non verò non Plenaria?*

In terminis Sixti & Greg. affirmant Navarrus *not.25.n.2.not.33.n.1.* & alij; Tum quia ab eis expreſsè ſuſpenduntur tantùm Plenariæ, ibi, *Omnes & ſingulas Indulgentias Plenarias, &c.* quo modo eſt etiam intelligenda prohibitio publicandi alias Indulgentias; tum quia ratio finalis, nè ſcilicet, fideles retrahantur à peregrinatione Romana ob commoditatem lucrandi domi Indulgentias, ceſſat in non plenarijs; & ita ſibi reſpondiſſe Datarium Gregorij de mente ejuſdem.

Hoc idem expreſsè in terminis Clementis & Vrba-

Vrbani tradunt Filliucius *t. 1. tr. 8. c. 10. num. 151.* Layman *ubi ſuprà num. 2.* Nam particula *Indulgentias*, videtur etiam hic intelligenda cum reſtrictione ad plenarias; niſi aliter aliunde conſtaret de mente Papæ; idque ob rationem ex cauſa finali à Navarro deſumptam.

At per bullam Clem. & Vrb. eſſe ſuſpenſas etiam non plenarias, videtur Boſſio veriùs; quia ſimpliciter & abſolutè ſuſpendunt omnes & ſingulas Indulgentias (per quæ generalia verba voluit Layman eſſe ſuſpenſas etiam Indulgentias morituris, *ut viſum eſt ſuprà. ſed has*) Et retorquendo funndamentum Adverſariorum, probatur causâ finiali, ſcilicet, ad melius aſſequendum finem ſuſpenſionis, cùm multi putarent ſe poſſe delere omnes pœnas purgatorij, ſuis culpis debitas, conſequi domi Indulgentias, v. g. 500. vel 1000. annorum.

Cæterùm ſuppoſitâ priori opinione, ſi Papæ diploma contineat Indulgentiam plenariam, & non plenariam conjunctim, tunc ait Navarrus, *not. 33. n. 3.* etiam non plenariam ſuſpendi; quia quod eſt dignius, trahit ad ſe minùs dignum, & principaliùs minùs principale. Sed ſi ratio Navarri, quòd finis ſuſpenſionis ceſſet in Indulgentijs non plenarijs, urget, credendum eſt tunc ſuſpendi tantùm plenarias; ſecùs ſi ſuſpenſio fieret abſolutè abſque ordine ad dictum finem. Addit Benzonus *de Jub. l. 4. c. 8. dub. 8.* Si privilegium contineat conjun-

ctim. plenariam, & non plenariam, ſed reſpectu diverſarum Eccleſiarum, vel perſonarum, unc cenſeri ſuſpenſam plenariam, non aliam; quia utile per inutile vitiari non debet, juxta regulam Juris.

V. *An Indulgentiæ bullæ Cruciatæ ſaltem plenariæ?*

Per Sixtum non ſuſpenduntur; quia bulla Cruciatæ ſingularibus perſonis conceditur. Ita *Navarr. not. 28. n. 13. & 20. Benzon. ubi ſup. dub. 2. & 4. Sanchez lib. 8. de Matr. d. 38. n. 10.*

Sed per Greg. Clem. & Urb. affirmant Navarr. *not. 33. n. 3.* Benz. & alij, tametſi privilegium ſit conceſſum per modum contractûs; Cùm Papa & alij Principes poſſint tollere, nedum ſuſpendere privilegia gratis, vel modicà impensâ conceſsâ. Deinde ab eis expreſsè ſuſpenduntur Indulgentiæ & facultates conceſſæ, etiam ſingularibus perſonis cujuſcunq; dignitatis, & ex quibuſvis cauſis: & Clemens ac Urbanus addunt: *Tametſi* conceſſæ fuerint ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum, aut aliorum Principum, vel ipſis, &c.

Negant, teſtantes ita declarâſſe Clementem VIII. *Rodriq. in bulla Cruc. §. 12. dub. 8. n. 6.* Et *Sanchez ubi ſup. num. 9.* & *Diana 1. p. tr. 11. reſ. 97. Vrbanum VIII.* quia privilegia bullæ Cruciatæ conceduntur per modum contractûs, nempe ob eleemoſynam, & non parvam, ſaltem reſpectu totius collectionis: Neque Papæ in

in ſuſpenſione faciunt mentionem talis conceſſionis; privilegia autem per modum contractûs conceſſa non revocantur per generalem revocationem, *ex Sanchez*, & ſi revocentur, fieri debet compenſatio.

Prior opinio videtur verior ex vi verborum & contextu bullæ ſuſpenſionis, quâ tollitur favor datus ob rem verè parvam, ſaltem reſpectu ſingularium perſonarum, & compenſatur ſuperabundanter largitione pleniſſimi Jubilei. Huic favet etiam finis ſuſpenſionis: ſecùs ex vi declarationis, ſi à Papa fiat.

VI. *An Indulgentiæ plenariæ Eccleſiarum Urbis?*

Sixtus & Gregorius expreſsè illas excipiunt; à Clemente & Urbano etiam non eſſe ſuſpenſas, niſi aliter Papa contrarium exprimat, docet *Filliuc. to. 2. tr. 16. cap. 10. num. 252.* quia licet non faciant talem exceptionem, cauſa tamen ſuſpenſionis non militat in illis Indulgentijs.

Quod idem probabilius cum *Navarr. not. 33. num. 4. & Benzono ubi ſuprà dub. 5.* dicendum eſt de Indulgentijs Eccleſiarum extra Vrbem ſitarum in ſuburbijs & continentibus ædificijs; quia ſunt Eccleſiæ Urbis, neque in illis militat ratio ſuſpenſionis.

VII. *An Indulgentiæ Sanctæ Mariæ Lauretanæ?*

Licet Gregorius, ex Benzono *ibid. dub. 5.* de-

vel cum reſpectu ad poſſibilitatem, dicunt aliqui, tunc eſſe debere proportionatam juxta conditionem perſonarum, facultatum & bonorum, ità ut dives abundantiùs det, quàm pauper, ſecùs non acquiri Indulgentiam ſaltem totam. *Navar. n. 34.* quia tunc Papa videtur exigere eleëmoſynam congruam & rationabilem, qualis non eſſet parva reſpectu divitis; Alij tenent in utroque caſu pro lucro etiam totius Indulgentiæ ſufficere quamcunque eleëmoſynam, etiam minimam, tam in divite, quàm in paupere, & verba illa (juxta facultatem) poni adhortativè, non præceptivè. *Botton. pag. 196.* quia ſecùs difficilis eſſet conſecutio Jubilei, remanente ſemper dubio de quantitate ſeu proportione eleëmoſynæ. Prima opinio eſt tutior, & conſulenda in praxi. Tertia eſt probabilior, quæ tenet primò Eleëmoſynam eſſe faciendam juxta facultatem, & ſic majorem à divite, quàm à paupere, ſi id in bulla expreſsè dicatur. *Heuriq. l. c. n. 7. lit. Q. in text.* quæ minùs minima eſſe non debet, ſed ſaltem minimam attingere, intra ſuam latitudinem, & ſufficit ad lucrandam Indulgentiam. Et ſufficit etiam, ſi detur eleëmoſyna competens ſtatui, juxta illam quam homines talis ſtatûs communiter ſolent facere extra Jubileum. Secundò tenet tam in divite, quàm in paupere ſufficere quamlibet eleëmoſynam pro lucro etiam totius Indulgentiæ, ſi in bulla præſcribatur

tur abſolutè & omninò indeterminatè; quia ſic ſufficienter adimpletur ſubſtantia operis injuncti.

DISCEPTATIO.

De Suſpenſione Indulgentiarum & aliarum facultatum in Anno Jubilei fieri ſolita.

EXtravagans Sixti IV. & bullæ Gregorij XIII. Clementis VIII. & Urbani VIII. ſuſpenſivæ Indulgentiarum, & aliarum facultatum in Anno Sancto (juxta quarum ferè tenorem futuras eſſe alias facilè credi poteſt:)

Conveniunt. I. In aſſignatione cauſæ finalis dictæ ſuſpenſionis, nempè, ut Annus Jubileus majori fidelium concurſu in Urbe celebraretur, & viſitarentur Baſilicæ in bulla Jubilei præſcriptæ, qui finis impediretur, ſi fideles extra Urbem Indulgentijs, maximè plenarijs eo anno frui poſſent.

II. In ſuſpenſione omnium Indulgentiarum, facultatum & indultorum, conceſſarum vel conceſſorum quibuſcunque in perpetuum, vel ad tempus, etiam per communicationem, extenſionem, vel aliter quomodocunque.

III. Quia

III. Quia inhibetur alias Indulgentias, quàm indicti Jubilei publicè, vel privatim publicari; mandatúrque ſecùs facientes per locorum Ordinarios arceri, & quidem à Sixto ſub cenſuris, & pœnis arbitrarijs, & à reliquis ſub excommunicatione latæ ſententiæ, nulli tamen reſervata, & alijs pœnis arbitrio Ordinariorum, & declaratur talium Indulgentiarum, vel Indultorum uſum eſſe nullum.

Differunt. I. Quod per Sixtum quinque ſuſpenduntur, Indulgentia plenaria, poteſtas commutandi vota, diſpenſandi, vel componendi ſuper malè ablatis incertis, vel ea certo modo remittendi, & deputandi Confeſſarios cum poteſtate abſolvendi etiam à caſibus Papalibus. Ita *Navar. de Indulg. not.* 28. *n.* 1. declarans non comprehendi facultatem deputandi Confeſſarios ſinè dicta poteſtate: quia ſuſpenſio eſt odioſa, &c.

Et licet Gregorius, ultra indulgentias Plenarias, ſuſpendat earum causâ, facultates, conceſſiones, & indulta tantùm in genere; voluit tamen eadem prædicta eſſe ſuſpenſa; tum quia id facere dicit prædeceſſorum veſtigia ſecutus; tum quia verba, *Indulta quæcunque*, includunt ea, vel certè multò plura, quàm Indulgentia; tum quia apertè ſuſpenduntur alia, quæ non ſunt Indulgentia, non tamen illis expreſſis, vel quia jam eſſent revocata, vel nè videretur reducere compoſitiones ad Sedem. Ita *Navarr. ibid. not.* 33. *n.* 2.

At

At per Clementem & Urbanum (cujus omninò tenoris eſt etiam poſtrema ſuſpenſio facta ab Innocentio Papa X.) ſuſpenduntur tantùm omnes & ſingulæ Indulgentiæ, & facultates, ob Indulta abſolvendi à caſibus reſervatis: Non ergo aliæ, nempè commutandi vota, aut diſpenſandi ſuper eis, vel ſuper malè ablatis, quia odioſa non ſunt extendenda.

II. Quod Sixtus & Gregorius ſuſpendunt ad eorum, & Sedis beneplacitum· At reliqui. Anno Sancto durante tantùm.

His præmiſſis

Dubium I. *An intelligantur ſuſpenſæ Indulgentiæ altaris privilegiati, & aliæ pro Defunctis?*

Negativè reſpondetur cum communi. Ità *Navarr. not.* 25. *n.* 3. *Laym. l.* 5. *Th.mor. tr.* 7. *c.* 8. *n.* 3. & cum his alij recentiores; quia hæ Indulgentiæ non ſunt contra finem ſuſpenſionis, & ubi ceſſat cauſa finalis, ceſſat conſtitutio ipſa. Deinde ſicut nulla Indulgentia extenditur ad mortuos, niſi exprimatur, ut tradunt *D. Thom. in* 4. *diſt.* 45. *q.* 2. *ar.* 3. *Navar. not.* 22. *n.* 2. & alij communiter; ita nulla earum ſuſpenſio extenditur ad conceſſas pro mortuis, niſi extendatur vel expreſsè, vel ſaltem implicitè, ut ſi ſuſpendantur, vel revocentur Indulgentiæ conceſſæ alicui Eccleſiæ, cui nulla eſt conceſſa, niſi pro mortuis, aut ſi ſimpliciter, & abſolutè ſuſpendantur, vel revocentur omnes & ſingulæ Indulgentiæ conceſſæ rebus

parti-

Digitized by Google

particularibus, quibus ſunt conceſſæ Indulgentiæ etiam pro mortuis. Unde multi affirmârunt ab Vrbano VIII. Anno Sancto 1625. fuiſſe etiam quoad mortuos ſuſpenſas Indulgentias coronis, &c. Sed probabilius eſt non fuiſſe; tum quia non ſuſpendit abſolutè, ſed ob cauſam allatam initio hujus diſceptationis; tum quia Indulgentiarum ſuſpenſio eſt à jure communi exorbitans & odioſa.

II. *An Indulgentiæ conceſſæ, non tam Vniverſitatibus, ſed etiam perſonis ſingularibus?*

Per Sixtum ex *Navarro not. 28. n. 13. not. 33. n. 3.* non ſuſpenduntur conceſſæ particularibus perſonis, ſed ſolùm Eccleſijs, Monaſterijs, Hoſpitalibus, Vniverſitatibus, &c. quæ non ſunt ſingulares perſonæ, ſed ad ſummum conſtant ex ſingularibus perſonis, aliud eſt enim Collegium, aliud ſinguli de Collegio, & aliud Civitas, aliud Civis; & interdictà Civitate, non cenſentur interdicti Cives, & licet interdicto populo, ſinguli de populo cenſeantur interdicti, non quia ſinguli ſint populus, ſed ne interdictum reddatur inane: tamen ſuſpenſio Indulgentiarum & facultatum Univerſitatibus, & Collegijs conceſſarum, non redditur inanis, tametſi non intelligantur etiam ſuſpenſæ conceſſæ ſingularibus, &c.

Per Gregorium autem, Clementem & Urbanum ſuſpenduntur omnes, etiam ſingularibus perſonis conceſſæ, ut tradunt *Navarr. not.*

33.

Digitized by Google

33.n.1.& alij. & conſtat clarè ex bullis. Et licet Gregorius non expreſſerit Indulgentias conceſſas coronis, granis, &c. ut fecerunt Clemens & Urbanus, cenſebantur tamen ſuſpenſæ ob particulam, *omnes & ſingulas Indulgentias.*

III. *An Indulgentia quoad omnes vivos, etiam morientes?*

Affirmant communiter Layman ubi ſuprà, & alij, etiam quoad Moniales, carceri perpetuo, vel triremibus condemnatos, & quoſcunque alios non valentes ire Romam; ſed excipiunt conſtitutos in articulo mortis; quia ex una parte ſuſpenſiones, præſertim factæ à Gregorio, Clemente & Vrbano, comprehendunt omnes & ſingulas Indulgentias quibuſcunque conceſſas, & ex alia parte impedimentum eundi Romam, quod habent iſti, non eſt per ſe neceſſarium, ſicut in mortuis, ſed per accidens.

Quoad verò conſtitutos in articulo mortis, ſeu Indulgentias pro articulo mortis conceſſas, non eſſe ſuſpenſas ajunt Leo *de Jub. p. 1. q. 6. n. 242.* & Peirinus *tom. 1. prin. conſt. 7. Leon. X. §. 3. num. 3.* & fuiſſe ab Vrbano VIII. anno Jubilei 1625. declaratum, & Romæ publicatum à Vice Pœnitentiario, maximè quoad conceſſas Regularibus, & rebus benedictis.

Sed has quoque eſſe ſuſpenſas affirmant Navarrus *not. 28. n. 6.* & Layman; quia verba bullarum ſunt generalia, & Sixtus dixit, *ſeu in mor-*

tis articulo, &c. Nec juvat Epicheia, nam Indulgentia etiam Plenaria, non eſt morituris neceſſaria ad ſalutē. Et refert Layman Urbanū VIII. ſpeciali privilegio pro illo Anno 1625. conceſſiſſe Societati morientes poſſe illam obtinere.

Et hæc prima opinio videtur Boſſio *in tertia diſceptatione moralium* vera, ſi attendatur vis & rigor verborum, ac bullarum contextus, & etiam quia finis prætenſus eundi Romam videretur fruſtrari ob facilitatem conſequendi Indulgentiam, ſi contingat eo anno mori: ſecùs ex ſpeciali declaratione, &c. Quo caſu manebit etiam poteſtas abſolvendi à caſibus Papalibus, ſi adſit, & vigore illius in tali articulo abſolutus, ſi convaleſcat, non tenebitur ſe præſentare Papæ, quia eſt poteſtas acceſſoria Indulgentiæ.

IV. *An tantùm Indulgentiæ Plenariæ, non verò non Plenariæ?*

In terminis Sixti & Greg. affirmant Navarrus *not. 25. n. 2. not. 33. n. 1.* & alij; Tum quia ab eis expreſsè ſuſpenduntur tantùm Plenariæ, ibi, *Omnes & ſingulas Indulgentias Plenarias, &c.* quo modo eſt etiam intelligenda prohibitio publicandi alias Indulgentias; tum quia ratio finalis, nè ſcilicet, fideles retrahantur à peregrinatione Romana ob commoditatem lucrandi domi Indulgentias, ceſſat in non plenarijs; & ita ſibi reſpondiſſe Datarium Gregorij de mente ejuſdem.

Hoc idem expreſsè in terminis Clementis & Vrba-

Vrbani tradunt Filliucius *t. 1. tr. 8. c. 10. num. 151.* Layman *ubi ſuprà num. 2.* Nam particula. *Indulgentias*, videtur etiam hic intelligenda cum reſtrictione ad plenarias; niſi aliter aliunde conſtaret de mente Papæ; idque ob rationem ex cauſa finali â Navarro deſumptam.

At per bullam Clem. & Vrb. eſſe ſuſpenſas etiam non plenarias, videtur Boſſio veriùs; quia ſimpliciter & abſolutè ſuſpendunt omnes & ſingulas Indulgentias (per quæ generalia verba voluit Layman eſſe ſuſpenſas etiam Indulgentias morituris, *ut viſum eſt ſuprà. ſed has*) Et retorquendo funndamentum Adverſariorum, probatur causâ finiali, ſcilicet, ad melius aſſequendum finem ſuſpenſionis, cùm mnlti putarent ſe poſſe delere omnes pœnas purgatorij, ſuis culpis debitas, conſequi domi Indulgentias, v. g. 500. vel 1000. annorum.

Cæterùm ſuppoſitâ priori opinione, ſi Papæ diploma contineat Indulgentiam plenariam, & non plenariam conjunctim, tunc ait Navarrus, *not. 33. n. 3.* etiam non plenariam ſuſpendi; quia quod eſt dignius, trahit ad ſe minùs dignum, & principaliùs minùs principale. Sed ſi ratio Navarri, quòd finis ſuſpenſionis ceſſet in Indulgentijs non plenarijs, urget, credendum eſt tunc ſuſpendi tantùm plenarias; ſecùs ſi ſuſpenſio fieret abſolutè abſque ordine ad dictum finem. Addit Benzonus *de Jub. l. 4. c. 8. dub. 8.* Si privilegium contineat conjun-

Digitized by Google

ctim. plenariam, & non plenariam, ſed reſpectu diverſarum Eccleſiarum, vel perſonarum, unc cenſeri ſuſpenſam plenariam, non aliam; quia utile per inutile vitiari non debet, juxta regulam Juris.

V. *An Indulgentiæ bullæ Cruciatæ ſaltem plenariæ?*

Per Sixtum non ſuſpenduntur; quia bulla Cruciatæ ſingularibus perſonis conceditur. Ita *Navarr. not. 28. n. 13. & 20. Benzon. ubi ſup. dub. 2. & 4. Sanchez lib. 8. de Matr. d. 38. n. 10.*

Sed per Greg. Clem. & Urb. affirmant Navarr. *not. 33. n. 3.* Benz. & alij, tametſi privilegium ſit conceſſum per modum contractûs; Cùm Papa & alij Principes poſſint tollere, nedum ſuſpendere privilegia gratis, vel modicà impenſâ conceſsâ. Deinde ab eis expreſsè ſuſpenduntur Indulgentiæ & facultates conceſſæ, etiam ſingularibus perſonis cujuſcunq; dignitatis, & ex quibuſvis cauſis: & Clemens ac Urbanus addunt: *Tametſi* conceſſæ fuerint ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum, aut aliorum Principum, vel ipſis, &c.

Negant, teſtantes ita declarâſſe Clementem VIII. *Rodriq. in bulla Cruc. §. 12. dub. 8. n. 6.* Et *Sanchez ubi ſup. num. 9.* & *Diana 1. p. tr. 11. reſ. 97. Vrbanum VIII.* quia privilegia bullæ Cruciatæ conceduntur per modum contractûs, nempe ob eleemoſynam, & non parvam, ſaltem reſpectu totius collectionis: Neque Papæ

in

in ſuſpenſione faciunt mentionem talis conceſſionis; privilegia autem per modum contractûs conceſſa non revocantur per generalem revocationem, *ex Sanchez*, & ſi revocentur, fieri debet compenſatio.

Prior opinio videtur verior ex vi verborum & contextu bullæ ſuſpenſionis, quâ tollitur favor datus ob rem verè parvam, ſaltem reſpectu ſingularium perſonarum, & compenſatur ſuperabundanter largitione pleniſſimi Jubilei. Huic favet etiam finis ſuſpenſionis: ſecùs ex vi declarationis, ſi à Papa fiat.

VI. *An Indulgentiæ plenariæ Eccleſiarum Urbis?*

Sixtus & Gregorius expreſsè illas excipiunt; à Clemente & Urbano etiam non eſſe ſuſpenſas, niſi aliter Papa contrarium exprimat, docet *Filliuc. to. 2. tr. 16. cap. 10. num. 252.* quia licet non faciant talem exceptionem, cauſa tamen ſuſpenſionis non militat in illis Indulgentijs.

Quod idem probabilius cum *Navarr. not. 33. num. 4. & Benzono ubi ſuprà dub. 5.* dicendum eſt de Indulgentijs Eccleſiarum extra Vrbem ſitarum in ſuburbijs & continentibus ædificijs; quia ſunt Eccleſiæ Urbis, neque in illis militat ratio ſuſpenſionis.

VII. *An Indulgentiæ Sanctæ Mariæ Lauretanæ?*

Licet Gregorius, ex Benzono *ibid. dub. 5.* de-

claraverit in ſua ſuſpenſione non comprehendere Indulgentiam Mariam Lauretanam, ex vi tamen verborum, præſertim bullæ Clementis & Vrbani certum eſt eſſe ſuſpenſas, cùm ſuſpenſio ſit generalis; Et Clemens VIII. eidem Eccleſiæ conceſſit Indulgentiam plenariam cum limitatione uſq; ad futurum Annum Sanctum excluſivè, quam limitationem Benzonus cum Navarro *not. 28. n. 33.* intelligit etiam de quacunque alia Indulgentia cuicunque alteri Eccleſiæ conceſſa, cùm hæc regulariter ſit mens Papæ.

Manent tamen ex Benzono, aliæ facultates circa caſus Papales Pœnitentiarijs illius Eccleſiæ conceſſæ, ob commodum ſpirituale peregrinorum, juxta dicenda, *dub. 12. verſ. & Idem.*

VIII. *An Indulgentia plenaria perpetua Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum Aſſiſienſis in feſto Portiunculæ die 2. Auguſti?*

Tametſi ex vi verborum videatur ſuſpenſa; non eſt tamen veriſimile, niſi alias exprimatur in ſpecie, in generali ſuſpenſione eam comprehendi, prout etiam ab Vrbano VIII. quoad annum 1625. fuiſſe declaratum teſtatur Breve, cujus copia extat Mediolani in Monaſterio Pacis; idque ob ſpecialem modum, quo fuit conceſſa, nempè, ab Honorio III. imperio ipſiuſmet Chriſti.

Indulgentia verò pro eodem die extenſa ad alias Eccleſias Ordinis Minorum, ſeu Sancti

Fran-

Digitized by Google

Franciſci, eſt in dicta ſuſpenſione comprehenſa, ut dictum eſt de Indulgentia Lauretana; quia non militat eadem ratio ſpecialis modi conceſſionis.

IX. *An Indulgentiæ unius anni in Dedicatione Eccleſiæ, & quadraginta dierum in Anniverſario, aut alias dari ſolitæ à Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis in ſuis Diœceſibus?*

Quidquid ſit de ſuſpenſionibus factis à Sixto & Gregorio, cùm videantur ſuſpendere Indulgentias, non ſolùm à Se, & Sede; ſed etiam, *ejus auctoritate*, conceſſas; ſanè cum Navarro, *ibid. num.* 17. Benzono *ibid. dub.* 3. & fortè communi, negandum eſt, ſaltem vi ſuſpenſionis Clementis & Vrbani eſſe ſuſpenſas; quia ij non ſuſpendunt Indulgentias & facultates Prælatis Papæ inferioribus ex ordinaria auctoritate competentes; ſed tantùm à Papa ex auctoritate Apoſtolica conceſſas, ut conſtat ex bullis.

X. *An hæc ſuſpenſio duret etiam elapſo Anno ſancto?*

Navarrus *not.* 28. *num.* 31. *not.* 33. *n.* 7. in terminis Extravagantis Sixti, & bullæ Gregorij, putat durare etiam poſt annum Jubilei, ob clauſulam: *Ad noſtrum & ſedis Apoſtolicæ beneplacitum:* nec ſufficere tacitam, ſed requiri expreſſam revocationem; & ſuſpenſionem à Gregorio factam non fuiſſe revocatam (licet hæſitet de facta à Sixto) ideóque Univerſitates & perſonas ſingulares rectè ſibi conſulturas,

ſi obtineant revocationem ſuſpenſionis, vel confirmationem privilegiorum.

At juxta bullam Clementis, & Vrbani certum eſt durare ſolùm quoad Annum Sanctum; quia finitur ſuſpenſio, quoties in bulla dicitur: *Eodem Anno durante*: vel quid ſimile.

Immò & ſuſpenſionem Sixti, & Gregorij durare ſolùm per Annum Sanctum, docet Filliucius *tom. 1. tr. 18. c. 10. n. 253.*

Sed providè Clemens & Urbanus ſuſpenſionem reſtrinxerunt ad limites Anni Sancti, tum ad ſublevandum ab onere quærendi confirmationem facultatum & indultorum, tum ad conſolationem fidelium.

XI. *Quam pœnam contrahant publicantes publicè, vel privatim alias Indulgentias?*

Conſtat ex bullis ſuſpenſivis, præter peccatum mortale, incurrere excommunicationem, & alias pœnas arbitrio Superiorum, *de quibus ſuprà initio Diſcept. Vide Navarr. not. 33. Verb. Præcipimus.*

XII. *Quænam facultates & Indulta intelligantur ſuſpenſa?*

Per Sixtum & Gregorium ſuſpenduntur facultates omnes (*de quibus ſuprà verſ. Differunt*) ſed ſolùm causâ Indulgentiæ plenariæ, non ob alios fines, nec ob Indulgentiam non plenariam conceſſæ, ut exprimitur in bullis, & tradunt *Navar. not. 33. Verſ. Facultates; & con. 17. de pœn. lib. 5. & alij.*

Et

Et idem dicendum cum Filliucio *to. 1. tr. 16. c. 10. n. 254.* & Layman *ubi ſuprà num. 4.* juxta bullas Clementis & Vrbani, tametſi non adſit particula, *Occaſione ipſarum*, ut ſentit Boſſius, ſed ſubintelligi, ſcilicet, ſuſpendi facultates occaſione & causâ conſequendæ Indulgentiæ plenariæ, & non plenariæ, non ob alios fines conceſſas, nempe vel ob commodum pœnitentium, aut peregrinorum, ut illa de qua *dub. 7. in fine*; vel in favorem alicujus Communitatis, aut Perſonæ. Id quod videtur colligi ex paragrapho, ubi inhibetur publicatio tantùm Indulgentiarum, tacitis facultatibus abſolvendi, eò quia ſuſpenduntur tantùm facultates in ordine ad Indulgentias, quarum publicatio ſufficienter prohibita cenſetur, publicatione Indulgentiarum prohibita.

Hinc I. non eſt ſuſpenſum privilegium Regularium abſolvendi à caſibus Papalibus exceptis contentis in bulla Cœnæ & Decreto ſacræ Congregationis 9. Januatij 1601. Quia non eſt conceſſum intuitu Indulgentiæ. Ita *Henriq. lib. 7. ſum. c. 21. §. 3. lit. K. in gloſſ.*

Neque II. Facultas circa occulta Papalia conceſſa Epiſcopis *in cap. Liceat.* Trid. 7. quia non competit Epiſcopis in ordine ad Indulgentiam, ſed ratione Juriſdictionis ordinariæ: Neque facultates Nunciorum & Legatorum Papæ circa Papalia, cùm ſint Ordinarij.

Neque III. facultas Epiſcoporum, Nunciorum

rum,& Legatorum abſolvendi à caſibus & cenſuris Papalibus, etiam non occultis, extra mortis articulum, impeditos adire Sedem; quia competit eis ratione Juriſdictionis ordinariæ.

Neque demùm, & multò minùs, facultas cuilibet Sacerdoti, ſive jure divino, ſive ſaltem poſitivo communi Eccleſiaſtico competens abſolvendi in articulo, vel periculo mortis conſtitutos ab omnibus culpis & cenſuris Epiſcopalibus, & Papalibus.

FINIS.

IN-

INDEX DIGITUS,

Demonſtrans ea, de quibus in Viſitatione Epiſcopali Parochorum, potiſſima habetur ratio, & diſquiſitio.

I. DE PAROCHO.

De
- *Nomine.*
- *Cognomine.*
- *Patria.*
- *Ætate.*
- *Beneficij titulo, à quo collatio, & quando?*
- *Pluralitate beneficiorum.*
- *Penſionibus activis & paſſivis.*
- *Profeſſione fidei.*
- *Redditibus.*
- *Oneribus.*
- *Satiſfactionibus.*
- *Officio Divino.*
- *Finibus deſcriptis.*
- *Arboribus cœſis.*
- *Alienationibus.*
- *Locationibus.*
- *An Conſanguineis?*

II. DE

Digitized by Google

De {

Inventario bonorum ſtabilium, & redditúum Eccleſiarum, Decimarum, & Oblationum.

Indice beneficiorum, quæ ſunt intra fines Parochiæ.

Indice Eccleſiarum, Oratoriorum, Capellarum, cum oneribus intra eoſdem fines.

Indice Sodalitatum, Confratriarum, locorúmve piorum. Item Monaſteriorum tam virorum quàm mulierum, cum titulis proprijs. Item Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum, Clericorum ſæcularium ejuſdem Parochiæ.

Indice eorum qui diſciplinam Eccleſiaſticam, ut Clerici fiant, ingrediuntur.

Indice Laicorum, qui Eccleſiæ deſerviunt in Divinis officijs, funeribus, &c.

Indice bonorum fortaſſe uſurpatorum à laicis.

Indice miſſarum receptarum, & celebrandarum, & quibus factum ſit ſatis.

Indice legatorum ſolutorum, & ſolvendorum ad pias cauſas relictorum.

Indice Conjugum diviſorum, excommunicatorum, interdictorum, feſta violantium, aleatorum, & prohibitos libros habentium.

Codicibus Parochialibus baptizatorum, confirmatorum, matrimonio conjunctorum, ſtatus animarum, & defunctorum.

Decretis Synodalibus, Edictis, Bullâ in cœnâ Domini, & Caſibus reſervatis.

Indice

De { *Indice eorum, qui in Parochia de hæreſi ſuſpecti ſunt, qui blaſphemi, malefici, ſimoniaci, uſurarij, concubinarij, adulteri, notoriè criminoſi, & qui non communicârunt in Paſchate.*
Indice Medicorum, Ludimagiſtrorum, Obſtetricum, Pictorum, & ſculptorum, Bibliopolarum, Notariorum, Cauponum, & ſimilium perſonarum, de quibus nôſſe debet Epiſcopus. }

III. DE RESIDENTIA.

De { *Miſsâ frequenti.*
Concione.
Feſtorum, Vigiliarum, Edictorum publicatione.
Doctrina Chriſtiana.
Veſperis.
Proceſſionibus.
Feſtis proprijs.
Conſuetudinibus.
Matrimoniorum denunciationibus. }

IV. DE PAROCHIARUM NUMERO.

De { *Miniſtris an ſufficientes?*
Cineribus, candelis, palmis, An benedicat?
Functione in triduo majoris Hebdomadæ, qualis?
Hoſtia reſervata in Calice tecto. }

Fontis

De { *Fontis benedictione & cerei Paſchalis.*
Litanijs majoribus & minoribus.
Ritibus in celebranda Miſſa ſolemni & privata.
Benedictione domorum.
Repreſentationibus pijs. }

V. DE SACRAMENTORUM ADMINISTRATIONE.

De { *Compatribus in baptiſmo.*
Obſtetricibus peritis.
Cautione in lecto pro Infantibus. }

An ultra dies tres differatur baptiſmus?
An domi fiat?

De { *Fonte baptiſmali, qualis?*
Imagine Sancti Ioannis Baptiſtæ Chriſtum bapzante.
Aqua.
Sale.
Sacrario vicino.
Cochleari pro infundenda aqua.
Vaſe Oleorum ſacrorum.
Linteo ad tergenda capita. }

VI. DE POENITENTIÆ SACRAMENTO.

An ante diem, vel noctu audiat mulieres?
An alienos?
An cum ſtola?
An in ſede poſita in publico.
An habeat lamina forata?
An velum ſpiſſum?

An

An Imaginem piam?
An Bullam Cœnæ?
An Caſus Epiſcopo reſervatos ibidem affixos?
An claudi queat ne laici ſedeant?

VII. DE COMMUNIONE.

De
- *Puerorum inſtructione.*
- *Apparatu.*
- *Concurſu pro communione ægrotorum.*
- *Frequentia.*
- *Pixide auro lita intus.*
- *Velo opere ſerico, auro argentóque ornato.*
- *Particulis.*
- *Fragmentis.*
- *Renovatione.*
- *Tabernaculo geſtatorio pro Proceſſione.*
- *Lampade ardente.*
- *Pixide pro infirmis.*
- *Burſa cum chordulis alba pro rurali communione, ut à collo pendeat pixis.*
- *Vmbella coloris albi.*
- *Laterna.*
- *Intortitijs.*
- *Velo pro humeris longo.*
- *Corporali ſtrato.*

VIII. DE EXTREMA UNCTIONE.

An renes mulierum ungantur?
Manus Sacerdotum qualiter?

Digitized by Google

De { *Viſitatione infirmorum.*
Commendatione animarum.
Armario in Eccleſia à latere Evangelij.
Vaſe ſtanneo intra capſulam ex corio ambuſto, vel ligneam.
Bombacio madido oleo, & ſicco ſuperius.
Burſa violacea.
Ampullis pro deferendis à Cathedrali Oleis.
Arcula & clavi, ſi mittatur qui ea deferat.
Renovatione.
Combuſtione veterum. }

IX. DE MATRIMONIO.

De ſponſalibus.
An conſenſus ſeparatim exquiratur?
De cohabitatione ſponſorum ante matrimonium.
De abuſu.
De uſu Ritualis.

X. DE SACRIS RELIQUIIS.

De { *Nominibus Reliquiarum.*
Approbatione.
Expoſitione.
Officijs Divinis.
Feſtis.
Armario & clavi. }

XI. DE ALTARIBUS.

De { *Ara lapidea.*
Conſecratione totius.
Tela cerata immobili. }

Feneſtillis

De { *Feneſtellis multis.*
Mappis tribus, vel una duplicata è lino vel canabi.
Earum benedictione.
Campanula.
Cruce cum imagine Crucifixi.
Candelabris.
Icone.
Statuis.
Tabella ſecretarum cornicibus ornata.
Tela ſtragula coloris viridis.
Mutatione mapparum.
Pallijs varijs.
Cereoſtatis.
Tabella ultimi Evangelij.
Pulvinaribus lana ſolida, piliſve cervinis plenis cum flocculis lanciniatis in quatuor angulis. }

XII. DE DOTE ALTARIS.

De { *Patrono.*
Onere Miſſarum.
Titulo beneficij.
Feſto. }

An officium?
An privilegium pro defunctis?

XIII. DE ECCLESIA IPSA.

De { *Eccleſiæ titulo.*
Dedicatione.
Feſto utrinſque. }

Digitized by Google

De { *Officio, quo ritu?*
Alijs feſtis proprijs.
Indulgentijs.
Stationibus.
Oratione quadraginta horarum. }

XIV. DE COEMETERIO.

De { *Clauſura.*
Cruce lignea.
Arboribus nullis.
Benedictione.
Epitaphijs indecoris.
Sepultura pro clero & pro pueris. }

XV. DE SACRISTIA.

De { *Miſſalibus.*
Calicibus: An reflexo labro?
Patenis inauratis.
Purificatorijs è tela neque tenui, neque nimis craſſa.
Corporalibus è tela linea.
Velis opere ſerico ornatis, vel alio.
Burſis à fronte cum Cruce, vel S. Imagine.
Amictu è tenui tela.
Alba è tela linea.
Cingulis ex candido lino, vel canabi tenui.
Caſulis, ſtolis, & manipulis quinque colorum.
Caſulis cum columna à tergo, cum Cruce ante pectus.
Stolis cum tribus crucibus. }

Mani-

Digitized by Google

De
- *Manipulis cum tribus crucibus,*
- *Caſulis feſtivis, & ferialibus.*
- *Pluvialibus ad imos uſque talos cum caputio à tergo.*
- *Pallijs ſeu Antipendijs in medio cum Cruce, aut imagine S. Altaris.*
- *Panno mortuorum.*
- *Mappis varijs.*
- *Mappulis ad manus tergendas.*
- *Alijs ad communionis uſum.*
- *Superpelliceis è tela tenui.*
- *Tabellis onerum, feſtorum, vigiliarum, precum ante & poſt Miſſam.*
- *Calendario.*
- *Vrceolis.*
- *Vaſe pro aquâ cum aſpergillo.*
- *Campanula.*
- *Vaſe pro laicorum purificatione.*
- *Thuribulo cum navicula.*
- *Cruce proceſſionali.*
- *Vaſis ad lavanda Corporalia aneis inſtar pelvis.*
- *Piſcina ſacra.*
- *Libris.*
- *Rituali novo.*
- *Inventario prædictorum.*

XVI. DE FUNERIBUS.

- *Qui mos?*
- *Qui abuſus?*

Digitized by Google

XVII. A LAICIS DE PAROCHORUM MORIBUS.

De
- *Habitu.*
- *Tonſura.*
- *Barba.*
- *Annulo.*
- *Capillis.*
- *Incolis.*
- *Cohabitatione ancillarum, &c.*

XVIII. DE ÆDIBUS PAROCHI.

De
- *Reparatione.*
- *Diſtantia ab Eccleſia.*

MO-

MONITA
AD
PAROCHOS.

PArochi, & quicunnq; animarum curam geritis, memores perpetuò eſtote vocationis, quâ vos dignatus eſt Dominus veſter.

Quâ aſſiduâ recordatione, memoriáque excitati, eam vos virtutem induite, ut videant alij, quaſi lumen aliquod, veſtram ſanctitatem elucere, quæ ſi magna in alijs vitæ Chriſtianæ inſtitutis requiritur, certè in vobis, qui myſteriorum Dei Miniſtri, Divinæ gratiæ diſpenſatores eſtis, major ineſſe debet.

Et ſicut ſacro Ordine à reliquis hominibus ſejuncti eſtis, ita à communis fidelium vitæ uſu ſejuncti, præcipuum quoddam, atque hoc præſtantius vivendi genus ſequimini, quo ordinis dignitate præcellitis.

Cœleſtem in terris vitam, tanquam Angeli Dei, moribus veſtris exprimere uſque adeò ſtudete, ut â vobis Divinarum virtutum exempla ad cæteros emanent.

Conſiderate, vos non ſolùm hominum Paſto-

XVII. A LAICIS DE PAROCHORUM MORIBUS.

De
- *Habitu.*
- *Tonſura.*
- *Barba.*
- *Annulo.*
- *Capillis.*
- *Incolis.*
- *Cohabitatione ancillarum, &c.*

XVIII. DE ÆDIBUS PAROCHI.

De
- *Reparatione.*
- *Diſtantia ab Eccleſia.*

MO-

Digitized by Google

MONITA
AD
PAROCHOS.

PArochi, & quicunnq; animarum curam geritis, memores perpetuò eſtote vocationis, quâ vos dignatus eſt Dominus veſter.

Quâ aſſiduâ recordatione, memoriáque excitati, eam vos virtutem induite, ut videant alij, quaſi lumen aliquod, veſtram ſanctitatem elucere, quæ ſi magna in alijs vitæ Chriſtianæ inſtitutis requiritur, certè in vobis, qui myſteriorum Dei Miniſtri, Divinæ gratiæ diſpenſatores eſtis, major ineſſe debet.

Et ſicut ſacro Ordine à reliquis hominibus ſejuncti eſtis, ita à communis fidelium vitæ uſu ſejuncti, præcipuum quoddam, atque hoc præſtantius vivendi genus ſequimini, quo ordinis dignitate præcellitis.

Cœleſtem in terris vitam, tanquam Angeli Dei, moribus veſtris exprimere uſque adeò ſtudete, ut à vobis Divinarum virtutum exempla ad cæteros emanent.

Conſiderate, vos non ſolùm hominum Paſto-

res eſſe, ſed illorum quoq; Duces & Præfectos, ac proinde animarum non ſolùm in genere numerum in Catalogum redigite: ſed in ſpecie familias ſingulas, & in individuo perſonas quaslibet, eorúmq; ætatem, & qualitates, ut poſſitis ipſimet, vel ſi opus fuerit, Ordinarij locorum, neceſſaria ad ſalutem ſingulorum opportunè ſubminiſtrare.

Memineritis Viatorum vos eſſe Duces, qui ad Dei regnum iter arduum, perplexum, anguſtum, & periculoſum contendunt, veſtráſq; potiſſimas partes eſſe, ſemitam quæ dirigit ad vitam explorare, & alios docere.

Manifeſtò verum eſt, vos multorum ægrotantium Medicos eſſe, quapropter languores animæ, atque ægritudines ſpirituales ſollicitè curate.

Memoria recolite, quanti Deus fecerit animas, ut Filius ſuus noſtro indutus ſpolio, mortem occubuerit ignominioſiſſimam, & quo ſingulari ſtudio, & amore ipſas præcipuo Vicario ſuo Petro commendaverit.

Expendite vos, utcunque proprijs virtutibus præditi exiſtatis, aliena vitia, & peccata propriæ damnationis vobis cauſam fore, ſi ut veri Paſtores & Parochi, quantum in vobis fuerit, oves veſtras non curaveritis, ut ipſe veſtrâ negligentiâ aut incuriâ perierint.

D E I honorem & lucra animarum, non bona fugacia quærite, Chriſti ſanguinem pro animarum

marum ſalute profuſum præ oculis habete, Deíque præſentiam aſſiduè cogitate.

Advertite Parochos, Sanctitate, Prudentia, Zelo animarum, Fortitudine, Vigilantiâ, Patientiâ, Comitate, Diligentiâ, inſtructos eſſe oportere.

Oves vobis concreditæ cognoſcendæ ſunt & appellandæ nominatim, paſcendæ & cuſtodiendæ item.

Eorum qui baptizantur, qui item confirmantur, & compatrum etiam qui adhibentur, ac prætereà ſepultorum in veſtra Eccleſia nomina deſcribite.

Matrimonia in Codicem referte.

Parochiæ veſtræ incolarum vitam & mores inveſtigate.

Indagate omni ſtudio, ſi qui hæreſi contaminati ſint, aut ſuſpecti, aut ſi qui ſint, qui hæreticorum libros habeant, vendant, emant, importent, vel legant, eóſque ſtatim Ordinario veſtro denunciate.

Monete etiam populum, ut idipſum præſtet.

Perquirite de dictis & factis eorum, qui ex hæreticorum finibus veniunt.

Diſpicite, ſi qui è Parochiæ finibus ad loca proficiſcantur, ubi impunè prædicatur, quod à Catholica Religione alienum eſt.

Inveſtigate præterea de ijs, qui in veſtra Parochia docent, eorundémque mores, vitam & fidem obſervate.

 Vide-

Videte, & cavete, ne ſuperſtitiones, magicæ cantiones, & ejuſmodi diabolicæ nequitiæ in populo veſtro ſint.

Cognoſcite publicos peccatores, corruptores aliorum, concubinarios, adulteros, uſurarios, blaſphemos, & denunciate.

Cognoſcite etiam alios populorum corruptores, qui feſtis diebus non DEO, ſed aleis ludis, choreis, diabolo ſerviunt, quique feſtorum dierum cultum quovis modo violant, quales quales ſint, neque obſervant Pontificias, neq; Provinciales de diebus feſtis colendis conſtitutiones, aut edicta Epiſcopalia.

Iſtos ab ea male agendi corruptela revocare ac dererrere omni pietatis ſtudio & officio ſtudete, tum Epiſcopo etiam, ſi opus fuerit, ſignificate, ut pro curæ Epiſcopalis officio, ſalutare remedium afferatur.

Rurſus agnoſcite etiam pauperes, viduas, pupillos, cæteróſque aliena ope egentes, quibus & ſalutari conſilio, & conſolatione, & re ſubvenite, aut ſi minùs re poteſtis, cohortatione alios accendite ad eos ſublevandos.

Et ſi illorum gravior inopia depoſcit, feſtis etiam diebus à pia fidelium liberalitate aliquid in Eccleſia colligendum curate, ut ab Epiſcopo præſcribetur, quod ipſis in eleemoſynam conferatur.

Seorſum etiam locupletes parochiæ incolas convenite, quibus Pauperum egeſtates proponite,

Digitized by Google

nite, & oſtendite eis divitias à Deo propterea etiam eſſe tributas, ut inopibus ſuccurrant:

Si qui autem potentiorum opibus in cauſa aliqua oppreſſi ſint, illos unicè atque intimè eorum patrocinio commendate, qui vel ex ſuſcepto officio id præſtare debent, vel quibus Epiſcopus hanc curam dederit.

Paſcite inprimis populum vobis commiſſum prædicatione verbi Dei, ſalutaribus monitis, adminiſtratione item Sacramentorum, exemplo, & oratione.

Pueros feſtis, Dominicíſque diebus in doctrinæ Chriſtianæ rudimentis inſtruite.

Rudiores, ut in pagis ſunt pauperes, & qui pecoribus cuſtodiendis vacant, congregate certis temporibus feſtivitatum, eóſque de credendis, ſciendis, deq; ratione confitendi docete.

Provectioris ætatis homines ad eadem intelligenda invitate.

Patres, Matréſq; familias monete, ut filios, filias, cæteróſque quos in familia habent, ad doctrinæ Chriſtianæ ſcholas ipſi conducant.

Nec omittite diebus feſtis inter Miſſarum ſolemnia vel pro Concione aliquid ex ijs, quæ in Miſsa leguntur, fidelibus exponere, & ſanctiſſimi illius Sacrificij myſterium aliquod explanare, & aliquando ſanctiores illius ſacrarum cæremoniarum, rituúmque rationes explicare, quò diligentius inſtructi in dies ſacroſancto illius Sacrificio religioſiùs interſint.

Doce-

Docete item, quomodo fideles ſigno Miſſæ celebrando dato, ſe corde contrito ad eam ſanctè audiendam parent.

Curate, atque efficite perpetuis veſtris monitionum officijs, ut in Miſſæ Sacro quiſque ſe religiosè habeat.

Inſtruite etiam eos, quando ſtandum, quando genua flectenda, & quando aſſurgendum.

Quàm valdè, dum Divina fiunt celebrantúrve, fugiendæ confabulationes, colloquia, deambulationes, ſtrepitus, clamores, imò verò inanes cogitationes, quibus à pia meditatione & myſteriorum quæ aguntur contemplatione, religiosáq; oratione animus diſtrahitur; quàm denique ſtudiosè vitanda reliqua omnia ab eorum officiorum Divinorum ſanctitate, & cultu aliena.

Vos ipſi Miſſæ Sacrificium ſæpiùs facite ſanctè & religiosè.

Ad illud faciendum parate vos omni pietate in tam alti myſterij meditâtione toto animò defixi, & quò purius id facietis, propriam conſcientiam, diligenti, accurato, & frequenti examine diſcutite, tum ſingulis ſaltem hebdomadis, atque adeò ſæpiùs & omninò ſemper, eùm peccati mortalis conſcij eſtis, uni è Confeſſarijs Sacerdotibus ad Cleri confeſſiones audiendas conſtituto, confiteamini.

In ea ſanctiſſimi Sacrificij actione ab erroribus, vel leviſſimis omninò cavete.

Quæ

Quæ de illo piè, ritéque celebrando præſcripta ſunt, ea vos ſtudiosè, diligentérque ſervate.

Tum docete populum, quomodo dies feſti colendi & ſanctificandi.

Oſtendite indigniſſimum eſſe ſacris illis diebus, non modò à nefarijs operibus, illicitíſq; negotijs non abſtinere; verùm etiam religionis ac pietatis opera non præſtare omni diligentia.

Denunciate item ſtata ſacrorum temporum jejunia & vigilias, docete quomodo jejunandum, quæ peccati gravitas in violandis ſacris jejunijs.

Parochiæ unicuique veſtrum concredite viciniam, cùm à cæteris vitijs omnibus vos ſinguli ſollicitè cuſtodite; tum curate etiam, ne odia, ſimultates, inimicitiæ, factiones, temerè jurandi, maledicendi, imprecandi pravæ conſuetudines, ac ne detractiones quidem in ea ſint.

At vitia imprimis, & peccata, ad quæ populum procliviorem eſſe animadvertitis, reprehendite atque exagitate.

Nec verò diſſimulate peccata, ſed annunciate populo ſcelera ejus; publicè peccantes, coram omnibus arguite, ut & alij timorem habeant.

Idque agite ſpiritu fortitudinis Domini, & ut ſtrenui ejus milites bonam militiam militate, nihil planè trepidantes.

Si

Si ab increpatione, vos monet ſanctus Gregorius, reticueritis, quia contra vos odia inſurgere reformidatis, non jam Dei lucra, ſed veſtra quæritis.

Non maledictis, non vexationibus, non calumnijs, non alicujus generis contumelijs illud, vel increpandi, vel palam arguendi officium deſerite, modò Chriſto & animarum ſaluti ſerviatis.

Rurſus non aucupandæ hominum gratiæ ſtudio id agere deſiſtite. *Servus Dei non eſſem, ſi hominibus placerem*, inquit Apoſtolus.

Væ vobis tacentibus aut diſſimulantibus, ſi grex curæ veſtræ commiſſus perierit, ſanguinem ejus de manibus veſtris requiret juſtus, & omnipotens Deus.

Si igitur peccatur, ne increpationibus verba veſtra blandientia ſint, ſed, ut à Spiritu Sancto ſcriptum eſt, ſtimuli ſint, & quaſi clavi in altum defixi.

Inſtate opportunè, importunè privatis etiam admonitionibus, conſilijs, correptionibus, objurgationibus ut peccantes, adjutrice Divina gratia, in viam ſalutis revocetis.

Ipſi in inceſſu, ſtatu, geſtu, ita vos præbete, ut à miniſterio quod ſuſcepiſtis, nomine & ratione, nullo ſanè modo diſcrepetis.

Habitu non exquiſito, non delicato nimis, rurſus non ſordido, non neglecto, ſed gravi & talari utimini.

Coro-

Coronam, quod inſigne eſt Ordinis Clericalis, latam & conſpicuam deferte.

Imagines domi non profanas, ſed eas habete, quæ pietatis ac religionis argumentum & adjumentum præbeant.

Nihil ſcurriliter, nihil jocosè, nihil indecorè, nihil turpiter loquamini.

Abſint à vobis maledicta, obtrectationes, curioſitas, levitas, aſſentationes, nugæ.

Comeſſationes, compotationes, convivia publica, laicaliáve, tum maximè in quibus mulieres interſunt, evitate, ne illud Tertulliani audire cogamini, nimirum, quòd veſter Deus eſt venter, pulmo templum, aqualiculus altare, quibus tota charitas in cacabo fervet, fides in culina, tota ſpes in ferculo.

Ad caſtitatem conſervandam munite omnem viam.

Suſpectarum mulierum conſortium omninò vitate; res enim loquitur, & utinam tacerent exempla.

Videte ac perpendite, quæ ſint, & quàm religioſæ muneris veſtri partes, cavetéque, ut in officijs & curæ veſtræ functionibus, non modò quicquam non committatis, ſed ne omittatis, quidem, cùm in Sacerdotali vita, pro muneris, quod ſuſtinetis, ratione, tum graviores, tum longè plures, quàm in cæteris hominibus eſſe poſſint, omiſſionis culpæ.

Ad

Digitized by Google

Ad viſitandos infirmos accedite, eóſque opportunis remedijs juvare.

In promptu ſemper habete argumenta ad animum conſolandum, & erga res Divinas, & æternas excitandum opportuna, conquiſitis Pſalmorum verſiculis, & alijs ſcripturæ locis, Sanctorúmque exemplis.

Monete infirmos, ut peccatorum ſuorum dolore concepto, ſpem in Divina miſericordia concipiant, atque infirmitatis ſuæ moleſtias, ipſámque mortem Deo in ſatisfactionem pro peccatis ſuis offerant.

Commonefacite, quandoque ægritudines provenire à Deo ita diſponente, ut homo ad cor redeat, vitâmque ſuam emendet, cujus proinde firmum propoſitum concipere debeant, ſi corporis ſanitatem recepturi ſint.

Advertite ſi infirmus incipiat agonizare; majorem vobis incumbere adjuvandi obligationem, ac magnum & neceſſarium miniſterium eſſe moribundis opem ferre in eo ſtatu, à quo vel in bono, vel in malo *Æternitas* dependet.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google